


INGRASSIA

IATRAPOLOGIA








circa 1545.





IATRAPOLOGIA

LIBER QVO MVLTA ADVERSVS *barbaros medicos disputantur, collegijq; modus ostenditur. ac multæ quæstiones tam physicæ quam chirurgicæ discutiuntur.*

IOAN. PHILIPPO INGRASSIA *medico ac philosopho, in Neapolitano studio ordinarie publiceq; profitente, authore.*

EIVSDEM QVÆSTIO, QVÆ CAPI*tis uulneribus ac phrenitidi medicamẽta cõueniant.*



VIRTVTE DVCE



COMITE FORTVNA.



VENETIIS

IOAN. GRYPHIVS EXCVDEBAT.

CL. MARIVS ARETIVS PATRItius Syracuſanus ad librum.

I liber eoos, ſecuro tramite, ad undas:
Et fortunatos, protinus inde, locos.
Quod medici ferere probas, ratione medendo,
Et falſum, firmo dogmate, frangis opus.
Auctor adeſt præſto, diuina mente, Philippus,
Quem credo ingenio poſſe mouere polos.
Atq; Galenus erit pariter dux certus, & auctor,
Nomina ſunt cuius ſæpe timenda ſono.

SEBASTIANVS GRASſulinus Siculus Lilybetanus Auctoris Diſcipulus minimus.

Aurea Saturni cecinit ſi quisq; poeta
Tempora: quo noſtra nomine digna canam?
Quid precor excelſi genuit tunc terra? Philippum
Nunc: uerum celebrat quem medicina patrem.

IOANNES FRANciscus Brancaleo Ioanni Philippo ingrassiæ philosopho ac medico Consummatissimo. S. D.

Percurri utrunq; uolumen. Cum refractariis, & rabulis tam fœliciter certas, ut incesserint, hoc hausto alexipharmaco, sint protinus ipsa ceruix. ac perinde conclamatæ sortis homines ex semente illa Deucalionis orti, ubiq; terrarum fugiendi, ualeant illi perpetuum uale, ni conscientia ducti resipuerint, & tibi insuper salutare poculum porrigenti gratias egerint. tu uero (quæ tua est modestia) miserere eorum calamitatis, qui non omnino obsunt, quantumuis oblatrent, quoties tui similes ad scribendum sua

procacitate excitant. Cæterum diuino (ut opinor) cõsilio effectum est, ut Stentores, thersitæ, & thessali desint nunquã. tu sagacissimæ naris uir, quid dicere gestiam olfacito. digitum ad fontẽ intẽdimus. ne Homerus quidem sine flagello. tu interim Ioui flatori opima spolia dicato, nec desinas certamen alterum longe præclarius, perducere ad umbilicum. iam uideo te cum antiquitate contulisse pedem. O gloriosam pugnam, o sanctã æmulationem, adsere, è barbarorum tyrannide medicinam, nobilissimam physiologiæ partem, Consule posteritati, barbaris sophistisq́; fugatis, pulcherrimum illud dicendi genus, iã passim à doctissimis è faucibus orci ereptum, tuere. latiusq́; propaga. per Manardi præceptoris tui ma-

nes, per fidem, pietatem, reliquasq́; uirtutes tuas, quibus non secus ac lucidissimum sidus fulges, te adiuro, ne desistas. nã si uires intenderis non ambigo te talem huic pesti futurum qualis hydræ fuit Hercules. Vale.

IOANNES PHILIPPVS INgraßias, Siculus, rachalbutẽsis, Illustrißimo, excellẽtißimoq́; domino, Don Ioãni de Vigintimilus, yerachij candidißimo Marchioni, heroũq́; Scicilię insulę corypheo, suoq́; domino, ac mecœnati salutem.



Rtum est (illustrissime sapientum tutáne) inter nos colloquium, dum peßima, diraq́;, et (fauentibus superis) haudquaquàm reuersura lithiasi, calculosóue affectu laborabas, mediciq́; plures, & ego reliquis longe minor, illum curaturi aßisteremus: de infelici, acerboq́;, ac dulcibus annis inserto, spectabilis baronis Valguarnerę (uti cognominãt) letho: Quoniam tota, nedum Sicilia, sed ferè Italia nouum idipsum admiratur, accusatos scilicet, atq; in quinq; iudicum genibus sitos, ab eius genitrice Ptolemai, & medicos (quos physicos uulgo nuncupant) & chirurgos, extitisse. Dixeramq́; tibi me, pro uiribus, nostręq́; scientiolę mensura, nedum hos doctißimos, ac ne unquàm labefactos (in huiusce affectus curatione) Pa-

normitanos medicos (quos quidem ueluti præceptores, ac patres, nostrumq; præsertim Ioannem Baptistam de petra, cuius (me hercle) gratia prouinciam hanc nostris humeris imposuimus, tueri obnoxius sum) clypeo, scuto'ue assumpto defensurum: Sed hasta quoq;, & gladio, saxisq; ingentibus utentem, innumeros aduersantium (thessaliq; præsertim) errores ostensurum: qui noscant, uel (si nolunt) pernoscere nihilominus queant, quãtus Panormi ueritatis amor perpetim extiterit. pergrauiter enim (philosopho aũtore) unuquisq; fert honore suo priuati: nec si aliena quis permulta tribuat, contentus erit, si sua sibi auferantur.

2. œconomico, ca. 2.

Ad hæc autem tu qui et iustitiam, & ueritatem, non minus quam teipsum, ingenti amore prosequeris, ita præcipiens hortatus es, ut tuis præceptis obtemperasse uolens, (omnis enim herus seruo monosyllabus) nedum disputare paratus extiterim, perindeac omnibus Phebo clarius est: uerumetiam inter quàmprimum carpente, bullatis nugulis, Calliphane: ipsum quod dicere paratus eram, & scribere, & cunctis tum amicis, tum discipulis, præcipueq; huiusce almi studij, lucubrantiunculas nostras, nonum iam in annũ pressas, quotidianis fere cõuitiis, efflagitantibus, pro palare decreuerim. Eoq; magis cum nobis inaudentibus (anseris instar) iunior Thessalus aufugerit, uelut tamen argiuum clyppeum abstulisset, sine bello encomium cecinisse (actio uultu, perfricataq; fronte)

minime ipſum puduerit. Nulla igitur nobis ad diſpu-tandum, ac uoce, quod intendimus propalandum, occa ſione conceſſa, quia pedem ſiſtere noluit, opella hæc, quæ nos dicere intendebamus, exprompſerit.

Haudquaquàm tamen popularis auræ ſtudio (pro ut nonnulli fortasſis temerarij machinantur) hæc aggredi tentauimus: At iuſtitiæ tantum, ac ueritatis, medicinæq́;, & medicorum amore perciti: Nec non ut nos metipſos inſimul, noſtro præſertim tyrocinio, Galenum pro uiribus æmulati, utilisſima ratione, ad rem propoſitam exerceremus. Simul autem ab obliuionem ſenij (ut plato inquit) commentarios nobis reponeremus. Quippe multitudinis laus commodum nonnullis inſtrumentum uiuennibus aliquãdo eſt: eorumq́; præcipue, quorum medicina ars factiua non eſt, ſed uenatiua: Cuius pote finis haud ſanitatis effectæ, conſeruatæ'ue poſſesſio, ſed rerum potius nummorumq́; uenatio intenditur. Mortuis certe nihil prodeſt, ſicut neq; uiuentium quibuſdam. Nam qui uiuere in tranquillo optarunt, ac fructum ex philoſophia ceperunt, & ijs (quæ curando corpori ſufficiunt) ſunt contenti: his utiq; impedimento non paruo eſt apud uulgum fama: ut quæ eos à rebus pulcherrimis, plus iuſto tranſuerſos, auferat. ueluti me quoq; non ignorant aliqui familiares mei, ab iis quæ ſunt moleſta, ſic nonnunquàm tædio affectum, ut bono interim ſpatio, ne tangere quidem librum poſsim: quo nil mihi profecto diſplicentius. Quum præcipue (haud ſcio qua ratione, ab ipſa

Tres cauſæ cur ſcripſit.

usq; pueritia, mirifice siue inspiratus, siue furore percitus: siue quomodocunq; dixisse libet, & uulgi famã contempserim & ueritatis, scientiæq; studio flagrauerim, nullam esse nec honestiorem nec diuiniorem possessionem ratus: ueluti etiam noster (quem sectamur) Galenus extitisse fatetur (si tamen licet me ueluti suem Mineruæ cõparari.) Nouit autem (si uera prædico) scrutator cordium Deus, norunt quoq; qui mecum qnotidie sunt uersati. Adeo ut dulcem fertilemq; Panormum dimittens, ubi longe maior amicorum, nummorumq;, & uulgaris famæ copia quotidie increscens succedebat, pullulabatq; : exactiori tamen ueritatis indagandæ, illiusq; presius exercendæ studio: Ne quæ tot ærumnis, lucubrationibus'ue, errabũdus uariis casibus, uariisq; rerum discriminibus occurrens, adeptus sum, obliuioni (ob temporis ædacitatem, perfacile mandarim, ad huiusce almi studii celebre consortium peruenire demum, discẽdi potius quã docendi gratia, contentus esse, ab illustrissimo excellẽtissimoq; Neapolitani regni prorege adstrictus, ad miserim. Illud animo, uulgo paßimq; celebre dictum, quotidie uolutans, alios uidelicet docendo, nosmet ipsos exquisitius erudire, nec non scientiam, artemq; omnem læta fronte distributam, ad sydera incrementum indies suscipere.

Quoniam uero inuidis obstrigilatoribus, atq; etiam Galeno mastigibus obsistere libellus noster, in manibus eorum incidens nequibit, ni sibi tutorem quẽ

piam patrarit, patronumq́;. Idcirco (pro ſcribentium uulgato more) te illuſtriſsime Princeps, huiuſce opellæ ſereniſsimum tutánum eligimus. Tibi ergo has (tanto licet uiro minime dignas) noſtras lucubratiunculas, omni ſedulo, dicamus, tibi inſcribimus, nuncupamus, atq; deuouemus. Quamobrem & omnibus neruis eas tueri nequaquã dedignaberis, ut auſpiciis nomineq́; tuo fretæ caninos rabidosq́; uitiligatorum dentes floccipendant, atq; perſternant. Quis enim nedum Themiſtocle, ſed quouis alio longe tutior, hilari fronte, dulciq́; corde, ad hoſtium lares non accederet? modo tantum ſibi patronum adeptus ſit. Quem procul dubio (ſi mortalibus diuina conferre licuerit) ueluti Iubã Mauri, Gabyrim Macedones, Solem Rhodii cũ Maſſagetis, Vranũ Pœni, Faunũ Latini, Quirinum Romani, Sabum Sabini, Apollinem Delphi, Vulcanum Lemnij, Liberũ Naxii, Iouẽ Cretenſes, Belum Babiloni, atq; alios alii quàm plurimi ſuos, adeo uenerati ſunt, excolueruntq́;, ut in deós reputarunt. Ita & tui quidem ſubditi (quos innumeros quidẽ hæres) Siculiq́; ferè omnes, intimo ex corde adamant, colunt, atq; ad ſydera meritiſsime extollunt.

Decreueram me hercle tuas diſciplinas, inextimabiles uirtutes, geſtaq́;, ac mores, et ſucco plena uerba in loquendo grauitatem, & copiam: quanta gratia, quanta modeſtia, quantaq́; rerum omnium peritia, præter multorum opinionem præditus, incomparabiliq́; prudentia, illuſtri gloria, fœlicitate incredibili,

admirabili facundia, promptissimo ingenio, castissimaq; demum elocutione pollens, seueram in subditorum gubernatione diligentiam, & curiositatem, adiuncta nihilominus pauperum misericordia obserues in medium afferre, cunctisq; prouiribus explicasse: uenustissimam deniq;, e Regiaq; etiã stirpe nobilitatem, quotq; primatibus, ac maximis heroibus originem duxeris, enarrare certum fuerat. uestiganti uero uoluentiq; Opistographos, ac schedulas omnes, & demum præceptores (hoc est libros) meos consulenti, Platonem Græce loquentem inueni, Μὴ μεγάλα λέγε, quod est, ne grandia loquaris: cuius dicti rationem deinceps ex alia græcorum parhæmia percepimus: τὶ πρῶτον, ἢ τί ὕστατον? hoc est, Latine loquentibus, quid primum aut ultimum? Tanta enim esset laudum copia, immensitasq;, ut perplexus hæsitarim, unde potißimum exordirer, quidve primum agere debuerim. Ast hæ quidem laudes, (prout mecum ipse uolutabam) si humanitus proferri queunt, excusandus profecto, eas omittens uenirem: nimis enim ingens per se uolumẽ exigerẽt. Qua de re (perindeac Ælius Spartianus inquit) enormior fuerit prologus quã fabula. Nec ipse me tanti existimo, qui omnes exquisite, atq; ad unguem, aceruare queã: Sed tuæ potius meritæ detraherem dignitati, fulgentißimoq; syderi umbram obijcerem: laudare enim frigide (ut aiunt) turpius est, quam acerbius uituperare. Sin uero (quod potius reputo, ac neminem latere autumo) humano

in phæ lo-ne.

charactere perfici nequeunt: tot enim tantæq; sunt, ut nullius tantum ingenij torrens sit, quod poßit non dico exornare orando, sed ne explicare quidem loquendo: fatuus hercle existimandus uenirem, idipsum tentare audens, quod patrare hominis caput excelleret: ac ne musarum quidem parens unà (ut pars est) suis cum pegasidibus illustraret. Itaque cum nullum unquam, aut tempus, aut cuiusq; ingenium, uel dicendi facultas parem orationem uel inuenire, uel proferre queat: satius esse duximus silere, quam tenuiter & parum cumulate ac digne loqui. Culpa igitur (ut ita dixerim) tua: qui adeo nobilitate, ingenioq́;, & scientia, uirtutibusq́;, ac demum omnibus animæ, sicuti & naturæ, ac fortunæ dotibus, quibus quidem nec ipse Momus aduersari posset, reliquis antecellis, ut tuas laudes nisi tute consequi dicendo nemo poßit. Tumet inquam Socratico in speculo teipsum exquisite contemplando. Idipsum dumtaxat omisisse interim, subq́; silentio preterijsse noluimus: quod ex quatuor nobilitatum generibus à philosophorum cætum præsuppositis: hoc quidem uulgo paßimq́; sanguine appellitato, hoc autem diuitijs, alio quinetiam uirtute, ultimoq́; demum scientia, gubernandiq́; peritia. Quibus quidem omnibus exquisite, nulli iā inuidens, à Deo optimo maximo dotatus es: sola tamen uirtutum doctrinarumq́; auspicia, quæ (Galeni quoq; testimonio) nos ab ipso ferè mortalitatis uinculo excipiunt, ut felicioris æui munere potiri ualeamus tibi: semper, ab ipsisq; fere cre- li. ad bonas artes exhortatario, colligitur,

pundijs, electa fuisse. Caducas nanq; sensuum illecebras, quasi quidem primo cũctorum nobilitatis gradu sanguine inquam, ueteriq; famosorum progenie iubilantes, inconsulte prosequuntur prosternere (Boetium quoque solantis philosophiæ precepto) decreuisti. (ut enim inquit, omne humanum genus in terris simili surgit ab ortu.) adeo ut ne cum longe infimis quidem subditisq; uti unquàm uera nobilitate, dignissimaq; seueritate libuerit.

3. de consolatu philosophico prosa & metro sexto.

Quemadmodum contra nonnulli è quercubus nati, ac nescio ex qua (ut ita dicam) fumaria nobilitatiuncula gloriati, tumentes iam & inflati, sibiq; placentes (uti Galenus inquit) cristam tollunt: adeo ut uel medicam, cuius usum floccipenderint, didicisse uerecundentur. Quã nihilominus diuinissimam artem illustrissima benignitas tua, ne dum plurimis lucubrationibus didicisse: uerum & opere nonnunquàm, pro pauperculorũ subditorum (quos uulgo uassallos nuncupant) salute: ubi fortassis medicorum inopia extiterit, Christi redemptoris exemplo, imitationeq;, exercuisse dedignata non est. In his igitur sensuum oblectationibus (ueluti philosophorum Prothogymnasiarches ait) cum pecoribus seruile uulgus, atq; inepti, nec non rudes, & pauca perpendẽtes homunculi, ac demum Sardanapali uitam diligentes communicant: non saltem hoc intelligentes (quemadmodum Galenus medicorum sydus edocuit) q̧ ista generis nobilitas, qua sola gloriãtur, similis est publico singularum ciuitatum numismati,

lib. ad bonas artes exhortatorio. post princi.

l. ethico. 6.

lib. ad bonas artes exhorta: ante medium.

quod apud eos quidem ualet, qui instituerunt, apud alios uero adulterinum habetur. Quamobrem si praeclarus (ut inquit Plato) thesaurus est, progenitorum uirtutes, praeclarius tamen est huic opponere posse Stheneli dictum ab Homero relatũ ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθα εἶναι, quod est, Latine loquendo. Nos quidem patribus longe melores esse gloriamur: perindeac de te ipso meritissime dici potest: quem Atheniensis Timotheo feliciorem pernouimus, ut qui acceptam à patre gloriam, ne dum seruaueris, sed multis quoq; auxeris uirtutibus. Nõ minus fragilia fortunæ suffragia floccipendens, per uarios casus, per tot quoq; rerum discrimina, hierosolymam usq;, precedentibus iam annis nauigasti: quo diuinarum simul humanarumq́; rerum, agnitio nulla te praetereat: fragilia inquam fortunæ suffragia: que maiori sapientes tædio, quam sensum oblectamenta (& si lætitiam uulgus appellitat) afficiunt. ac præsertim quoties puaritia (quam Auerroes irremediabilem pestẽ, philosophusq́; incurabilem morbum appellant) infectus atq; irretitus miser homo sit. Qua nihilominus, perindeac eius opposita quoq; prodigalitate destituta illustrissima humanitas tua (mediocri tantum seduloq́; comprobanda liberalitate selecta) perpetim extitit. Bonorum uero exteriorum fortuna ipsa princeps dominatrixq́; (philosophorum omnium consensu) existit: Quam profecto mulierem cæcam, super uolubili sphericaq́; basi stantem, manibus uero clauum guber=

Iliados. 4.

de cuius Timothei fœlicitate uide. apud Ciceronem. 1. de officiis. et. 3 de oratore.

4. ethico. 4

in lib. de bona fortuna Aristote. lib. ad bonas artes exhorta. post princ.

naculumve (Galeni quoq; sculptura) tenentem, dum neglectis artibus insequimur, sæpe fælicem ac postea miserum (Aristotelis etiā dogmate) dixerimus. Quā obrem pro fortuna Boetium consolans philosophia, dixit: Si tua forent quæ amisisse conquereris, nullo modo perdidisses: honores, diuitiæ, cæterasq; id genus, mei sunt iuris, famulæ dominam cognoscūt, mecum ueniunt, meq; abeunte discedunt. Quot autē nedū priuati, sed illustrissimi quoq; uiri, quin Reges, Imperatores etiam, nouercante fortuna, prauas obscurasq; in sortes, ac deplorandas inciderint calamitates, uel experimentis adeo in dies comprobatum est, ut enarrare superuacaneum sit.

1. ethicorū. cap.14.
2. libri de consolatu physic. prosa.2.

Horum itaq; nobilitatis graduū, sanguis inquam uulgo nuncupati, regiæq; tuæ progeniei à tot tantisq; illustrissimis heroibus oriundæ: Nec non diuitiarum, (quas tibi innumeras ferè à maioribus tuis ommissas tueri, augereq; pro liberis, omnipotēs Deus perpetuo dignetur) neglectis iam illecebris, generosissimoq; in animo, floccipensis, ut quæ aliorum potius industria laboreve pacta hæc sint: Eas duntaxat formosissimi adolescentis, hilarisq; et arcibus oculis formosissimo super cubo tesserave quattuor angulis nitente, astātis mercurij (Galeno teste) facultates, nobilitatesq;, in intellectu, ceu nobilissima hominis parte locatas assequi, celebrareq;, nec non indies perficere, totis ingenij uiribus, totoq; demum pectora enitendum, ab ipsis fere incunabulis (quoad tamen tanto do

libro. ad bonas artes exhorta. post princip.

EORVM QVÆ HOC OPVSCVLO CONtinentur index hic sit qui sequitur.

bitulis etiam, aut hirudinibus occurrendum.

Fo.37. Quartus contrariorum medicorum error improbatur: aneurisma (quod emborisma, seu matrem sanguinis corrupte dicunt) ecchymomati confundentium. adeo ut illi abnegatam incisionem, tametsi non semper, huic affectui perpetim, ob deprauatos antiquorum codices, corruptasq; chimeras, interdicant. quorum causa tum aneurismatis, tũ ecchymosis definitio, nec nõ curatio demõstrat.

Fo.48. Quintus eorundem error impugnatur, perpetuo & quouis in morbi tempore, ab uniuersali totius corporis euacuatione exordiendum, indistincte proferentium. qua de re quattuor casus ostenduntur, ubi Topicis particularibusq; remediis ante uniuersalia necessario succurrendum: præter quintum ubi sanguinis fluor uulneratum nuper hominem infestat.

Fo.56. Sextus aduersorum error destruitur hypericonis oleũ contusis in affectibus reprobantium. quorum causa huiusmodi olei uires, eius inquam quo panormi utuntur examinantur, simplicibus ipsum componentibus exquisite ꝑpensis oleo inquam, hyperico, Terminthina, uino, & croco, quibus amussim perlibratis hypericini uirtus uniuersa elucescit.

Fo.80. Septimus opponentium error diluitur, in quouis contusionis principio repercutientia reprobãtium. ut qui cõtusam duntaxat partem, factamq; ecchymosim considerãt ab iis solis iudicationes sumentes. cum tamen factarũ uenularum ratione, ipsiusq; exordientis phlegmonis, fluentiumve humorum indicatione, adstringentia commisceri debeant. Hac igiť occasione ex Græcis, Latinisq;, & Arabibus, repulsionem in confusionis initio statim fieri posse, longo discursu, declaratur.

Fo.94. Octauus aduersantium error detegitur, rosaceũ à contusis fugiendũ eẽ reclamantiũ. Ratione cuius ab eis ignotũ rosacei tẽperamentum, mixtionisq; modũ, ac uires ostẽdimus. ut algidos calfacere, nec nõ exustos refrigerare li-

queat,cũ hoc tamẽ refrigeratos lædere nõnũq; appareat

Fo.104. Nonus eorũdẽ error destruit oui subtenuẽ, liquorẽ quouis in cõtuso loco reprobantiũ. ut qui unum tantummodo affectum perpendebant, eiusq; præsidii tẽperamentum, uiresq; penitus ignotas habeant, aliorũ quoq; admixtorum medicamentorum usus minime perpendant. cuius ratione multa de oui candido declarantur. Demũq; physici primum aduentum referimus. primũq; ipsius opus, sanguinis inq; exemplo factam ex opposito secundum rectitudinem brachio missionem enarramus.

Fo.122. Decimus aduersorum error improbatur, phlebotomiam in contusis ab altoue delapsis subito factam reprobantium, tẽpusq; xxiiii. horarum expectantium: deinceps uero eius reuulsionis locus comprobatur, uictusq; ratio a physico præfinita, demumq; purgantis medicamẽti necessitas: illius uiribus & alterius, quo simpliciter atq; indifferenter practicantes utuntur, interim prætactis, ostẽditur somnus quoq; ab assumpto statim pharmaco, inuitis qbusdam tyrannis medicis, & rationibus & experimentis magnopere commendatur.

Fo.132. Destructo prius aduersorum errore, purgationẽ, immediate sequẽti die post phlebotomiã, condẽnantiũ. secũda deinceps, tertiaq;, & quarta chirurgici operatio narrat ulcerisq; uarietas, ac subita demũ ob uniuersi corporis malitiam transmutatio demonstratur. quamobrem plures accersuntur medici, collegiumq; paratur.

Fo.145. collegiũ medicorum narratur: ubi factorum & faciẽdorum ratio atq; ordo declaratur. adeo ut morborũ dignoscendorum, curandorumq; methodus, & collegiũ ordinandi forma, pro medicinæ candidatis, nouisq; ad practicandi iam opus se accingentibus, ostendatur.

Fo.181. Duodecimus aduersorum error diruitur exustionẽ ab incisione carnis emortuæ in sphacelo factam turpiter condẽnantium. quamobrem tutioris cautelæ gratia, necessariam esse comprobatur.

Fo.184.Decimustertius eorundem error extinguitur,cauteriorum numerum,ad urendam putridam partem determinare uolentium.neque enim certo determinari numero possunt.Sed uario modo,diuersoq́ꝫ(pro ęgrotantis partis magnitudine,affectuq́ꝫ,& uirtute)numero,administrāda fore ostenditur.

Fo.190.Licet corrupte scriptus sit numerus,ut dicat{690}decimusquartus eorundem error dissoluitur, sphacelatam emortuamq́ꝫ partem certo tempore dierumq́ꝫ certo numerum abscindendam urendamq́ꝫ propalantium:tunc enim ut incisionem uel exustionem faciendam esse,cum necessitas urget,aliaq́ꝫ præsidiorum genera minime contulerint: manifestissime declarat.

Fo.192.Decimusquintus aduersantium error deletur sideratam partem in articulo abscindendam esse contendentiū. falsum nanq́ꝫ id esse demonstratur.uerum id determinandum est ad sanum.s.usq́ꝫ incisione facta tutioris cautelæ gratia deinceps circunstantes partes comburendum. Demumq́ꝫ medicos acerrime defendimus,etiam si ob ignorātiam aliquando aberrauerint,nulla pœna quinimmo neq́ꝫ minima infamia dignos esse ostendimus : elationis audaciorisq́ꝫ aduersarii contra nostros insontes medicos panormum disputandi gratia uenientis,turpissimam deniq́ꝫ fugam maximúq́ꝫ dedecus uerissima historia propalantes: sicq́ꝫ primo libro colophonem imposuimus.

LIBRI. II. ELENCHOS.

Fo.205.Continuatione cum præcedentibus facta, secundi libri intentio(detrahendi excusatione præmissa) demonstratur.

Fo.206.Primus aduersorum error increpatur , iunioribus impudenter detrahentium.Cuius occasione quæstio examinatur.an.s.iuuenis an uero senex peritior sit.uisisq́ꝫ omnibus ad doctrinam necessariis:cui plura illorum insunt,

ille proculdubio siue iunior, siue senior existat, præferendus, tametsi seruata paritate, senior modo ad ultimam nō peruenerit senectutem, tam ut doctior, quam ut expertior præponendus est.

Fo.229. Scđs eorūdē turpissimus error destruitur, circa corruptos terminos, cancrenam esthiomenum, & askachillum. quorum occasione, tum nominum, tum essentiæ rationes declarantur. & an tres distinctæ species, uel gradus sint, quo etiam modo abinuicem differant, examinatur.

Fo.237. Tertius isdemq; maximus barbarorum ferè omniū nedum aduersorum error propalatur: græcorum esthiomenon, nō modo Celsi, uerum & Auicennæ quoq;, ac Razis etiam esthiomeno confundentium. qua ex re multorū pernicies succedere potuit. ultra deridendas (quas aceruant) nugas. Idcirco distincte singulorum intentiones elucidantur: tresq; interim herpetis species ostenduntur.

Fo.243. Quartus isdemq; communis nedum aduersantium error improbatur, adeo chirurgos a physicis distinguentium, ut neque hi illorum, neque illi horum opera exercecere, neque contemplari debeant. Cuius rei causa, Medicorum originem, uariosq; abusus ostendimus. mutuum quoque physicæ passim nūcupatæ seu diæteticæ nec nō pharmaceuticæ, atque chirurgiæ connexum, ut separari penitus nequeant. proprium tamen interim singulorum munus declarantes, & tonsorum furta, & seplasiariorum audaciam, atq; fumariam chirurgorum nobilitatem increpamus. præter physicorum huiusce tempestatis omnino uituperandam inopiam.

Fo.259. Quintus atque cōmunis ēt error improbatur circa proprium chirurgorum munus qui tumores ulceraq; curare ad ipsos pertinere, adeo profitentur, contenduntq;: ut nostrum uelint lucrum omnino deprædari: quam ob causam quicquid, nostram diminuentes possessionem, uiolenter usurparint, ostendimus, uerum interea historiam nar-

rantes,cuiusdam,librum secũdum Galeni ad Glauconem chirurgicum esse proteruientes argumẽta recitauimus:totius libri etiam primi,nedũ secundi,& quatuordecim methodi medẽdi uoluminũ intẽtionẽ breuissime ꝑcurrẽtes.

Fo.279. Sextus aduersorum error deletur chirurgiam physicæ subalternam esse dicẽtium.cuius occasione altior quæstio discutitur.an.s.medicina quæ ars est,& quidem factiua,quin resartiua,naturali philosophiæ uera subalternatione subiiciatur.nouamq; nostram opinionem propalauimus:uerissime.s.subalternari:aduersantiũ interim,præcipueq; Zimaræ obiecta diluentes.

Fo.295. Ob grammaticulos quosdam,plures nostro in opusculo dictiones,uelut parum latinas,atq; a Ciceronis stylo alienas,reprobare fortassis intendentes,apologiam obiter adiunximus:notare interim uolentes consulto plures uel Ciceroni absurdas uoces omisisse.ut me non grammatices,aut linguæ latinæ professorẽ:sed philosophiæ prius, nunc autem medicinæ lectorem,ac pro uiribus indagatorem existere intelligant:quamobrem non uocabulorũ ornamentum,sed(si quæ tamen bona sit) ab illis indigitatã sententiam perlibrent.

Fo.295. Septimus isq; uulgaris error,perfectissimũ tam physicũ q̃ chirurgũ aliquando summis et encomiis (tametsi omnis disciplinæ expertem cognouerint) extollentiũ destruitur.Qua occasione,a medicinæ fine initio assumpto, quæ medicis ad perfectionẽ necessaria sunt: resoluendo ꝑquirimus:Galeni sermonẽ de const.art.med. dilatantes. Demumq; fo.320.quonam pacto uerum sit medicũ oportere fortunatũ esse,& quomodo fortuna in medicinæ muneribus ualeat,obiter ostendimus.

Fo.327. Octauus aduersorum error impugnatur,certum primi aduentus sphaceli tempus assignantium.haud.n.determinato dierum numero:Sed nunc statim,nunc uero tardius:pro uaria,tum morbi specie,tum ægrotantis temperatura,succisq;,ac regimine superuenire plura ꝑ deinceps,

contra impudentissimum, omniumq́ audacissimum thessalum, percurrimus.

Fo.335. Nonus aduersorum error, coquentia (quæ putrefacientia nominare cósueuerunt) contusa in carne, ruditer atq́ indistincte reprobātiū, uel cōi oīum uoce improbat.

Fo.337. Decimus atq́ is turpissimus aduersantium error deridetur, Casus resolutionem, priusquam operentur, in re tam clarissima expectantium.

Fo.339. Vndecimus ac is deridendus quoq́ aduersorum error propalatur, occultam quandam proprietaté albo ouorum liquori ascribentium: ut contusioni quæ fit in genu, aut tibiis, contrarius omnino sit.

Fo.340. Duodecimus aduersorū error: qui & omniū Auicennæ monumenta persequentiū cómunis est, tres inq̄ influétes spiritus, tresq́ pariter defluentes uirtutes, a tribus principiis ponétiū. Róne quorū de spiritibus, innato inq̄ uno duobusq́ influentibus, deq́ una dūtaxat influéte uniuerso corpori facultate, q̄plurima tetigimus. adeo ut tú Galeni, tú ét Aristotelis mentem, de formatrice, generanteq́ ét potestate, noua quadam insuetaq́ adhuc semita, breui quo potuimus modo, perstrinxerimus.

Fo.376. Dccimustertius oppositione qdē indignus error eorūdé deridet: alterū. s. spiritū alterius uehiculū eé proferétiū. Ibidem quoq́ &. xiiii. isq́ pariter turpissimus error oñditur, Auicennæ uerba præter propositū adducétium.

Fo.377. ignauissimus numeroq́. xv. aduersorum error demóstrat: Hippocratis aphoris. Auicénæ textū eé pferétiū.

Fo.378. Eiusdé farinę error aduersantiū reprobat, nobiles circa genu neruos ponétiū. ueluti & ultimus fo.380. diluédus accedit. Mortales in genu quoq́ neruos existere dicétiū: i nepteq́ apostema inter coriū & pellé declarātiū. Demūq́. fo.382. cur tales effatu minime dignos aduersantes medicos adduxerimus; cur etiam adeo sermonem protelarimus, apologiam, excusationemq́ subiunximus. a qua tandem iatropologiæ colophonem imposuimus.

Fo.388.Ob innumeros medicamentum in uulneribus capitis quod purgandi uim haberet omnino,etiam si leniens sit,nedum exoluens,atq; acre condemnantes, quæstio de hoc prolixe disputatur,obiterq; interim de phreniticorũ, ac pleuriticorum purgatione pertractatur. In quorũ omniũ examine,quæ bona fuerint deo optimo maximo:quæ autem falsa ineptáue,aures tuas offendentia, mihi attribuas

AD LECTOREM.

Priusquam iatrapologiam perlibraris, hæc errata, quæ sententiam uariare perturbareq; possent, plura quidem ex manuscripti exemplaris obscuritate, quædam quoque typographorum incuria cõtingentia, corrigito. ubi prima litera significat folium: secunda uero linearum numerum.

Fo.5.Linea.14.in margine{libro.2.de fracturis cõ.16.}& statim{libro secundo de his quæ in medicatrina fiunt &c.}
Fo.11.12{.spleniisq; infusis}in margine locus de his quæ in medicatrina fiunt libro.2.tex.& com.25.12.3.{at potius} in margine.6.meth.cap.v.circa.mem.& capitu.ultim.
13.19.in margine{10. ethicorũ.cap.9.&.10.} & linea.22. {primus antiqor &c.}ubi sub silentio minime prætereundum duximus,duodecim fuisse aduersantes medicos,qui iureiurando testimonium,contra insontes nostros, tum physicos,tum chirurgos adhibuerunt.Quorum omnium primus centenarius quidem erat,repuerascens iam,& innumera deliramẽta proferens.parœmiis autem,uel obscuris quibusdam metaphoris aduersarios (honestatis causa) circumscribere decreuimus:iuxta illud ouidii in aduersarium,quem ibin(proprium reticens nomen) appellauit. Quapropter sic se ab insuetæ obscuritatis increpatione defendens,ait.Nunc quo battiades inimicum deuouet ibin:

hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.utq; ille historiis inuoluam carmina cæcis: Non soleam quanuis hoc genus ipse sequi. Illius ambages imitatus in ibida sequar. oblitus moris iudiciiq; mei. &c. Sicut ergo Callimachus in Apolloniũ Rhodium inuehit obscuris uidelicet historiis: Ouidiusq; in hosté. ita etiam nos, ubi cuipiam detrahere (pro medicorum defensione) intendimus: ne insolenter turpiterq; hominum uitia detegere uideamur: satis superq; fuerit crimina, quibus offendere conantur, eruere: hominesq; honesto quodá cortice (alias tñ fortassis friando) cooperire. 14.22. {satius profecto} 17.25. {scribātq;} 20.6. {curari debet} 25.17. {Sinusq; uacuãdi} 29.3. {petétibus} 33.4. {& corrosioné} & li.6 {ut Razis} & li.9. {Abésina &c.} nostrũ exemplar sic habebat {hasen, siue cum articulo alhasen ei proprium nomen est, corrupte licet a dictione abensina, Auicenna nuncupetur} uir tamen uariis linguis ornatus, exqsiteq; doctus, Angelus caminius, & Ioannis Reuchlini, & aliorũ plurium Hebraicæ nec non Arabicæ linguæ peritorum testimonio, abensina proprium Auicennæ nomen extitisse comprobans, hoc pacto sermonem nostrum correxit: Nos uero cũ utriusq; tam. s. Hebraici, quam Arabici idiomatis expertes simus: ex Bellunensi propiũ Auicennæ nomen, illius quadam in epistola inuentum præscripsimus: quod autem uerius sit, certe affirmare non audemus. Si uerum igitur Angelus scripsit illi: sin autem Bellunensis, huic gratias (ut neminé sua laude defraudemus) perpetim habeas. Eodem folio in margine Auicennæ locus. 3.4. &c. p. cap. 2. lege {cap. 3.} & in fine: locus in marg. {quæ expositio} est expositoris Arabicorũ nominum põnédus fo. 34. in. prin. ubi ét lege {Natthæusq; Syluaticus} haud enim idem est expositor quidam Arabicorũ nominum, & Matthæus, licet hic eadem exposuerit.

35.4. {uideturq; id ipsum} li.8. {garriunt} 36.6. {ut in ipsis etiam &c.} 41.21. {paulatim} 42.4. Galeni locus est. i. de pot. natural. cap. 17. in princ. ibidem li. 12. {ad receptacu-

lum}li.24.{quare sanguis}44.19.{& ceu cantilenam}45. in principio marg.tr.2.cap.16.}46.ante medium in mar. iiii.q̃rti.tr.2.cap.16.47.3.{subdit} alterũ superfluit. & in mar.circa med.locus Aetii est li.15.cap.20.Aui autẽ.iiii. parte Secundæ partis li.est practicæ tex.16.48.9.{curatio=nis indicat}49.14.materiam.& in marg.{.i. perig.text.22. & statim.22.Fen.3.tr.2.cap.7.& in fine locus qui fo.50.in princ.ponitur hic intelligẽdus est.f.iii.iiii.tr.i.cap.3. post med.fo.53.in marg.locus Aetii.li.14.cap.29.&.30.secun=dũ Cornarii uero traductionẽ.30.&.31.57.16{delicati}& li.19.{texant}59.17.{cornucopiave}61.19.in marg.iiii.me thodi cap.5.{62.ii.{de bosco}& li.45.{reseruando}63.7. componentibus simplicibus}expungas coniunctionẽ{q3} 64.23.{ponaturq3}65.2.{iisdem.70.14{igitur}& li.18.{ad missam}& li.21.{resoluens}73.13.{pusq3 mouentia}73.9. {firmanturq3}.74.10.{minori indigebat}& li.21{& resol=uatur quod resoluitur,uel ut Bellunensis &c.{75.25.} in=unxeris}76.i.{nec tria}78.24.{per halitum}79.4.{pro ip sa}& li.15{portiunculas}& in marg. Aetii locus.96.lege. 69secundum aliam literam.70.85.15{ni uel caput}86.14. {admouendo}88.4.in marg.{secundum nostram exposi=tionem}& li.22.{aduersanter}89.8.{loco}& li.11.{in om=nibus præcedente}coniunctio superfluit.92.2.{ita uince=rent ut alias obscurarent.Quæ profecto&c }& li.18.{abin uicem}96.14.{effugientes}97.in medio marg.{ii.de gene. & cor.lege.li.primo tex.84.98.11.{confortatiuum & reso=lutiuum}& li.21{ut Galeni uerbis utar}locus est{p̊.electo rum.}lege{elementorum cap.8.}99.24.{frigefacere cõclu dunt}102.7{frigiditatis}104.5{glacitantium}105.19.{im pudenrissimi thessalici.106.27.{tunduntur enim}107.3. {contundat}108.6.{ob eandem scopus animaduertẽdus} ob eandem scilicet potentiam &c.110.1.{Nostri au.em &cætera .} In margine pauli locus notatur{ libro .7.

cap.3.litera.ω.111.8.{perpetuo}112.24.{eidem ulceri}114.28.{coniungere}115.19.{sæpius}116.5. locus Galeni est quinto.meth.cap.4.circa medium.}119.11.{ rationibus}122.circa principia marginis ubi dicit{quarta.ii. cap.28} lege{iiii.primi.cap.28}.125.14.{exurentis}126.22.in mar.{extremum habetur}lege{exemplum}.134.7{solutiuum}135.12.{antiquo sene}143.15.{aderant equites}.144.2.{exacerbatiove}146.8.{Andreas Iacobus}lege{ Iacobus auignonus}supfluit{ Andreas}147.8.{necessario interest} & linea.9.{restituere}in margi.uersus{per totam methodũ hæc duo instrumẽta&c.}151.9.{adeo ut Auerroe&c.}160.19.{biliosas}&.20.{œstro}161.18.{commode ualentes}163.8.{ocyus is}164.11. Celsi locum pondera.libr.4. cap.3.171.1.{ac per hoc}172.15.{uobiscũ}174.25{hirundines}175.23.quanquam ex philumeno &c.}181.prima{omni die locus}182.22.integra deest li.qua absente tota sentẽtia destruitur.lege ergo sic{eam enim quę medicamẽtis fit (de qua quidem prius meminerat) non eam quæ ignito uel ferro & cætera}183.3.{medicamenta} & linea 7.{hæc enim quæ adurunt}184.27.{ferrorum}191.6.{esthiomenon}193.9.{animalis morsu}locus uero in fine marginis est Celsi qui ponendus est fo.194.in principio.196.27.{Ac præsertim pro ephebo & cætera.198.6.{ ut philosophi} & in fine in margine locus est.ii. metaphysi.text. 15. 204.4.{ignominia}. 210. 26. {efficimur}.211.19.{antiquioresve}. 217.19. { de agrorum }. 220. 10. {Etenim semine} .221. 3. { Exercitium } &.5. {cecinit }.222. 28. { eamque medicinam } .230.27.{erosis enim ut aiunt & cætera} pone in margine } ut lanfrancus. doc.3.tr.3.cap.13.}231.25.{ fumus hinc } 235. prima hos 242.25.{ulcere nigro} .243.25.{ad lyram asini } .244.5. { medelarum.ꝑ } 249.16{igitur minus } & linea.24.{Nec aliter} .250. 9. { non empiricus } sæpe

inuenies{empericus}quæ proculdubio aures tuas dictio offendet.inde uero succeſſit quoniam breuitatis cauſa.p. inciſo ſcriptũ ſæpe erat ſic{empericus}251.9.{aut orator eloqui}.252.8.Abenxoaris}.253.5.{nõ gemeret?}& li.11. {pro libito}& li.14.{uel ægroti}.262.5.{hominem quem piã}267.18.{emmoto}270.7.{pertractantur}.272.27.{methodum docentem dicauerat}273.12.{ni diminutũ &c.} 275.20.{& in temperie}376.14.{in qua morbi definitionem &c.}277.24.{medicus petit}& li.27.{tametſi}278. 17.{quorum cauſa morbus}.279.24.{condemnarimus} 280.2.{bilingues enim}.7.281.16.{materia ſubiectumve ſecundum &c.}& linea.23.{enituntur}.282.27.{concenti bus.}283.2.{at quodammodo}285.9.{ſeu res ſenſibiles} 287.6.{qua unum per ſe}.294.3.perfectiove}& li.13.{habeant}296.ult.{ſufficientes}297.3.{nomen uacuũ, ut Galeni uerbis utar}male ergo{tam uanum}& li.23.{quę una cum morbo}398.6.{per reſolutionem}& lin.17.{pernoſcere}299.5.{ſolutiove}& li.25.{partibilibus}301.15.{ uitalis.ſ.}& lin.21.{hæc itaq;}& ſtatim{ut uitæ} 302.8.{& nutrientium}& li.24.{ni rerum &c.} 303.13.{indicationes}& li.17.{eam quæ ſecundum ætates &c.}309.19.{cæteriſq; non paucis}& li.24.{Sicut ſtupidiſſimi}& 25.{theſſali dementiam}.312.10.{præſeruãdi decidentes} 314.2. {totis uirib.}325.2{philoſophi quoq; teſtimonio}ii.phy. 79. fo.322.prima.}hominem}& li.22.{apud eius quoq;} 326.24.{Quas ob res}.328.13.{deliria}329.17.{proferre omnino nõ debuerint}& li.20.{At hoc maius&c.}&li.25. {cum ſcriptore}330.21.{ſecundo ac tertio}331.23.{ephebus tamen exiſtens}& lin.27.28.{iuxta parœmiam a Galeno quoque relatam}333.16.{caruſq; fit}335.15.{neq; ullum eſſe}336.14.{appellantur}& li.22.{cuiuis ulceri} 339. 7.{quod nõ competebat}& li.23.{reperire potuit}340.4. {referens dameta}.341.in princ.{At nemy. quidem &c.} 342.13.{uti inſtrumento}nõ{cui}li.20.{perpetua forma} 343.6.{inuito licet monacho}locus uero Aui. in mar.eſt

.i.iiii.tr.3.ca.i.& li.16.{isq; ſpiritus eſt dequo &c.quemq; calidum ni ſenis &c.duæ igitur dictiones deſunt {eſt}& {quemq;}& li.20.{una cum ipſo &c.}& li.22{a corde con tinuo defflueret}346.2.{minime dedecet}& li.14.{ſubſtantiam noſtram}347.13.{calidum innatum}349.15.{conducentem}352.20.{de his duximus}.356.13.{ uel inuito alberto}& li.26.{deducto impediente }.362.4.{iocinoris autem opus}366.21.{protogymnaſiarcha}ſic alias etiam corrigito.& li.23.{quanuis hic &c.}369.22.{interpoſitione}371.10.{tremor efficiatur noluit tamen &c.}& lin.15. {poroſitates}&.27.{quæ temperamentum}373.18.{ abſq; ſpirituum}375.12.{ſine ſpiritu etiam}& li.22.{perpendamus}& li.24.{ſpiritus autem à corpe &c.}377.21.{tertius e cœlo}378.2.{uideant quæſo rideant quam & li.11.{neceſſe eſt incidat}& li.20.{appellati}& li.22{in extremo lethi puncto}379.6.{homuncio tamen}& li.ult {cũ hi neruí}385.i.{ prolongaui.} Fo.388.{ protogymnaſiarchæ} 389.25.{gẽtili fulginate}395.6.{ſenſibilisq;}397.3.{peplii} 399.8.{eruditus}402.7.{igitur li ſoluens}402.20.{deiectas uires}406.25.{quod ſit fortius } 407.27.{ circa ſuturas} 409.ultimo.{purgari}410.25.{purgationem}417.12.{q̃; in ipſa}420.24.{perſpiratu priſtino}421.4.{euadere neceſſum ſit}422.5.{eum cui febris}425.11.{ſoluens}426.25.{uacuationem}429.i.Deeſt integra linea.lege ergo ſic.Nam medicamenta caput purgantia calefaciunt : calor.n.medicamenti,calori febris additus &c.} & li.25.{dyonis uerbo utamur}.430.3.{cluſienſes}& li.5.{quot nam breui} & li. 20.{meſuas uſi ſunt}& li.22.{myrteum ſyrupum}& li.24. {ad reſtringendum potius aliasq; intentiones &c.}431. 17.{oſtendes.}

Demum ſcias quæſtionem de medicamento in capitis uulneribus exhibendo in die ſanctiſſimæ reſurrectionis, anno.1544. idibus aprilis a nobis expeditam : quamobrem Chriſti reſurrectionem contemplanti dodecaſtichon oc-

currit.quo tametsi Christũ Diuina Patris potentia e cœlo descendente(tanquam hominem intelligo) spiritumq; (ipsum deum subaudio) sua, propriaq; ui surrexisse certo certius liquet. Hippolytũ nihilominus, Tyndaridãq;, nec non leonis catulum, non sic sed arte surrectos esse, æsonéq; decrepitum iuuenem rursus euasisse ostenditur. sic ergo.s. arte quadam (haud absolute dei potentia, surge dicentis tolleq; grabatum tuum & ambula) medicamentum purgans hominem suscitat peneq; ab inferis arte quadam ut oportet exhibitum retrahit. Siue.n. leniat, siue lubricet, aut comprimat, uel uiolenter soluat (horum năq; propinare quodlibet fas est, huic.s. unũ, illi uero aliud, pro diuersa ęgrotãtis natura) statim capitis uulnus leuius fieri cõspicimus: indeq; ad saluté reuocari. lege igitur in uersu secundo {spiritus ipse sua} & in uersu. 9. {sic deploratum &c.

¶ Si dicas artem potius medicamento: non medicamentum arte trahere. Dico uerum utrunq; fore. artem.s. medicamẽto, ut instrumento, idq; etiam arte regulatum, ac ubi oportet decenter adhibitum, deploratos iam, a mortis periculo reuocans, in pristinam reducere salubritatem.

IOAN. PHILIPPI INGRASSIÆ IATRAPOLOGIÆ, LIBER PRIMVS.



CASVS.



HIPPOMACHIA quadam, hasticoq; ludo, inter illustrissimũ dominũ Terrænouæ Marchionem, ac spectabilem contrà baronem Vulterani paratis, octauo Kalendas quintiles, anno post orbis redemptionem millesimo, quingentesimo, trigesimoseptimo: currentibusq; obuiam hinc inde utrisq;, armatum genu Marchionis inermem miserabilis baronis tibiam, ingenti equorum impetu, adeo percussit: ut nedum illius contritio facta sit, sed repatiens ferrum in semetipsum cederet, doloremq; ex attritione immodicum illustrissimo etiam Marchioni (perinde ac plurimis notum fuit) uix triduo deinceps ablatum, induxerit.

Primus aduersantium medicorum error de ictus magnitudine.

Quanq̃ non deest polypus, anguillam captare cupiens, qui quidem minimum ictulum, quin ueluti frictũ quendam, scalpturam'ue felinam extitisse, etiam iureiurando comprobauit: adeo ut iuxta barbarorum medicorum principis, eiusq́; sequacium nomenclaturam, excoriatio (utpote cutanea existens) scarificatio'ue, non contusio appellari debuisset. O caput uacuum cerebro, quo nam pacto fieri possibile est, ut duobus illustrium procerum equis impetuose ferociterq́; currentibus, armatum ferreum'ue crus inermi occurrat, in semetipsum cædens, illud uero nõ friet, nedum letali attritione arietet, contundat'ue? etiamsi inuulnerabilis esset, magis quàm Cæneus. Quanuis igitur externarum causarum nullam, ad curationis indicationem conducere Galenus exprompserit, ad affectus tamen agnitionem summopere nonnunquã confert. Facta est ergo quæ à Græcis (Galeno teste) θλᾶσμα, uel θλᾶσις, aut ionice (prout Hippocrates locutus est) φλᾶσμα per φ, à Latinis uero cõtusio, uel collisio nuncupatur, ex uiolento ictu, grauiq́; casu, subirruente extrinsecus uiolento, ualido, & duro corpore, (σαρκοθλᾶσμα, quod est carnis contusionem, Paulus appellat) quinimmo differentias à Galeno præscriptas obseruantibus, ἔνθλασις, hoc est illisio uocabitur, cauitate quadam friatæ carnis

secunda 1. doc. 1. cap. 4. in prin.

4. meth. cap. 3.

lib. de morborum causis ult. & lib. de cõst. art. med. cap. 6 & 4. meth. cap. 1. lib. cui titulus κατ' ἰητρεῖον. 3. cõm. 31. in prin.

musculosæ,quæ in tibia est,remanente, quanuis affluente deinceps humore, in immodicum tumorem
2 uerxerit. Nec defuit in affecto loco ruptio, ῥῆγμα
3 Græci uocant,fortasſisq; κάταγμα,ideſt osſis fractura coniuncta fuit,nomine quidem omnibus ferè hominibus,qui Græce loqui norunt,trito:uel ſi mauis nomenclaturam medicis tantum Græcis (Galeno etiam referente) non plebi uſucaptam, ἄπαγμα nominabis:q̃q̃ enim uolutæ ob uiolentiam,tibiæ, intrinſecam ictus muſculoſamq́; duntaxat partem primitus offenderit,fieri tamen imposſibile eſt,quin ſuperficietenus,os ipſum,uel fractum,uel male contuſum extitiſſet, tametſi nulla,ut quæ profunda non
4 eſſet,apparuerit. Quam quidem cum ruptione contuſionem ſecuta(ut par eſt) ἐκχύμωσις,ſiue ἐκχύμωμα,ideſt ſanguinis in loco contuſo collectio,quã exuccationem ſuggillationem'ue Latinorum nonnulli appellant nominant enim ſic Hippocrates, & alij multi medicorum(uti Galenus ait)circa cutem, affectionem,cum tenuibus in ipſa uenis contuſis, ſanguis per contuſa effunditur, non uno in loco aceruatim,protinusq; in grumos coiens,qui hoc modo excretus eſt:ſed poſtquam(ut ipſi appellant) κατὰ διαπήδησιν,quod eſt Latine,per perſultationem, effuſio ipſa facta eſt: contingitq; ſanè aliquando,ubi ita coierit,temporis progreſſu liueſcere,& denigrari, paruis nimirum grumulis,ex diſperſo in multas cutis partes ſanguine,coactis,ſcirrhoq́;(ipſius etiam Ga-

6.methodi cap.5. circa princ.

2. de fracturis.16.& 3 de his quæ in medicina fiunt tex.31.
5. de cõpoſitione medicamentorum ſecundũ loca in princ.

li.de tumoribus præter naturã cap.11.

leni teſtimonio) cum ſenibus acciderit, uicinus affe= ››
ctus eſt, propter atri terreniq; humoris exundan= ››
tiam: Plurimum uero (ipſo met Galeno auctore) una ››
cum contuſione ruptioneq́;, incidere conſueuit. Quin
immo apud Paulum, Aetiumq́;, omnino prouenit.
Quos quidem Princeps imitari conatus, ſimpliciter
quaſiq; uniuerſaliter ait, Quãdo accidit lacerto, ut cõ ››
tundatur, accidit ex hoc, inter partes eius, numerus ››
ſolutionis continuitatis plurimus, ex quo apoſtema= ››
tur. Quanuis autem Galenus plurimum aduenire ››
ſcripſerit dicens, ἡ δ' ἐκχύμωσις, ὡς τὰ πολλὰ μὲν ››
ἅμα τῷ θλασθῆναί τε καὶ ῥαγῆναι γίνεται. quod ››
eſt, ecchymoſis autem plurimũ unà cum cõtuſione ru ››
ptioneq́; incidit: illi uero neceſſario cõiungi affirmẽt ››
dicentes. Τὰ ῥήγματα σὺν ἐκχυμώσει μὲν γίνε= ››
ται πάντως, hoc eſt, ruptio cum ecchymoſi prorſus ››
neceſſarió ue accidit. haudquaquam tamen aduerſos ››
ob id reputaſſe debuerimus: idem utriſq; dictionibus
apud medicos (tam his ſcilicet quæ neceſſario, q̃ quæ
plurimum magná ue ex parte quippiam contingere
indigitent) ex Galeni quoque norma frequenter im=
portantibus. tametſi rem ipſam ex Galeno etiam ex=
actius ueſtigato, perpenſoq́; trutinãtes, ruptis ecchy
moſim omnino ſuperuenire cõdiſcemus, hæc nobis ali
bi teſtante, διότι δ' σὺν ἐκχυμώσει μὲν πάντως, ››
ἐνίοτε δ' καὶ σὺν περιθλάσει τῆς ἐῤῥωγυίας σαρ= ››
κὸς ἀποτελεῖται, διὰ τοῦτο πλείους ἰάσεις ἐνδέ= ››
ξεται. quod eſt, quoniam uero cum ecchymoſi qui= ››

4. meth. circa princ. li. 4. cap. 31. i prin. lib. 14. ca. 70. i prin. quarta 4. trac. 2 cap. 3. in prin.

4. meth. in princ.

Vt Paulus quarti 31.

6. aphoriſmorũ. 58.

4. de morbis curandis in fine.

dem omnino, aliquando uero & cum contusione, cir=
cum ipsam præruptam carnem cõsistunt, idcirco plu
res curationes indicabunt. Intelligendum quod eius=
dem uoluminis initio prædixerat, hoc pacto, cum ec=
chymosis ex alijs possit causis contingere, plurimũ ta
men unà cum contusione ruptioneq́; incidit: τὸ pluri=
mum ergo (Græce ὡς τὰ πολλὰ) super τὸ ecchymo=
sis cadit, non autem super ruptione uel contusione,
quas necessario, quum adiunctæ sunt, consequitur.
5 Præter ipsam uero uniuersam ecchymosim, sinus
quidam in media contusione factus est, sanguine pro=
tinus defluente, ac deinceps toto, eadem in parte, in
unum grumum counito refertus. Quem quidem affe
ctum (Galeni quoq; documento) θρόμβωσιν uocare
6 possumus. In cuius quidem uniuersæ tusionis atque
sinus uertice, osciIlum adapertum est, ob quod sinus
nomen, Galeni documẽtis, Aetiiq́;, ea ecchymomatis
portio, non temere sibi uendicare potest. per illud au
tem, fractis iam, solutisq́; uel effatu dignis uenis, plu
7 rima sanguinis copia manabat. Doloŕq; tandẽ pro=
pter hæc (ut ita dixerim) clamosus eũ adeo uexabat
cruciabatq́;, ut eius uirium robur sensim succumbe=
8 re uideatur. Cuius quidem doloris uehementia phle=
gmon (ut par est) erysipelacea deinceps oborta est:
Quum præcipue ab ictu (ne sibi à uulgaribus tan=
quam pusillanimi detraheretur) ad inceptum iam ha=
starum ludum, ad finem usque, uel inuito corpore,
præsertimq́; crure, perdurans, constanti uiriliq́; ani
mo reuersus sit.

li. 2. de fra-
cturis tex.
16.

li. de his q
in medici-
na fiũt, cõ.
27.
lib. 14. cap.
70. circa
principia.

Curatio.

Accersitus itaq; chirurgorum Panormitanorũ quidam, (cuius ferrum præ cæteris in igne positum est) ipsi spectabili uiro nõ minus obnoxius deditusq; q̃ necessarius, familiarissimusq; amicus, (quanquam ueluti Glyconẽ, Ptolemais in iudicium uocauit) adeo ut infelicem uiuere uitam diu, charissimo suo Mecænate destitutus, noluerit: uerum ad manes quoque, iã tertius agitur annus, ipsum uisurus accesserit. uiso igitur exacteq; perpenso huiuscemodi nefando casu, cœpit statim tota Minerua, quæ uel ipse met experimẽto uiderit, uel à peritorum aliquo perceperit, librare: incumbebat enim quotidie literis, studebatq; pro uiribus experimenta rationibus comprobare, (etsi Latinas literas non perfecte calleret) nanq; ubi Marte suo quid excudere nequibat, ad literatos uiros sine pudore accedebat, non ut hi, qui nihil se ignorare putantes, consortium omne gymnasticum nouercali quodam odio prosequuntur: et pluries ad nos etiam (quemadmodum Panormitanis ferè omnibus notissimum est) peruenerat, si quid nostro in gymnasiolo boni reperiri quiuerit, reportaturus. Naturali igitur rationi, iudicioq;, & eorum experimento, quæ sibi præ manibus sæpiuscule occurrunt, innixus: eo quidem modo in curando se habuit, ac si omnia unico intuitu perpendisset, quæ à Galeno medicinæ lucerna, cæterisq; antiquioribus, recentioribusue reli=

cta posteris reperiuntur. Itaque ab eo, quod uehementius ægrotum infestabat (doloris inq̃ sedatione, simulq́; ecchymomatis, sinusq́; uacuatione) exordiens: Sinum ipsum, parte inferiori, ex Galeni (quod alii quoq; deinceps, Paulus inq̃, Aetius, ac Princeps, ceteriq́; obseruant) documento, dissecuit. Cui enim non est (prout idem testatur) huic ipsi moliamur effluxum oportet. Cumq́; duplex eius ratio sit aliàs uidelicet tota cauitate desecta, aliàs in fundo tantum aperta, hulceris quidem magnitudo, lociq́; ob neruos uenasq́;, ac tendones effatu dignos, momentanei profunditatem, in fundo potius aperire, quàm totam ex æquo cauitatem dissecare induxerunt: idq́; non temere, sed quò sanguinis compositi coaceruatiq́; grumi distraherentur: qui quidem dolorem ita angentem, tum ipsa intemperie, tum uehementi extensione gignebant. Quamobrem dissectione iam in fundo peracta, grumisq́; à leniter cõprimente manu expulsis eiectisq́;, adeo mirificus ille dolor extemplo comminutus est, ac si deus ipse optimus maximus diuinam manum imposuerit. In eo igitur loco, ubi scalpellatio facta est: cum non parua (quam saphenam uocant) uena subiecta fuerit (talarem alii nuncupant) ramiq́; apophyses'ue, iuxta suum principium existentes effatu digni plures, à contusionis impetu confracti, diuulsiq; necessario fuerint: sanguinis copia paulatim defluebat. Qua quidẽ inspecta chirurgus, dimisit prius aliquantulum effluxum: prout Celsi normã ab Hip

2. ad Glauconem. 9. 4. lib. c. 48 14. cap. 54 4. fen. 4. tr. i. cap. 3 & 3. iiii. tr. i. cap. 29. i prin. 3. de morbis curãdis cap. ult. uersus finẽ

lib.5.cap. 26. sec.19. li. de uulneribus hulceribus quod post principia.

pocrate præscriptam perlegimus, quoties parū san= guinis, pro modo uulneris fluxit, eum mature sup= primere non oportebit, sed pati fluere, dum tutum erit (præsertimq; si uulnus in tibia sit, dicebat Hip= pocrates) adeo ut si parum fluxisse uidebitur, mitti quoque ex brachio debeat: utique si corpus iuuenile, & robustum, & exercitatum est, multoq; magis si id uulnus ebrietas præcesßit. Huic autem spectabili uiro, eo præsertim die, ciborum multitudo potuumq; non defuit: priusquàm enim ad ludum acceßisset, con uiuium uarijs innumerisq;, prout aßiduus eius mos fuerat, escarum generibus fulcitum, decoratumq; pluribus patritijs equitibusq; parauit. Qui quidem omnes, præcipueq; ipse, qui ob corporis magnitudi= nem, uentriculiq; robur, πολυφάγος beluoq; iam erat, tuburcinantes, pro uniuersa uentriculorum ca= pacitate ingurgitarunt. Fluente igitur, mißo'ue iā ex uena sanguine, tum hulcus ipsum, tum quæ circū= posita loca sunt, phlegmone minus, (tum Hippocra= tis, tum Galeni testimonio) tentabuntur. id quod, pro barbaris quoque, ab eorum principe comprobatum uidemus, dicente: & fortasse sanguinis effluxus, quā titate moderata, uulneribus confert, prohibetq; apo= stema, obstructionem, atque febrem. Et propter hoc oportet ut adiuuetur cursus sanguinis, quando abbre uiatur. Quamobrem moderato iam defluxu (pro in= tegro medici iudicio) expleto, donec omnes grumi san guinis ad sinum collecti, item quæ circa totum contu

Vbi supra 4. methodi 6. uersus finem.
4. fen. 4. tr. 1. cap. 3 circa prin.

ſum locum erat ecchymoſis iam diſcuſſa, ſecundum maiorem ſui portionem, apparerent: liuore, qui ob cō gelationem prius inductus fuerat. (frigida nanque contuſam tibiam ipſemet ſpectabilis uir, ſponte, con tra Hippocratis, Galeniq; methodos, quamprimum ab ictu madefecerat, ſibiipſi, ueluti pyrauſta, mortem accerſens,) penitus ferè ad rubedinem phlegmonicam reuerſo: fluorem denique ipſum cohibere, ſupprimereq; certum eſt, ne à reſeratis fractisq; iam uenis cruor ſuperflue egrediens conuulſionem, quam profecto letalem protulit antiquus ſenex, induceret. Aut ſanguine in cauitatem, unde globoſum extraxerat, deſtillante: quas quærebat, tum phlegmonis repulſio, tum remanentis ecchymomatis digeſtio, contuſæq; ſimul carnis concoctio impedirentur. Nec auſus eſt tamen exactius repellentia, ualidaq; adſtringētia aperto loco admouere. Quæ enim huiuſce extant farinæ, nocumentum iuuamento maius, attritæ carnis, atque ecchymomatis ratione inducerent, ueluti deinceps oſtendemus: eoq; magis, quia reuellēs uniuerſalis euacuatio, nondum facta fuerat, ratione inferius recitanda. Impoſuit ergo implicitum in lōgitudinem linamentum, quod uulgus ellychnion uocat, Græci uero medici (prout ex Celſo iam Pauloq; percepimus) λημνίσκον appellant, emmoto multipliciſq; uſus medicamento (quod πολύχρηστον Galenus nuncupat) præmadidum inſperſumq;: Hypericino ſcilicet oliuo tepente, cum hulceribus quidem, ma-

5. aphoriſmorū. 17, 18 & 20. 6. meth, 3.

5. aphoriſmorū 2. & 3. firmatq; quarti 4. tr. 2. ca. 16. in fine.

Lib. 7. cap. 28. lib. 6. cap. 34.

Primo de compoſitione med. ſecundum genera 2. & 3. & ſæpe.

5. aphorismorum 18. 20. & 6. meth 3. ante medium

*ximeq; ubi nerui discooperti sint, aduersissimum
(Hippocrate, Galenoq; autoribus) existat, id quod
actu frigidum admouetur: cui quidem oleo albuginis
oui pars tertia admista fuerat, ac rosacei medietas,
adiecto paucolinospermatis, altheæq; seminis, et cha
mæmeli puluere, cum hordei lentiumq; farina: Ita ut
uniuersum antidotum, unguinis liquidi speciem assu=
mens, albugineæ, oleaceæq; uisciditatis ratione, fra=
ctarum uenarum quadantenus glutinatiuum euadat,* 1
ac per hoc defluxui quodammodo resistat: Rosacei 2
uero et Hypericini, *lentiumq; uirtute, corroborans:* 3
& tum Rosacei, *lentiumq;, tum albuginis tempera=* 4
*mento phlegmonis initio aduersetur. præter hæc au=
tem, quod iam effusum est ecchymomatis residuum,
hypericini, pollinisq;, et hordeaceæ farinæ potentia* 5
*discutiens: quod quidem hypericonis oleū, prout enu
cleabitur, cum rosaceo pulueribusq; concoquendæ
contusæ carnis idoneam potestatem habent: sunt ue* 6
*ro hæc omnia, cum per se, tum unam in substantiam
composita, ad sedandum dolorem, (ueluti post hæc
singula ppendētur) satis superq; idonea.* Id inq̄ *poly
chrestō antidotū admouit, prius tamē subcalenti em=* 7
*bregmate, fotuq; ex chamæmeli, rosarū rubearū, ebi
sci, lētiū, ac linospermatis, et absinthii, in arnoglossæ
aqua, meriq; dulcioris æquilibrio, necnon aceti por=
tiuncula, decocto* (ἀπόζεμα *græci dicunt) peracto,
ut inductam à frigida congelationem abstraheret, do
loremq; ulterius mitigando pergeret. Super contuso*

uero loco, ubi nerui, neruosarumq; partium attritio quoque facta est, cataplasma imposuit fabacea ex farina cum oxymelite confectum. Est enim id (Galeno etiam teste) salutare medicamentum, atque ab athletis non semel expertum: Contritam uero, sinuiq; adiacentem cutim dimittere (Galeni etiam documento) decreuit. Circunstantes autem minimeq; contusas carnes, & rosacei olei, & aquæ (quam à rosis etiam sublimatorio instrumento recentiores extrahunt) æquipondio, cum aceti semuncia, adiecto bolo armenico, ad summum leuorem, pollinis instar, redacto, inspersit, splenisq; infusis madefecit. Atque idipsum, ut repulsione cum adstrictione facta, humorum defluxus prohibeatur. Duas enim esse functionum medici primas differentias, medicorum summus Galenus edocuit: aut enim eos, qui nunc urgent, affectus his quæ molitur curat: aut eos qui non sunt, fieri prohibet: quum sit bonus medicus ueluti bonus nauclerus (eiusdem sententia) futuram præuidens tempestatem. Quas ob res eo pacto ligaculum, circunducto splenio, peregit: ut contuso loco molliter adstricto, ne dolorē incitet, membrum enim (ut Hippocratis, Galeniq; illius asseclæ, methodis perpetim pro uiribus innixus, barbarorum princeps ait, quando apostematur, (& iam ipse phlegmonem, erysipelasq; inter apostemata connumerat) nō suffert ligaturam, nisi æqualem lenem ue, nedum uehementiam compreßionis, circumpositas tamen partes preßius exactiusq; coegerit: præsertim

6. methodi 3. uersus finem.

lib. 3. de fracturis cō. 43.

4. method 3. circa finem.

1. prædictionū cō. 4. in fine.

li. de his q in medicina fiūt tex. & cō. 27. quarta 4. tr. 2. ca. 3. uersus finē.

ibidem. ſuperiores, ſurſumuerſus procedendo proceßione ,,
plurima, iuxta ipſiusmet ſui Principis decretum, ne ,,
effundatur ad ipſam contuſam partem aliquid: ut po ,,
6. meth. c. ultimo circa medium. tius (Galeni etiam dogmate) humorum defluxus euite
tur. Contentus uero unica duntaxat in fundo facta
diſſectione fuit: quoniam ſatis ſuperq; expurgatum
per illam ſinum, ecchymoſim'ue, (quoad fieri factione
prima potuerit) ſibi ipſi uiſum eſt. Relinquitur uero
idipſum (ueluti & reliqua cuncta particularia) medi
ci aſtantis iudicio: cum neque calamo ſcribi, neque lin
gua proferri poßit certa rei quantitas. Sed ne deter=
minare quidem contra quis poterit, qui non uiderit.
3. meth. 7. post mediũ. Dicentibus etiam empiricis, Galenoq; in hoc eos, ue=
luti & pluribus in alijs, contra amethodum Theſſa
lum, comprobante: ipſum medicum qui ſæpe ægrum ,,
reuiſit, quàm eum qui non uiderit, commodius curatu ,,
rum: ex quo & in parœmia dicitur, Oculis magis ,,
quàm auribus fidem adhibendam eſſe.

Secundus aduerſantium medicorum error
de ecchymomatis ſcalpellatione.

Verum ut quæ dicta iam ſunt, clarius eluce=
ſcant, comprobenturq;: altius idem repetendum
eſt. Quum nihil ſit, quod non audeant medico=
2. ſimplicium medicamẽtorũ 13. uerſus finẽ. rum iuniorum quidam (prout Galeni quoque pro=
phetatio fuit) quos adeo inuenire eſt, ceu torpedi=
nem irretierint, ſtupidos, ut ne ubi audierint quidem

ueritatem, aſſequi poßint. at ſambucam citius ca=
loni aptaueris alto: horumq́; præcipue Theſſalum, à
carceribus ad metam, medicos erraße propalan=
tem. Perfricta igitur fronte, in primis pandeletiam
proferre ſententiam decreuerunt, dicentes: ſcalpella=
tionem, inciſionem'ue, initio curationis factam (hinc
enim exorſi ſunt, ut uerè à carceribus inchoaſſe dicã
tur) nocuam omnino, ueriſq́; medicorum canonibus
aduerſam fuiſſe: attraxiſſeq́; magis quàm diſcuſſerit.
Quis autem hic eſt beccefelenus, qui aduerſus ipſum
etiam Solem loquatur? Neminem mehercle exiſtimaſ
ſem, qui quidem ſi homo ſit, nedum medicus, in tantam
poſſet fatuitatem peruenire. Qui homo ſit, inquàm,
rarum enim eſt (perindeac apud Comicum, uel Ga= 1. de diebus decretoriis cap. nono uerſus finẽ.
leno referente, dicitur) ut qui homo, ſit homo. Nam
agreſtem, belluinum, amentem, ruſticum, non ſecun=
dum hominis naturã eſſe putantes: ad integros in ea
natura & conſummatos nomen transferimus. Maxi
me enim homo eſt (Philoſopho etiam auctore) qui ſe 11. ethicorũ cap. nono. &c. 10.
cundum mentem eſt homo, hicq́; dijs amiciſsimus eſt.
Talia igitur promentes non homines (niſi æquiuocè) in procemio. 1. et. 8. phyſicorũ.
1 cum Auerroe nuncupabimus. Quorum quidem pri=
mos antiquior q̃ Chaos, & Saturnia tempora, Nãna
,, cus hæc teſtatus eſt: Quoties cuipiã corporis parti,
,, (eius barbarie omiſſa) cõtuſio acciderit, adeout ſan=
,, guinis cõcretio, lociq́; ob hãc nigredo facta ſit, ſcalpel
,, lari minime gentiũ debet: quoniã (audi rationem) ſan
,, guis ibi in globum collectus exiſtit. Qua de re po=

tius resoluentibus utendum. Additq́; (id quod peius ,,
est) tam medicos, quàm medicorum canones ita præci ,,
pere: quinimmo (& hoc pessimum) ita eum ab ipso ti ,,
rocinio, praxi, factione'ue, obseruasse ait, ut nūquàm ,,
scilicet scalpellatio incisio'ue in eo casu cōplacuerit. ,,
O uiuum cadauer: si octoginta annos hoc in canone callum duxisti, (centenarius nanq; ob maius supplicium, hæc ipsa proferens eras) quot nam ad Iouis cœnā, Pœonijs tuis manibus, misisti? supplicium inquā, quia maximum (cum Vlysse ac philosopho) arbitramur, si malus dum esset quispiam, immortalitatem nancisceretur, uel diutissime etiam uiueret. Admirandum profecto, et hominis ignauiam, & proditionem: rustici. n. more ex eiusdem ore calidum frigidumq́; efflare, ac dulce & amarum emanasse pernouimus. quin altera nōnunquam manu, sitientibus nobis aquā ostendere, altera uero ignem contra nos afferre aduertimus. Sed quid est quod tantopere admiremur? non'ne ab ipso lare & demens, & delirus extitit? adeo ut se medicorum principem (quemadmodum fama est) nedum uocari præceperit, sed in sepulchro quoq; antiquioris Thessali modo inscripserit. Satis profecto ac tutius fuisset (id quod prius agebat) radere: oportet. n. remum ducere, qui didicit: quoniam cōmode apteq́; minime possumus rudentes, & remos cum armis literis'ue commutare. Commune igitur dictum uerum est, Qui lusus non nouit legem, abstineat. Nec tamen solus hic in foueam cecidit: etenim

2. œconomicorū. 3

non parua eſt cæcorum congeries. Secundus ergo il=
le adſtipulãs is eſt, qui quidem à patria cognomen aſ
2 ſumens, eiuſdem chirurgorum primus, & nomine
& autoritate inſcribitur: tum quia apud Cumanos
eſt, tum etiam quia nunc temporis adeo fortunatam
uidemus ſtultitiam, ut dormientis rete per ſeipſum
trahat. Hic itaque ſectionem omnino uitandam cen=
ſet, ni membrum gangrænæ principium iam iã inie=
3 rit. Huius autem uerba (ueluti quædam ſimia) tran=
ſcripſit κακόζηλος, qui credens (dum nomini pro=
prio confidit) ſe ſapientiæ abyſſum exiſtere, à Pſyl
lorum genere ophiuchorum cognominatus, non ſecus
quàm igni admota caſtanea, & turget, & tandem
4 crepitat. Hos uero deinceps quartus ſequitur cauda=
tus ſimius, antiphraſticè cognomen aſſumens: cuius
quidem inſania garrulitaſq; adeo à terræ etiam pe=
netralibus ad ſidera indies adoleſcit, ut neque lin=
5 gua proferri, neque calamo ſcribi queat. Quintus ite
rum eiuſdem patriæ teſtis à libertate denominatus.
Acceditq; ſextus alterius urbis diaconus: cuius qui=
6 dem uerba poſterius cribranda dimittimus. Eſt au=
7 tem & ſeptimus huius ciuis pirata, non niſi abſceſ
ſuum principiis ſcalpellationem admittens, ſiue cali=
da ſiue frigida ſit eorum materies. Poſt quem octa=
8 uus alloquitur uexillarius Gorgias (hoc ipſo enim or
dine talium ſcripta perlegimus) fiſſuram penitus fu
giendam præcipiens, ni congeſta ſanies eo in loco
9 exiſtat. Nonus autem, baculus eſt in angulo perma=

nẽs:cui decimus adhæret Vallensis: undecimusq́; cũ 10
his Archytas Tarẽtinus. Atque duodecimus de errã 11
tium numero (ueluti & cognomine sic dicitur) exi= 12
stens. Tot autem uitiis, præter ea quæ obiter iam prætacta sunt, cunctorum uerba scatent: ut mihi in mẽtem, cum nostro medicorum duce, ueniat illud stulti ad cribrum, neganti inuenire se quid eius obturet aut non obturet. quid enim? primum ex ipsis dicas, aut quid omittas? Quippe omnia refutare, quæ perperam sunt dicta, longum sit. At in his (quæ prætactæ iam, omissæq́; plures sunt) singulis diruendis nugis, uel os uel manũ deturpar'e, hominis eßet nedũ futilis, sed alieno ingenio Mineruæq́;, audacter ac temerarie, quasi solus cuncta perspiceret, nequaquam confidentis. Cuiuis enim erudito (ad quem sermo noster dirigitur) quin medicinæ quoque candidatis electro pellucidiora euadent horum errata, deliriáue (ut aptius loquamur) nuncupanda. In eo duntaxat quadantenus insistendum decreuimus, quod impudentissimus deridendusq́; nouus Thessalus exprompsit: ab ouo scilicet medicos errasse. Qua ratione (quanquàm aliàs parum aßueti improbos ignauosq́; acerbe taxare) ob medicorum tamen Panormitanorum, ac totius deniq; medicinæ contumeliam, hæc scribere conati fuimus. Quid rudis eurybatizans Thessale, quæ bona sunt calumniari tentas? ut multitudini placeas, ac Ptolomai, quin potius crumenæ? cum liceret tibi in ueritatis contemplatione excellere, si diligens

1. methodi ca. 9. post prin.

eßes,

esses, ac ueritatis amator. Quid ita ruditatis auditorum patrocinio abuteris, ad insontium medicorum blasphemiam? dialecticos enim potius, ac scientes qui uerum falsumq; discernere sunt periti: qui consequēs ac repugnans distinguere, qui demonstrandi methodum à pueris sunt meditati: sapientes quoque, & medicos, & philosophos, cæterosq; cuiusuis dogmatis peritos (prout semper à me petitum est) iudices in consessum introducito. His ergo sedētibus aude quippiam nostros insontes doctissimosq; medicos accusare. His pronuntiaturis aggredere, barbara tua uoce rabidaq; contra eosdem illud primum differere, falsò maleq; omnia & præcepisse, & manibus fecisse. Optem utiq; et Hippocratē et Galenū, aut si mauis barbarorum quoq; Principē, et eorum qui hos sectantur quēlibet iudicem eligas. horū hercle nemo, quæ facta est, curationem (prout uidebitur) dānauit: quos tu mihi nec legisse unquam uideris, nec si legisti, intellexisse: certè si intellexisti, iudicare de his minimè gētium potuisse. Fert autem hic, insigni sua audacia, sapientissimus Thessalus sententiam: nec sapientum medicorum expectat. et palmam sibi tribuit, dum omneis se uicisse gloriatur: sed semetipso duntaxat litigatore, seipso agonotheta, seipso iudice. Agedum igitur Theßalo hymnos omneis cantent, scribanq; fugientis uictoriæ carmina: Tum publicum orbis theatrum constituatur: acceditoq; aliquis, qui canat eum ueluti uictorem totius medicorum generis (physi-

corum ſcilicet uulgò nũcupatorum, chirurgorumq́;) coronatum. Sed quis tanti ſpiritus poeta exiſtet, qui hæc canat? quis dabitur Homerus, qui hexametro tono hanc recentioris rabidiq́; Theſſali uictoriam celebret? aut quis Lyricus, qui ueluti Pindarus altè in dithyrambis tonet, quiq́; ſicut olim Bacchi, ita nunc moroſophi Theſſali præconium efferat? An potius nullum requirimus? ſed eos qui iambos ſcribunt, Archilochum aliquem, aut Hipponactem, aut ex tragica ſcena quempiam, qui ſic hominem compellet,

Vt Euripides in tragœdia Oreste post principia.

Μέν' ὦ ταλαίπωρ' ἀτρέμας σοῖς ἐν δεμνίοις,
Ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι. quod eſt.

Quieſce dum miſerrime in ſtratis tuis: Nanque haud uides, quæ te putas noſſe probè. Oreſtis mihi ſomnium uiſaq́; narras ſceleſtisſime hominum Theſſale. Qualè nam id theatrum eſt, in quo tu medicos uinces? qui iudices erunt? quínam tibi præmia proponent, alas pedibus tali ſermone adiungẽti,

Ὦ Φοῖβ' ἀποκτείνουσί μ' αἱ κυνώπιδες. quod eſt, ò phæbe interficiunt me caninam faciem habentes. Quis uerò te hiſtrionem, dementemq́;, dementior ipſe reputandus animo unquam interficere concipiet? uerùm ne ſermo noſter, ultra quàm par ſit, procedat, ac ueluti equus effrenis (ut Galeni uerbis utar) reflexionis oblitus, battologiſſando expatietur: ad inciſionem duodecim deridendis teſtibus reprobatam accedamus. Inquit ergo ſimius caudatus: quem quidem prædictorum nonnulli conſequuntur, antiquo Seni,

Octaui de uſu partiũ. 9. in fine.

" Galenoq; innixus. Hulcus omne exiccari postulat, " præter id quod ex contusione factum est. carnem nan " que contusam putrefieri necessum est, ac tandem sup " purari. A concoquentibus igitur duntaxat putrefa= " cientibusq; medicamentis, caliditatem scilicet cum hu " miditate inducentibus, exordiendum erat: nequaquã uerò ab ecchymomatis incisione. Galeni uerò (quem penitus se assecutos esse opinati sunt) methodum ame thodæ belluæ neglexerunt, dum ait: Semper pro affe ctuũ numero, etiam medendi indicationes respõdere. habent enim singuli morbi propriam figuram, suæq; actionis indicant auxilia: totq; sunt medendi ratio= nes, quot sunt morborum ideæ. Simplices ergo mor= bos à compositis, ex Galeno etiam, discernere opor= tet: cum simplici simplex, composito non simplex cu= ratio competat, hi uero simplicem tantummodò affe= ctum considerarunt, minimè aduertentes ex octo iam (ueluti præscriptum est) affectibus compositum mor bum, uel contrarias inuicem plurimis indicationes po stulantibus. In quibus quidem (Galeni, horumq; prin cipis sententia) triplex tibi propositus est finis: unus profectò, ueluti à causis sumptus eius quod futurum est. Alter ut quod rationem obtinet eius sine quo non. Tertius eius quod ueluti accelerantium, & urgẽ tium nominatur. Ergo si ad duos priores respexeris, ordinem sanationis inuenies: ueluti si phlegmone, & cauitas, & hulcus, & sordes simul in eadem particu la constiterint: primum phlegmonem secundo loco

Lib. de hul ceribus. 4. meth. cap. 5.

4. meth. ult. uersus finem.

Secundi de Crisib. c. 9. in fin. Primi de rõne uict. in morb. acut. cõm. 43. post mediũ. Secundi meth. 6. in princip. & quarti eius dem 1. cir- ca princip. Quarti me th. 1. post princi. & li. 3. sæpe. 3. meth. c. 9. & septi- mi 12. quar ta 1. ca. ult.

ſordem, tertio cauitatem eſſe ſanandam: Et quarto bulcus. In iam dictis ergo, tū ordo, tum agēdorum inuentio ex his ſumitur. Tertius uerò propoſitus medendi finis, is eſt, qui ad id quod uehementius urget, attendit. Nam affectus unde primū maximeq́; imminet homini periculū, hic primus curare debet. Quinimmo talis eſt hic urgentium finis: ut interim, non primum modo, uerum etiam ſolum curemus, alium affectum inſanabilem relinquentes: uelut ubi luxatio cum bulcere, in aliquo maiorum articulorum, inciderit. Interdum uerò (quod maius eſt) & alium affectum nos ipſi inducimus: uelut in nerui tendonisq́; puncti curatione oſtenditur, uel uaſorum cuiusquam ſanguinis profuſione. Quanuis alterius nonnunquā affectus curationem penitus poſtergare non debeamus. Quas ob res ſi octo, uel ſaltem (omiſſo apagmate, utpote quod ineſſe chirurgi minime conſpexiſſe aiunt) ſeptem ibi affectus erant. Ecchymoma, Sinus, thromboſiſ'ue primi (ſic enim ab initio uocauimus eā ecchymoſis portionem, cauitatem'ue in rupta parte factam: Ad quam quidem, ueluti ad foueam, ſanguis in grumos totus coaleſcens, coaceruatus eſt: Galeno præſertim dicente, Hippocratem alioſq́; multos medicorum, eam nominaſſe uel ecchymoſim, uel ecchymoma, ubi potius (ut ipſi uocant) per diapedeſin hoc eſt perſultationem, ſanguis effunditur, non uno in loco aceruatim protinusq́; in grumos coiens, bulceris uerò uel contuſi cauitatem aliquando ſinum appellan-

Vt 1. aphoriſmorum 16. quinti 16. 10. metho. primo circa medium & 1. ad Glauc. 14. ante medium.

5. de compoſitione med. ſecundū loca in princ.

te) ubi uidelicet affecta pars alicubi aperta est, ut qui continetur humor, excernatur. Quouis autem nomine appelles licet: Galeno ipso infinities diuini Platonis monumentum attestante, circa nominum placita quàm minimè immorandum, modò rerum differentias obseruemus, obseruatasq; intelligamus. Assiduè nanque in animo habeas oportet, quemadmodum ab ipso quoque didicimus, studendum esse nominibus tantum, quantum ad illustriorem significationem eorum quæ dicimus, ex illis iuuari possis. Reliquum uerò tempus superuacuum existimabis, ad studium meliorum rerum reponens. In circunstantibus autem, cõtusisq; 5.meth. primo post prin. & 6. in fine. & c. x. circa pri & 6. primo & 2. ad Glauconē 9. & sæpe. ut xi. meth. cap. 12. uersus finē & sæpissime alibi 2. prognosticorū com. 36.

3 iam partibus ecchymosis nomen conseruabimus. Tertius uerò affectus, à quo indicatio sumpta fuit, urgentissimus dolor est, ab ijs iam prænarratis affectibus, cum propter intemperiem, tum propter extensionem, & humore affatim replente, & spiritu flatuoso factam, inductus. A uulnere quoque, & contusione (uti Galenus ait) distorsione, & obstructione percitus. Quippe qui, licet symptoma morbos insequens sit, uehementior tamen existens, ac periculosissimus (prout dicetur) morbi rationem (ut actionem primo & per se lædens) subit: ad se curandi intentionem re- 13. meth. dist. 2. cap. 3. circa princ. cum 2. ad Glau. post prin.

4 uocans. Itemq; quartus effatu dignus, erysipelacea phlegmon erat, propter dolorem præ cæteris ad-

5 uocata. Quintus quoque ipsius attritæ carnis ru-

6 ptio. Ac sextus, osciillum per quod sanguinis co-

7 pia fluebat. Demumq; septimus, hulcus ipsum con

tusum considerandum occurrebat. Vnius ergo morbi curationem inuenisse (Galeno etiam autore) in procliui est. Et si non ratione interdum, usu tamen haud difficile est. ubi uerò connexi duo tres'ue sunt, præsertim qui maximè contraria inter se auxilia requirant: fieri nequit ut experientia, quod agendum sit inueniatur: immo nec facile ratione. Siquidem & substantiam cuiusque affectus ad unguem nouisse oportet, & propriam curationis indicationem à quoque affectu cepiße, prætereà quem primum omnium, aut magis, quem rursus minus, aut secundo, tertio'ue loco curare conueniat. Eò igitur difficilior curatio fiet, quò plures morbi eandem partem affligent. Ad Galeni ergo medicorum Phœbi præsidium, ad tres duntaxat scopos (lucidioris doctrinæ gratia) cuncta reducentis, conuertamur: Triplicem extemplo (ueluti prædictum est) finem, causæ inquam, eius sine quo non, ac demum eius quod ueluti accelerantium & urgentium nominatur, in memoriam reuocantes. Tertio igitur medendi fine proposito, à doloris urgentisſimi sedatione omnino exordiendum erat. hic enim (nisi mitigetur) & fluxionem (Galeni, quem Paulus, barbarorumq; princeps sectati sunt, testimonio) aduocat, phlegmonemq; adauget, ac ipsam uirtutem prosternit, ita ut propter dolorem sæpius ægri sine pulsu reddantur: animiq; deliquia incurrant: & nullo pacto queant moueri. Membra nanque spiritalia ab aeris prohibet attractione, aut spiritus disturbat ope-

10. meth. cap. 10. in princip.

3. meth. cap. 9.

3. ar. med. tex. 69. tertii meth. 4. ante medii. 13. eiusdem dist. 2 cap. 2. & dist. 1. ca. 3 quinti eiusdem 4. 5. aphor. 23. in fine & 66. uersus finē 4. de ratiōe uic. acu, 27

„ rationem (uti Princeps ait) facitq́; eum interſectum, paulus 4.
„ aut frequentem, & omnino non ſecundum naturalem 53. in prin.
„ curſum. Membrisq́; prius iam calefactis, extremam 4. primi c.
„ denique frigiditatem inducit, propter illud quod re= 30. & ſecũ
„ ſoluit, & fugat de ſpiritu & uita. Atque alibi ſcri da 1. doc. 2.
„ pſit (ut ſuomet principe barbaros ſemper confunda= ſum. 2. c. 22
„ mus) omnis quidem dolor qui fit fortior, interficit: & doc. 3.
„ quoniam ex eo in primis accidit frigiditas corporis ſum. 1. c. 16
„ & tremor, poſtea fit pulſus paruus, deinde deſtrui= Secunda 1.
„ tur, poſtea moritur. Conſtat autem (inquit medicorũ ubi ſupra. Quarta 1. cap. 30. circa princ.
lucerna) primam eſſe adhibendam curam, ut ei quod 7. meth. c.
uires reſoluit, occurratur. Quoniam uerò hunc do= 12. poſt me.
lorem ecchymoma ſinusq́; gignit: primo igitur medẽ
di fine perpẽſo, à cauſis uidelicet ſumpto, pro dolo=
ris ſimul ſedatione, ab ecchymomatis ſinusq́; remo=
tione incipiendum: ut hac cõiuncta cauſa ablata, unà
dolor ipſe auferatur. Cum præcipuè (ne ſecundum
quoque medendi finem floccipendamus) absq; horum
curatione, conſequẽtes alij affectus curari nequeant.
Nec enim posſibile eſt phlegmonis primordio reper
cutientibus opponere: ueluti nec rupta adſtringere,
adglutinareq́;, ni conglobatus ſanguis auferatur.
Nanque in exactiorem compactioremq́; grumum col
lectus, uehementiorem induceret cruciatum. Quem=
admodum nec contuſum hulcus concoquere posſumus
ea grumoſi ſanguinis congerie quãlibet ſuppuratio
nem interrumpente. corrumperent enim, cariemq́; po
tius afferrent, quæ concoquendi ui prædita ſunt (na=

tura, ab exundanti, superuacaneoq; sanguine strangulata) quàm suppurent. Dolor quoque fluxiones aduocans, cum phlegmonis præcautionem, quam repellendo perficimus, tum ruptorum solutorum'ue coalitionem, contritæq; carnis suppurationem, perturbat. Eoq; magis, quo uirtutem fortius deijcit. Ab hac enim coadiuuantibus medicamentis (Galeno præceptore) & auerruncationem, & concoquendi opus fieri necessum est. Qua quidem exoleta uel repugnante, omnia cassa & uana sunt. Ab huius itaque sinus ecchymosisq; uacuatione, quo excrucians dolor decrementum suscipiat (totum nanque simul auferri, reliquis adhuc dolorosis etiam urgentibus morbis, impossibile est) exordiendum ubique gentium fuit, nostro medicorum Imperatore sic ueluti lege quapiam præcipiente. Sanè ecchymosis omnis euacuationem pro remedio curationis indicat. Triplex enim cum sit dolorem sedandi (Principis etiam testimonio) scopus, uacuatione inquam, digerentibus'ue medicamentis temperamentum mutantibus, soluta'ue unientibus, atque stupefacientibus demum, narcoticis'ue: Ea quæ stuporem inducunt, sensumq; obtundunt pernecant'ue (per initia præsertim) interdicenda, ac ueluti uitæ hominum rebellia, exprobranda penitus fuerint. Reliquum est igitur ut discutientibus anodynis ecchymoma digeramus, uel scarificatione potius celerem compleamus euacuationem. corporis nanque uniuersalis euacuatio, neque

3. artis med. tex. 67. de auerrũcat. de concoctiõe autem 5. simpliciũ 7. & 8.

4. meth. ultimo uersus finem.

4. primi cap. 30.

ecchymosis curationem, ac per hoc neque doloris eue stigio requisitam mitigationem egisset. Quonam uero duorum calle, aptius procedendum fuerit, astantis medici iudicio remittendum proculdubio est. Etenim uel in summo residens ecchymoma est, uel in profundum penetrans. Idq; bifariam perpẽdemus: aut enim talis est ipsius plenitudo, ut discutientibus digerere speremus: Tuncq; digestio proculdubio eligenda magis est. Aut uerò, ob ipsius cum congeriem, tum etiã in grumum compositionem, neutiquam iudicarimus discutiendam, quinimmo gangrænæ periculum immineat, ni scalpellando, cucurbitulisq; etiam (si opus nõ nunquam fuerit) attrahendo, quamprimum euacuemus. (quemadmodum in miserando casu, quẽ præ manibus habemus, extitisse, cuilibet uel inexperto, nedum inerudito, uisum esset.) Tumq; ab ecchymomatis simusq; uacuandi incisione exordiendum omnino fuerit: quo dissipata quidem, abscedentiaq;, sibi inuicem protinus adhæreant. Temperamentum uerò ad melius permutari, absque horum uacuatione, impossibile esse, ex iamiam præscriptis liquere arbitramur.

Tertius aduersantium medicorum error, quòd perpetuo in contusis leuibus duntaxat digerentibus procedendum.

Quanquàm non desunt moriones, incensaq; uiri di lauro clamosiores, quorum quidam uel hypericonis

oleum condemnant, utpote excedente calore acrimonia'ue (prout erroneè crediderunt) fulcitum. hi nanque nedum digestione curandum potius fuiße testantur, uerum quoque & leuioribus imbecillimisq; discutientibus molliter incedendum: suo barbarorum principi adhæsisse opinantes, loco ab ipsis adducto, sic scribenti: Medicinæ sanguinem mortuum dißoluentes sunt, sicut farina hordei, & hyssopus humida, cæteraq; id genus confecta cum aqua: Et forte est sicut calamentum montanum cum sauich: Et proprie cum in capite cadit. Ad summum uerò id cui mollificatiua inest potentia, calore cum tenui, resoluente resolutione subtili, atque exiccatiua exiccatione subtili. Nam ea quæ sunt uehementis & resolutionis, & exiccationis, in sua impresione festinant. Quare (præter id quod in eis ex uehementi resolutione dolor contingit, Principis etiam eiusdem, ac Galeni testimonio) dissoluunt tenue, & retinent spißum. Cum exiccatione sua, cum qua iterum meatuum obstructionem faciunt. Idipsum quoque aliàs præscriptum legisse gloriantur his uerbis: ueruntamen oportet ut eius resolutio non sit multæ siccitati coniuncta, ne quod tenue est dissoluat, quod uerò spißũ crassum'ue existit, in lapidem conuertat. Propter quod experimentator quoque Razes ante ipsum exprompserat, studendum eße ut sanguinem iuxta corium adhærentem emollientibus medicinis discutiamus, atq; his modice siccioribus, ita ut non sit in eis punctio mor=

Quarta 4. tr. 2. cap. 3 post princ.

Tertia 4. tr. 1. cap. 3 uersus finẽ 3. art. med. tex. 69.

Quarta 1. cap. 28. uersus finem.

14. cont. c. 3. litera o uersus finẽ

ſus'ue,nec excitatio,(quæ quidem acrioribus medica mentis ineſſe ſolent)in corpore præſertim natura humido. Id enim(ueluti huius ſpectabilis corpus poſterius examinandum erat)minori indiget exiccatione(Galeno etiam Principeq; autoribus) quemadmodum ſiccius maiori. Et ne inuidus appaream,hæc dicta à medicorum quoque fonte,tranſcripta oſtendam ſic teſtante,ſane ecchymoſis omnis uacuationem, pro remedio, curationis indicat. Quare calfacientibus huic,& modice ſiccantibus medicamentis eſt opus: quippe quæ uehementer ſiccant,digerunt illa quidem in principio euidentius,quàm quæ ſunt imbecilla:cæterum nonnihil ipſius uitij ſcirrhoſum,difficileq; curatu relinquunt. Quæ ergo humectant calfaciuntq; pharmaca:præterea hæc quæ omnes iam græce uocare χαλαστικὰ idest, relaxantia ſolent:atque ex his quæcunque ad ſiccius paulò uergunt: nec tamen adhuc clarè manifeſteq; contrahentia, quæ συντατικὰ græcè uocant. hæc omnium ſunt ecchymomatum remedia. Nec dimittendus eſt,Galeni ſimia,Paulus: Neque illius etiam aſſecla Amidenus,ſuccurrendum eſſe dicẽtes ecchymomati medicaminibus mediocriter calorificis: Cuius utiq; claſsis habetur διὰ τ̃ αἰγείρων, ideſt è nigris populis acopon,& quæcunque uiribus huic,naturaq; reſpondent. Quorum me hercle uirorum hæc ipſa contra nos adducentium ſegnitiem, ac tepiditatem non admirari nequeo(nolo in re tam clara imperitiam nuncupare) non legentium amplius

4.meth. c. ult. ꝑſus fi.

4.lib. cap. 31.in prin. li.14.c.70

fortasse, propter candelæ subitam à culice pyrausta'ue factam (prout mihi nonnunquam studenti contigit) extinctionem: aut quia somno uinoq; fuerunt sepulti, præter hos enim exacte suffusos, neminem latet huiusce rei determinatio, extemplo ab ipsomet Principe adscita: ut à suo (cui duntaxat innituntur) autore exordiar. Subdit enim, Et hæc fortasse mensura excusat solicitudinem in eo, cuius continuum soluitur prope cutem, neq; profundum apparet. Interdũ nãq; (cũ tale est) ex calida dulciq; aqua solũmodo factis embrochis, infusionibus'ue (quemadmodum prius innuerat) discutitur. Subdit uerò statim cõtrà: Q đ si non fuerit ita, sed fuerint solutiones multæ, & profundæ, ac summersæ, & longinquæ ab eo quod apparet: tunc illud (hoc est materiam id genus leuibus medicamentis ad cutem trahi) non speratur, uel (ut litera Bellunensis habet) propter illud non obedit. Quapropter necessarium est administrare attrahentia cum fortitudine. Quam quidem sententiam de alfasch quoque sermocinans, prædixerat (ueluti deinceps enucleabimus) id quod ab experto inter Barbaros Raze prædictum est, sic scribente. Quoties ipse sanguis remotus fuerit à superficie corporis, medicinæ fortiores esse debent, uehementioris acuitatis, & incisionis: atq; (ut summatim dicam) medicamenta fortioris actus eße debent iuxta profunditatem loci, cui sanguis adhærẽs fuerit. Quare morbo tali modo existenti uentosa erit utilis, quoniam ipsa uiolentia qua

quarta 4. tr. 2. cap. 3.

Qưarta 1. cap. 28.

14. contin. cap. 3: litera o. uersus finem.

li.4.ca.31 li.14.c.70.

dam attrahit, & crudelitate. Atque idipſum à Paulo prius, Aetioq́; *ſcriptum eſt ita proferentibus.* Opor=*tet autem rupturis corporis in profunditatem paten tibus, maiore acrimonia, acutieq́;, medicamenta adhi=bere.* Vtilis *autem hoc malo afflictis fuerit, cucurbi=tulæ uſus.* Vterq; *autem,* Paulus. ſ. atq; Aetius, *cumq́; his etiam* Razes *ex medicinæ fonte* Galeno *tranſcri pſerunt, ſic teſtante.* In *ruptis autem, quæ ῥήγματα* Græci *uocant, plures indicationes in idẽ concurrunt: ſiquidem & quæ à poſitura capitur rectè ad examẽ uenit.* Nam *propterea quòd & in profundo corporis ſunt, & latent, idcirco diuerſam curationem ab ijs quæ apparent, poſtulabunt.* Quoniam *uero cũ ecchy moſi quidem omnino, aliquando uero & cum contu=ſione circum ipſam præruptam carnem conſiſtunt:* Id*circo plures curationes indicabunt: ſemper enim pro affectuum numero, etiam medendi indicationes reſpõ dent.* Ac *docebitur quidem, ubi de phlegmone diſſere=mus, locupletius quod ualentiora medicamenta requi=rant quæcunque in profundis partibus laborant, quã quæ in ſummo corpore ſunt affecta.* Rationemq́; *hu=ius, (quam alibi etiam expresſit) enarrans, ait:* Nunc *id ſaltẽ arbitror patere, quòd ſolui neceſſum eſt præ ſidiorum quæ foris applicantur uim: ubi quod ab his iuuandum eſt, in profundo latet.* Quare *intendere hanc eatenus oportebit, quatenus per tranſitum ad profundum eſt remittenda.* Curandum *ergo eſt (uti poſt pauca ſubdit) ut ruptis quæ in profundo hærẽt*

4. meth. ulti. uerſus finem.

13. meth. diſt. 3. cap. 13. 3. art. med. 43. 49. 69. 70. de conſt. art. med. ca. 17. & ſæpe.

3. artis medẽ. tex. 43 70. lib. de conſt. art. med. cap. 17. uerſus finẽ, & 13. meth. diſt. 3. cap. 13.

13. meth. diſt. 3. cap. 13.

corpore, hæc tum uires magis habeant intentas, tum ipsa magis acria, magisq́; dissipantia, incidentiave sint: tum (ut semel dicam) tanto efficaciora, quantò magis à cute ad profunda ecchymosis recessit. In talibus sanè nec cucurbitulæ usus sit inutilis, idest instrumẽtum ad uiolentum attractum à medicis excogitatum. quod nobile auxilium aliquando, strenuumve nuncupauit. Hanc uerò ne dum modicis, sed nec acribus medicamentis, per halitum faciendam digestionem, chirurgus tentauit: ob ipsius scilicet contusionis ruptionisq́; magnitudinem. periculum nanque gangrænæ superstabat, si ad euacuandam ecchymosim moraretur. Quum præcipue non speretur (uti Princeps ait) eius resolutio per poros, utpote cum ab exterius constringente, tũ ab iteranea phlegmone, apostemateve constrictos. Adde quòd doloris uehementia, uirtus adeo prostrata fuisset, ut diem prius obierit, quàm pars aliqua digeratur: dolore præsertim continuo fluxum aduocante. Sola igitur incisione, hacq́; non sufficiente, cucurbitularum admotione, (si celerem omniq́; mora postposita ecchymomatis uacuationem, atq; cruciatus mitigationem uestigarit) procedendum procul dubio fuerat. Nec enim à minoribus inchoandum, ubi iam imminens periculum instat: ueluti à Galeno derisus Erasistratus in eruptione sanguinis è pulmone agebat. Id autem quo dilucidius perpendatur, exactius nostro cum medicinæ Phœbo repetendum est. Sanè ecchymosis omnis uacuationem, pro remedio cu

13. meth. dist. 3. cap. 13.

Quarta 4. tr. 2. cap. 2. uersus medium.

5. meth. ca. ult. post princip.

4. meth. ult. uersus finem.

" rationis,indicat. Accidit nanque (prout alibi docuit, " Aetiusq; transcribit) siquidem ita constiterit,ut liue= " scat:atque etiam tempore procedente nigrescat. Vn= " de non immerito id medici quàm primum curare acce " lerant,prius quàm nigruerit eo sanè curationis consi " lium dirigentes,ut sanguinem dißipent: non ignari " ægre posse discuti eum,qui in grumos iam coierit. In quos aliquando uerti ab eodem didicimus,(præsertim quando in magnam cauitatem exciderit præter naturam,prout in hoc spectabili contigit) aut saltem liuescere,uel proprie suppurari. Necesse enim est, cum à suo loco exciderit naturali,non permanere sanguinem:sed corruptionem recipere,qui autem corruptus " est sanguis,tantum abest (ipsomet autore) ut ad glu= " tinandum, & carne implendum sit utilis, ut etiam " ipse nonnunquam corpus erodat,atque exhulceret: & " multus humor cum in hulceribus excrementa creet,sa " nationem moratur. Quinimmo gangrænæ (Paulo, Razeq;,& Arabum principe testibus) periculum adest.Cum non poßit,qui corruptionis nomē adeptus est,iterum ex naturæ coctione, ad primam humoris redire bonitatem:ueluti quæ ex toto acida facta sunt, (uti Galenus inquit)uina,non redeunt rursum ad uini naturam. Quare uacuationem (ueluti iamiam prædiximus)eamq; celerem talis ecchymosis pro remedio curationis indicat:atque hanc ipsam ocyus perficiendam, Paulus ipse Galeni simia,& medicorum(excepto Hippocrate & Galeno)cunctorum optimus,cum

5.de cōpositione medic. secundum loc.c. 1.circa principia. lib.8 cap.2

6.aphoris. cō.20. uersus finem.

4.meth.1. uersus finē

lib.6.cap. 109.

13.cōtin. cap.8.

Quarta 4. tr.2.cap. 2.post medium.

2.aphoris. cōmen.17. uersus finē

lib.4.cap. 30.

li.14.c.69 quo etiam Aetius expreßit, dicens: noster medendi scopus est congregatum hærentêq; sanguinem distrahere: idq; sine mora, priusquam nigrescat. Hoc igitur in casu, nisi cutis discindatur, tumoris instar moles tactu facilis, cedensq; sequitur, liuidi coloris, magna ex parte indolens. Quæ quidem carnis mollities, colorisq; liuiditas præsertim si absque dolore sit, siderationem facile propinquam prænunciant, à Græcis uocatam σφάκελον, à barbaris uero corrupte askachillon, gangrænamq; iam præsentem circunscribunt. Scarificando igitur ab initio (inquit Paulus) sic deinceps curationem admouebimus. Id quod de fracturis quoque sermocinans uulneri adiunctis confirmat, dicens. Si contusa circumcirca caro conspicitur, scarificari ea pars debet, ut gangrænæ periculum auferatur. Quæ profecto Pauli uerba transcribens maximus arabum experiens nuncupatus Razes, inquit. Paulus de sexto capitulo, quoties concußio accidit in carne, quæ est attinens uulneri, scarificetur: quoniam dubium est, ne faciat putrefactionem & corrosionem. Quæ quidem uerba, sicuti etiam & alia ferè infinita barbarorum dicta, corruptione plena eße opinor. Dictum nanque à Paulo est libro sexto, (quare corrupte scribitur Paulus de sexto capitulo) capite de fracturis cum uulnere: si circum contusa caro conspicitur. Idcirco Razes titulum curationi adiungens ait, quoties concusio accidit in carne, quæ est attinens uulneri. Inquit deinceps Paulus, curationis

[Marginal notes: ubi supra quarti 30 — Lib.6.ca. 109. in princip. — 13. cõtin. cap. 8. ante med. lite. u]

rationis

rationis modum attingens, ſcarificari ea pars debet, ut gangrænæ periculum auferatur. Razes uero, corrupte uerſis utens exemplaribus, ait: ſcarificetur, quoniam dubium eſt, ne faciat putrefactionem, ut corroſionem. Ad eandem ergo ſententiam reduci facile poterunt. Hæc uolui raptim obiterq́; notaſſe, et Razis barbara uerba Paulo, à quo exſcripſit, conformia concinnáq; euadant. Sin ſuo uelimus Arabum principi (Abenſina ei proprium nomen eſt, corrupte licet Auicenna nuncupetur) adhærere: ſcalpellationem quoque in his admiſſam offendimus. Expedito nanque ſermone de ſuperficiaria cutaneáue attritione, de
» profunda poſtmodum ita inquit. Quod ſi non fuerit 4. quarti tr. 2. cap. 8
» ita, ſed fuerint ſolutiones (.ſ. continui) multæ & profundæ, & longinquæ ab eo quod apparet: non
» erit excuſatio à ſcalpellatione. Eſtq́; hoc ipſum ibidem quoque poſt pauca repetitum ex quo ali= 3. quarti tr. 1. cap. 2. circa principia.
» bi etiam dixit. Et quandoque excuſat ſcarificatio la=
» borem. Et proprie quando apoſtema eſt multæ materiei: quãquã ibi de eo loquitur, ex primitiua exterioríue cauſa apoſtemate, quod ſine corporis repletione contingit. Huius autem cum ruptione ecchymomatis, ſub nomine alfaſch uel alfaſe meminiſſe nonnunquã Princeps etiã ipſe inuentus eſt. Nil. n. aliud hac nomenclatura intellexiſſe (quicquid expoſitores inconſtanter ſomnient) opinamur, quàm carnis ruptionem cum aſſecla ecchymoſi. Quamobrem nouus ille interpres hebræus Iacob Mantinus ruptionem inter

4. primi ca. 28. uerſus finem.

ꝗ expõ poſita eſt in fine. 5. canonis.

pretatur. Expositor ergo arabicorum nominũ, Mat thæus Syluaticus, Alfase (inquiunt) hoc est quum caro interior fit nigra, & est solutio continuitatis: ecchymosim primo dicto, ruptionem uero secundo, intelligentes. Et fit quandoque ex pcussione (ut aiunt) quandoque ex uulnere. Ad quas quidem ambas, alias alteram, alias utranque simul, tota Principis curatio dirigitur. Resoluatur itaque (ut innuit) ecchymosis modica (ne lapis fiat) siccitate. Quum uerò profundior existet, scarificatione utendum, quo præsertim medicamẽtorũ uis aptius faciliusq́; penetret. Deinceps uero expleto dissolutionis munere, consolidatiui glutinatorii'ue medicamenti, pro ruptione usus (id quod exiccans est) necessarius erit.

Obiectio. Insurgere autem fortasſis recentiorum nonnull poterunt, bonos qui sectẽtur autores (ut stupidis amethodisq́; fauere quadantenus conemur) quam fecit extemplò atq; à primordijs incisionem, asserentes, à Galeno quoque medicorum stella, Pauloq́;, & Aetio, cum Raze reprobatam. Aderat nanque (prout dictũ

14.li.c.30 est) ibi phlegmon, de qua quidem loquens Aetius inquit. Quod si ob morbi difficultatẽ locus affectus nimiam materiam continuerit non statim (ut quidam faciunt) ad chirurgiam prorumpere oportet: sed enim ut materia collecta discussorijs medicamentis per

Ibidẽ ca.31 circa principia: habitum digeratur. Tardauit ergo ut locum aperiat, ad eam usque occasionem, cum uidelicet peracta suppuratiõe, affectus locus aliqua in parte fastigiatur.

Qua fortaßis etiam methodo non ab initio statim (ueluti Paulus) ecchymomatum scarificationem permisit, uerum temporis progressu. Eodemq; modo dixisse inuenimus Razem. Videtq; idipsum, non minus à Galeno, Pauloq; aliquando comprobatum. Quos certe autores si uidissent, qui saburrati, in tenebrisq; palpantes, tantopere garriumt, cœlum se auriculari digitulo tetigisse proculdubio crediderint. Quis autem adeò rudis est, leberideq; cæcior, qui quidem non aduertat alıud esse de inflamatione, quæ ex influxu superuenit, ab ecchymomate ruptionem contusæ carnis consequente determinasse? De hac enim ratiocinatus Aegineta, scarificationem cutisq; incisionem ab ipso statim initio concesßit. intelligendo tamen quum profunda fuerit collisio (pinde ac Princeps ab ipso exposuit) discutientibusq; dispergere minime sperarimus. Interdixit uerò illam, in phlegmonis exordio, non hercle omni, sed suo cum exemplari Galeno, quando ex succorum influxu oriunda est. Eodem igitur pacto Antiochenus abnegasse in phlegmone credendus est. Pariterq; si in ecchymomate respuit, prius quàm loci nigredo superueniat: (quemadmodum paulo ante iam expressum est) intellexit: Siq; fluxionis periculum immineat. Ni sanguinis porrò coaceruati copia infestet, nedum urgētisſimus dolor ab illo genitus excruciet, periculumq; ne innatus calor, ueluti uiridium

ibidē ca. 69

15. contin. cap. 4. litera. p. ante medium c. 2 ad glauco. 2. & 13. meth. dist. 2. cap. 2.

Solutio.

lib. 4. cap. 30.

4. quarti tr. 2. cap. 8

li. 4. ca. 17. in fine.

Decimi quarti 69
Decimi quarti 30.

lignorum congeriei subiectus igniculus, extinguatur, immineat, gangrænamq; minitetur. Tunc enim omni relicta mora scarificari ea pars debet (Pauli ut

6.li.ca.109 diximus præcepto) quò gangrænæ periculum aufera-

3. quarti tr.1.cap. 31 tur. Quas ob res Arabum princeps ait, multoties

uersus finē. ibidē ca.27 cadit necesitas scalpellādi ante maturationem: in ut ipsis etiam uocatis exituris, curatione à rectitudine, ob urgentiā, egressa, sæpe sæpius contingit. Itaque propria statim Minerua perlibrandum est, num gangrænæ periculum immineat, uel dolor (id quod ab initio magis accidit) uehementissimus adeò hominē cruciet, urgeatq;, ut occasio præceps sit atque ad morandum libertas ueniaq; minimè gentium præbeatur: an potius ualidis discussoriis, acrioribusq; medicamentis, dispergere speramus. Quòd si, mehercle, secundū affuerit, absque incisione proculdubio, ad huiusce naturæ uisq; medicamenta nos conferre necessum est. Sin uero primum extiterit, ueluti quod præ manibus disputandum proponitur, ecchymoma, iam fuisse testati sunt quàm plurimi: Scalpellandum esse, uarieq; pro medici astantis iudicio incidendum, quinimmo & cucurbitulis (quoties ea non suffecerint) attrahendum audacter assererem. Illud quoque non oblitus, quum parua est, exterioraq; duntaxat occupans attritio, euaporantibus, ac per habitum digerentibus iisq; leuibus, modestisq; contentum esse debere.

Quartus aduersorum error de aneurysmatis ecchymosisq; incisione.

Sed ecce iam huic benedictæ incisioni colophonem imposuisse cupientibus, scriptæ quædam rogitationes occurrunt, & autoribus, & rationibus quàm plurimis innixæ. Nos porro latet à quo nam, uel medico, uel una potius litera medicum superante conditæ concinnatæq; fuerint. Altera nanque manu, (si quidem is est quem suspicamur) panem ostentat, altera uerò manticulando lapidem occludit. Quin ueluti consummatus proditor, porrecto pane lapidem celerrimè proijcit, palmas extemplo abscõdens. Quisquis tamen fuerit texitechnos iste, quanti sit eius scripta ostendunt (effectus nanque causam indigitat) sunt porrò illius argutiæ (ueluti cæterorum quoque aduersantium omnia) responsione indignæ. Quoniam uerò nos hanc prouinciam assumpsimus, ut cuncta nobis obstantia deleamus: idcirco ab eo, in quo facta incisio reprehenditur, exordiemur. Inquit ergo & Albucasis & Dini autoritate. Quotiescunque in aliqua parte fuerit emborisma, quæ uulgo dicitur mater sanguinis: sicut fit sæpe in contusione, nullo pacto debet fieri incisio. ut enim inquit Albucasis, sectio super hoc apostema est error, atque (ut Dinus allegat,) timorosa. Additq; hic fatuus rationem, propter scilicet superfluum sanguinis fluxum: qui posset uirtutem destruere. oportet ergo ut deuitetur

2. lib. suæ chirurgiæ cap. 49
4. quarti tr. 2. ca. 16.

eius cura cum ferro, non solum (ut hi duo autores testantur) quando est in axillis, inguinibus, aut collo: uerum etiam quod ex eis est in extremitatibus, aut in capite, oportet ut deuitetur, cum ferro scilicet sectio quæ in extremis partibus uel in capite facienda sit. Quam igitur sectionem ab ipso statim initio chirurgus effecit, hanc præter autorum intentionem exorsum esse reputauit. Hisq; in mediũ adductis, supercilium attollẽs (quem, admodum amethodus Thessalus) tali sibi notitia magis placet, quàm Peleus in machæra. Operæpreciũ uero est æstimare hominis uel stuporẽ uel audaciam. Vtiq; (ut Galeni uerbis utar) si rectè se dicere persuasit, stuporem; sin conscius sibi nihil dixisse, imponere legẽtibus sperat, audaciã. Quis ergo, hac noua fœdifragi periuriq; Pœni methodo propẽsa, risu nõ deflueret? Quis porrò (etsi stupidior est Adonide) horum affectuum diuersitatem non aduertat? ni barbarorũ uagitibus obrutus errorumq; lacuna summersus omnino fuerit? Albucasis quoq; et Dini (quibus tantũ impudenter tribuunt, ut inter autorum medicinæ catalogum connumerandos minime pudeat) necnõ huiuscæ farinæ complurium barbarorum errores, modo non tædeat antiquioribus, uerisq;, et immaculatis medicis adhærere, non aduertat? Est ergo quod græci ἀνεύρυσμα, latini dilatationẽ, barbari uerò corrupta uoce emporisma, uel hyporisma, aut emborisma, & matrem sanguinis dicunt: arteriarum affectus,

ut innuitur de Thessalo 4. methodi cap. 4. uersus finem. ibidem post principia capitis.

perinde ac ecchymosis uenarum. Nec enim ita res habet, ut ex uenarum apertione, seu scissura aneurysma fieri queat: uelut deridendus iste homuncio, nec non barbarorum innumeri opinantur. Ex arteriarum ergo duntaxat uel apertione, uel fissura aneurysma ipsum resultare nonnunquam consueuit, modo posterius enarrando. Quanuis igitur medicarum definitionum autor quisquis ille fuerit (Galeni nanque fœturam extitisse cuncti nasturtiantes uiri abnegant) confuse definisse appareat, cum dixerit, Aneurysma dilatatio'ue, uenosi uasculi relaxatio est. uenosum tamen pro arterioso intellexisse opinamur: iuxta ueterum nomenclaturam, arterias etiam, uenas appellãtium: prout nõ semel Galenum ipsum testem patrauimus. eo'que magis quoniam spiritalis materiæ, quæ in arteriis, non in proprie nuncupatis uenis, inuenitur, dispersionem addiderit,
» sic aliter definiens. uel dispersio est spirita-
» lis materiæ sub carne per diapedesin dissultationem'ue sese diffundentis, distribuentis'que. Ast Galenum ueridicum omnium medicorum imperatorem perpendamus, expreßius id quod diximus enodantem. peracto nanque sermone de ec-
» chymosi, hæc protulit. Fiunt autem hæc, sci-
» licet ecchymomata, omnia sanguine é uenis
» effuso: nunc quidem per tunicas contusas, nunc
» uero in finibus reseratas. Ore autem in arteria facto, affectio aneurysma uocatur. fit autem

uulnerata ea: quum ad cicatricem iam peruenerit quæ ei adiacet cutis, manet uerò arteriæ bulcus, ea neque conglutinata, neque ad cicatricem simul perducta, neque à carne obstructa. Dignoscuntur uerò tales affectiones pulsibus, cum arteriæ fecerunt. Sed etiam cum premuntur, delitescit omnis tumor, recurrente in arterias substantia, quæ eum efficit: quam tenuem simul flauumq; sanguinem esse tenui multoq; spiritui commistum alibi monstrauimus. planè uerò calidior quoque est sanguis hic, eo qui uenarum est: ueluti ergo ecchymosis uenarum affectus est, ita & aneurysma arteriarum. Ex quo & alibi scriptum est. Nisi producta caro prius locum, qui circa præcisam arteriam est, impleuerit, sed locus uacuus aliquis superfuerit, utique aneurysma uocatum sequitur. Ac deinceps iterum inquit, ita percurata est huius hominis incisa arteria sola omnium quas in cubito incisas uidi. Nam reliquis omnibus aneurysma, alijs maius, alijs minus superuenit. Quòd si Paulum uestigemus, hanc quoque sententiam elicimus: qui quidem Galeni uerba enarrans, duplex id interdum exposuit. Eiusq; duplicis distinctam curationem induxit. Cui quidem Antiochenus etiam assentitur, uel enim ex oris arteriæ apertione fit (quam græci ἀναστόμωσιν uocant) uel ex ipsiusmet uulneratione, utranque enim ab ipsomet Galeno collegimus. Nos uerò (subdit Paulus) dilatationes ipsas inter se ita distinguemus. Quæ

5. meth. ca. 7. añ mediũ lib. de arteriæ dissectione et cõtra Erasistratum an sãguis in arteriis &c. 5. meth. 4 circa principia. ibidẽ cap. 7 circa mediũ lib. 4. cap. 53. ante medium et sexti. 37. li. 15. ca. 10

li. de tumo. præter naturã. 12. in principio. 6. li. 4. ca. 37.

" arteriarum apertis orificijs fiunt, oblongiores sunt, " altiusq; consistunt. tum ad digitorum impreßionem ceu strepitus quidam auditur. Cum nullus huiuscemodi sonitus in his quæ ex uulneratione constitere, sentiatur. quæ rotundiores quidem sunt, et in summo subortæ. Sed quæ ab Aetio perpulchre de ipsius origine scribuntur, intellige. Aneurysma in qua libet corporis parte fit, sed in gutture frequētius: ubi eius causa gutturis ramex producitur: idq́; præcipuè mulieribus à partu, ob spiritum uiolente detentum euenit, sed & in capite circa arteriarum loca: & in reliquo corpore, ubi arteriæ uulnerantur, sicut quando imperiti medici, cubiti uenam secturi, simul & subiacentem arteriam incidunt. Manet autē uulnus (uti ex Galeno prædiximus) cuti ad cicatricem perueniente: arteria uerò neque conglutinata, neque ad cicatricem simul perducta, neque a carne obstructa. Omnino autē aneurysma generatur, uel q̃ sanguis & spiritus ab arteriis excolentur, uel quòd arteriæ aperiantur, uel frangantur. Sanguis uerò et spiritus paulotim excreti sub cuti colliguntur. Nec arabū principem (si recte perpendamus) ipsius aneurysmatis definitio latuit, modò eius expositorum nugas omiserimus. Hi enim expositores, ut qui partim alij ab alijs, partim ijdem à seipsis, atque non semel à textu uariis in locis discordant, Principis sui doctrinam (uti Leonicenus nostro æuo rectißime prædixit) chaos quoddam uideri faciunt. Qua confusio-

lib. 15. cap.

li. de tumo. præter naturā ca. 12

li. 3. de medicorū erratis cap. 28. uersus finē.

nis obscuritate nihil possit esse humane uitæ periculosius. Quin Auicennæ quoq; nomini se uenditantes, ut Auicennistas appellitari glorientur. Hi nō secus ac inducti in comœdiis (uti Galenus ait) ab optimo Menandro serui, Daui quidam, Getæq;, qui nullum operæprecium se fecisse putant, nisi ter herum fefellerint: sic per multum ocium impudentia meditati sunt commēta. Inquit igitur Albasen (ut ab ipso, nō à mendacibus cōmentatoribus exhauriamus) de conti-

secunda.1: doc.1.cap.4

nui solutione sermocinās. Quòd si arterijs acciderit, & non consolidata fuerit, & ex ea sanguis ad receptandum, quod ipsam circundat, exierit: donec receptaculum illud impleatur, & cum premitur, ad arteriā reuertatur, uocabitur mater sāguinis. An igitur ad ea quæ Galenus, Paulusq́;, et Aetius, paulo prius dixerunt, alludat: tu quæso aduertas, perinde atque

quarta.4. tra.2. cap. 16.

alibi lucidius apparet, dum scilicet ita scribit. Et quādo non desuper coarctatur locus arteriæ, post solutionem continuitatis eius, & inuenit uacuitatem, peruenit res ad emborismum, quod nominatur mater sanguinis. Subditq; posterius paulo. Et multoties quidem non incarnatur arteria, & incarnatur illud quod continet arteriam, et coarctatur super eam, quare sanguinis non potest facere cursum superfluū: immo egreditur ex eo aliquid usq; ad fines cutis, quātitate quā capit: & quādo cum facilitate cōprimitur, redit et occultatur: sicut accidit rupturæ. Nec obstat quod ipse ait, et fortasse manet uena ipsa sub cute, ut

propter hoc.ſ.uenæ affectum crediderimus. Etenim uenæ nomine arteriã intellexit,quæ uena ẽt dici põt, quẽadmodũ apud antiquos obſeruatum eſſe prædiximus,id qđ ex ipſomet oſtẽditur eueſtigio ſupplẽte, „ Et ſentitur pulſus eius,et ipſius ſucceſſio. Addit uero deinceps,Et multoties accidit illud arteriis deintus. Et diſrumpuntur,præterquã diſrumpatur cutis, et cõgregatur ſub cute emboriſma.ſ.apoſtema leue, ex ſanguine & uẽtoſitate,quod poſſibile eſt quieſcere cũ cõpreſſione. Miſcuit uerò ſanguini uẽtoſitatẽ, ubi græci tenuẽ ſpiritum pronunciarunt,errore (opinor) eius qui è græco Galenum,præfatosq́; autores, apud Arabes traduxerit,ac πνεῦμα dictionẽ græcã,quæ et ſpiritũ,et uẽtũ indigitat,pro uento ille acceperit: uel forte apud ipſos quoq; barbaros eadem utriuſq; rei nomẽclatura extiterat,quo ex Arabico in latinũ trãſportãtis erratũ cõtigerit. Adſciſcit præterea princeps: Et hoc quidẽ multoties accidit in collo, et inguinibus,et curuaturis ꝑ ſe: et multoties accidit ex cã extrinſeca,aut ex phlebotomia. Quis ergo (ſi uel ꝑ ſomniũ aliquãdo cũ græcis uerſatus ſit) quæ à Principe ſcripta ſunt,ex illorũ monumẽtis de aneuryſmate fuiſſe trãſcripta ambigeret? ut aũt tã rudiũ fabulatorũ,qui ſe Auicẽniſtas uẽditãt,negligẽtia ſocordia ue magis pateat,uideãt quoq; ipſum,ubi de uenæ ſectione ꝑtractãs ait. Et debes ſcire ꝙ uenarum quæ phlebotomãtur,aliæ ſunt quæ ſunt tãtũ uenæ,et aliæ ſunt quæ ſunt tãtũ arteriæ (ecce quomõ arterias

quarta. 1 c. 20. ante medium.

inter uenas partiendo connumerat) Arteriæ uerò mi- »
nus inciduntur, propter terrorem eius, quod in eis »
existit, de timore cursus sanguinis. Et suarum qui- »
dem dispositionum minor est, quod ex ea prouenit »
aneurysma. (nomine usus est græcorũ incorrupto) »
& hoc quidem est quum fissura fuerit uehementer »
angusta. Attamen mirum fortasse non est, si suum »
(à quo agnomen assumpsisse gloriantur) Auicẽnam ignorent. Multos enim horum cognouimus, qui nummulum pro illius emendo libro, non impenderent. Id genus ergo hominum (quemadmodum, Galeno etiam referente, assimilauit eos Heraclides Tarentinus) simillimum est præconibus, qui formam ac notas fugitiui mancipij, licet ipsi non uiderint unquam, præconio tamen publicant: notas enim ab alijs qui norunt accipiunt, ceu cantilenam eas proferunt, quas etiam interdum, uel hi male perceperint, uel ab alio quoque immemore, erroneéq; narrante habuerint: adeo ut si forte is, quem præconio indicant, prope assisteret, agnoscere tamen non possent. Quod si ex barbaris quoque Halyabbatem conspexissent, aporismatis definitionem (sic enim ipse uel eius potius traductor appellat) minime ignorassent. In cuius tamen agnitione quicunque latinas literas græcis conferentes, utrunque idioma calluerint, minimè decepti sunt. Adducit uerò fungus iste arabem illum Albucasim: quem quidem & Dinum tanquàm deos suscipit, non minus quàm Erasistrati sectatores (Galeno enarran

[Margin: 6. simplicium. 1. uersus finem.]

[Margin: 8. theoricæ cap. 17. & 9. practicæ cap. 5]

[Margin: 2. de potentiis naturalibus cap. 4. post principium.]

te) Erasistratum suscipiebant. omniaq; ab his dicta uera esse proculdubio putat. Dini ergo consortio credidit ex uenarum quoque defluxu hyporisma fieri (sic enim corrupte aneurysma indigitat) minime aduertens Albucasim, apostematis nomine, utrunque nuncupasse: non hyporismatis. Qua de re quum dicit. {Et similiter accidit uenæ etiam, ut accidat in ea apostema, & inflatio} addere utrique ab eo iam dicto apostemati, cum ex arteria, tum ex uena (Galeni sententia) nomen possemus. Dicentes, cum ex utraque arteria. s. ac uena apostema fiat. Quod quidem ex arteria, aneurysma, quod uero ex ipsa uena, ecchymosis nuncupabitur. Vnde nam igitur, ò inconsulte Dine, tibi in memoriam incidit, ut ex Albucasi emborisma, siue dixisse malis hyporisma, pro apertæ uenæ influxu eliceres: si neque nomenclaturæ huius, neque alterius ullius proprie meminerit? Ast hæc friuola sunt deridendaq; magis. Ad præcipuum ergo suum, quem tanti faciunt, autorem Albucasim reuertamur. Cuius quidem innumeros errores, sicuti & cæterorum quoque arabum extirpare haud est præsentis intentionis, sat autem erit quæ in hoc capite existunt, contra nos adducta impræsentiarum annotasse. Nam quæ de hoc tumore scripsit, à Paulo fere ad literam transcripsisse credidit, atque idipsum opportune affatimq; obtinuerit, ni praua (ut in cæteris quoque moris fuit) translatio ipsum decepisset. Intentio igitur est fortasse non omnium simpliciter aneurysmatum

4. quarti tr. 2. ca. 11

2. lib. suæ chirurgiæ cap. 39

li. de tumo. præter naturam cap. 1 a. &. 12.

dissectionem interdicere: at eorum tantummodo, quæ in alis, inguinibus, colloq́; existũt, itẽ ijs quæ alijs licet in locis, prægrandes tamen apparent, ob uasorum magnitudinem, iuxta Pauli, à quo transcripsit, sententiã. ijs enim (prout Paulus ait) manus adhibere recusabimus. Cum præcipue (ut à nostro Galeno confirmatur) vulnerato aneurysmate, hic sanguis, qui intus quidem continetur, ut pote calidißimus, copiosoq́; ac tenui spiritu admistus, ita erumpit, ut uix sisti posit. Conuenientior quoq; uenarum (Principe autore) ad hoc ut currat quod est in ea, cum inuenit uiam, est arteria. nam corpus eius est mobile (prout ab Aetio quoque comprobatur) & quod est in ea quandoque contrahitur, quandoque expanditur. Simul ergo (inquit Aetius) cum aneurysmatis sectione, irreuocabilis abundantissimaq; eruptio sanguinis ingruit. Cum quo simul etiam uitalis erumpit spiritus, ut homo sæpe in manibus medicorũ deficiat. Illa uerò aggredi (Pauli præcepto) quæ extremis partibus, brachiis, & cruribus, & in capite orta sunt, alienum non erit, quanquam Aetius illa quoq; quæ in capite facta sint, à chirurgis deplorari pronunciat. Quas ob res ita Arabis uerba legendum. Cum dixerit de eo quod axilis, inguinibus, colloq́;, & si in locis aliis corporis, magnum tamẽ ualde est: scripseritq́; tandem. {Oportet ergo ut deuitetur eius cura cum ferro} subiungit {quod uero ex eis est in extremitatibus, aut in capite non oportet ut deuitetur}. Sic enim negatiue legen-

6. li. ca. 37 li. de tumo. præter naturam. cap. 12

4 quarti tr. 2. cap. 61

14. 52. circa principia.

14. li. ca. 10

6. li. c. 37.

li. 2. suæ chirurgiæ. cap. 49

dum: ſi uolumus Paulo, à quo quidē trāſcripſiſſe cupi
2 ebat, cōformē reddere. Aut (ſi mauis affirmādo lege
re) oportet ut curetur. propter qđ ſubdit: ſubdit: ſup
illud ergo, et quæ ſequūtur cætera. Sic itaq; præce=
ptoris olim noſtri Ioānis Manardi, Leonicenią;, & epiſtola lib. tertii. 4. circa mediū.
Hermolai præceptū ſeruauerimus, quod de Aui. pro
nūciarūt: ad ipſos. ſ. recurrendū autores, à quibus, id
de quo dubitatur, aſſumpſit: ſi uerū'ne an falſum dixe
rit, recte iudicare optabimus. Sin uero intactā Albu
caſis literā ſeruare decreueris, ita proculdubio inter
pretandum: ut cuiuslibet aneuryſmatis ſectionē cōdē
net: ſi tamen, præter factam utrinque arteriæ deliga
tionem, hanc fecerimus, ni tandem ſibimet ipſi nedum
Aeginetæ, Aetioq; , et Arabum principi, cunctis diſ ibidē. 2. chirurgiæ. 49 6. lib. 39 4. cap. 10 14. parte ſecundæ partis canticæ cāticorū tex. 16
ſectione curantibus, oppugnantem conceſſeris. In qua
quidem curatione bifariam ſimul, & à ſuo exempla=
ri Paulo, et à uero delaberetur: tum quia ecchymoſim
aneuryſmati ex arteriæ uulneratione, ruptioneq; fa
cto confundit. Quæ enim Paulus uulneratæ arteriæ
adſcribit, hic falſa fortasſis, corruptaq; litera dece=
ptus, uenæ attribuit. Ex quo illius tam indicia, q̄ cu=
rationē à Paulo prænotatā, huic temere applicat: tum
ēt quia pacto de uenarū arteriarumq; tumoribus ſer
mone, utriuſq; inciſionē interdicit inquiēs. Et ſectio
ſup hoc apoſtemate eſt error, ni ad bonū ſenſum (pro
ut nos agere conabamur) attrahatur. Quod hercle
q̄ ſit medicinæ cōſultis, de ecchymomate, aliquādo ad
uerſū: ex his quæ à nobis præſcripta ſunt liquere iā

arbitramur. Quamobrem ad interrogantem sycophantam medicum reuersi, respondemus: aneurysmatis intentionem (siue ipsius incisio perpetuo abnegetur, siue necessario admittatur) neutiquam ad rem pertinere, at sophismate hunc tragicum Theocrinem usum fuisse, quo nos deciperet: eo modo quo ipse præcaptus eodem sophismate fuit. Ecchymosim ergo omnem (quia uacuationem pro remedio suæ curationis iudicat, quẽadmodum ex Galeno præscriptum iam est) si discutientibus, uel imbecillibus, uel ualentibus dispergere desperemus, dolor uero excrucians summo cum piculo urgeat: incisione proculdubio ipsam uacuare cogimur.

4. meth. ul.

Quintus testium contrariorum error de locali medicamine ante uniuersalia.

Obijcit autem deinceps, hac posita dataq́; (ut dicit) nequaquam tamẽ concessa, Antronius hic asinus, quoniam nullo pacto manus imponere debuerat, ni totius uniuersalis euacuatio præcesserit. Id quod profecto ipsi absque autore, absque etiam ratione loquenti, ex Galeno, eiusq́; ratione confirmasse (pro maiori aduersantium confusione) minime uerebimur. Quò ueritatis omni sibi ex parte attestantis inquisitio perfectius elucidetur. Est ergo hæc regula non semel ab ipso comprobata, quadere senio tandem confectus ita inquit. Si uniuersum corpus plus æquo plenum

3. artis med. tex. 66.

extiterit,

extiterit, per patientem locum minime euacuandum: nam si scarificationibus, aut sectionibus sensibiliter euacuabimus: plus ratione excitati doloris attrahemus. Sin uero calfacientibus dispergere tentabimus, plus erit id quod ui caloris ad affectam partem attrahetur, quam dispersum. Ex quo hæc alibi etiam inquit, implere potius quàm educere. Princepsq; transcribens ait, attrahi ad ipsum affectum locum, supra quàm resoluatur ab eo. Quòd si in eo elaborabimus (subdebat Galenus) ut qđ influxit retrocedat: corpus ut pote plenum non admittet: duo nãq; corpora (Philosopho autore) simul in eodem stare loco impossibile est. Illud ergo (prout Alhasen testatur) facit duas res malas, quarum una est, quòd facit meteriam inobedientem: & est contrarium motui eius. Quare accidit dolor magnus: & secunda est, quoniam fortasse conuertitur ad membra principalia, quare accidit timor. fit autem ad illa reuersio, parte contusa adstricta, repulsaq;: hac uerò sibi uicinam impellente (per indeac in exẽplo de lapillis à Galeno adducto patet) donec uel ad cor uel ipsum iecur, loca inquàm spaciosa, retrocessio fiat. Vt hæc igitur ambo (dixerat Galenus) auerruncatio scilicet dispersioq; fieri queant: totum corpus præuacuare oportet, aut omnino ad cõtraria retrahere, quod patienti particulæ influit. Quæ quidem præuacuatio, si nullo prohibente fieri possit, ab eo redditu ad principalia securat, ueluti ab Auicenna iterum legimus. Quo perfecto opere, pri=

13. meth. dist. 3. c. 16 circa medium.
tertia. 4. tr. primo. c. 3. circa principia.
tertii art. med. 66.
quarti phisicorũ. 8. 53 55. 76. secũdi de anima. 69. & primi peri geneseos uigesima secũda fen. 22. t2. c. 7 post mediũ
li. de symp. differentiis cap. 1. circa medium.
tertii art. med. 66

us à parte repellendum, mox diſpergendum. Ob hæc igitur Arabum princeps ab euacuatione præ cæteris è ueſtigio exorſus eſt dicens. Non reperitur in pluribus harum diſpoſitionum, in hac ægritudine accidente, excuſatio à phlebotomia: immo opifices artis properant ad illam, quanuis corpus ſit mundum. Deinceps uerò, poſt illam, ad particularia topica ve præſidia deſcendit. Ob hæc ẽt Galeni plauſtra conuiciis onuſta, contra impudẽtẽ Theſſalum, ſunt: topica quidẽ, & labiorũ hulceris inciſionem, & ſinapiſmũ uniuerſali totius corporis purgationi præponentem. Hoc enim (ut ipſe Galenus ait) tum empirici fatẽtur, tum dogmatici, hoc philoſophorum optimi ſenſerũt, Quod oculum rectè ſanare ante totum caput non licet: neq; hoc ante totum corpus: ſic Ariſtoteles ac Plato de morborum curatione ſenſerunt: ſanè & Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, atq; Pliſtonicus, & tandem ueteres uniuerſi. In hoc igitur ferè omnes poſt ueteres, etiam Galeni aſſeclæ conueniunt: quanuis in reliquis multis diſſentiant. Hæc in tantum a nobis pertingi uoluimus, quo eorum dictũ robore (ſimpliciter atq; abſolutè prolatum) minime careat. At hos non uehementer admirari nequeo: hos inquam, interrogantem ſcilicet mediculum, eosq; qui tam ineptè inſipideq; ipſum proſequuntur. Siquidẽ quod tritum eſt, ac tantopere uulgatum ſuimet Principis dictum ignorent, in primis hoc pacto præci=

Tertia 4. tra. 1. cap. 3 poſt mediũ
Quarta 4. tra. 2. ca. 3 in princi.

4. methp. 4 uerſus medium.

Vt 13. etiã metho. diſt. 3. ca. 3. circa mediũ. Inquit hoc Plato lib. de tẽperantia poſt prĩcipia.

„ pientis. Cumq; ad diuersum protrahere uolueris, membri à quo protrahis dolorem prius seda. Iterumq; deinceps, ubi morbus dolori coniunctus fuerit, siue ut causæ (perinde ac inflammatio aliquando est) siue ut effectui (prout est uulnus, percußio, aut casus) dolorem sedare incipies. Ast ne semel quidem, aut bis hanc methodum dixisse illi satis fuit: uerum ne communi regulæ potius incumbentes, ab uniuersali semper reuulsione exordiamur, eandem oblitis in memoriam reuocare (ut Hippocrates etiam, Galeni testimonio consueuerat) conatus est, inquiens: Quumq; materiam ad longinquum reuellere uolueris, loci dolorem prius sedabis, ut ipsius minuatur coarctatio per attractionem: uel (sicuti clarius Mantini translatio habet) sic minor fiet attractionis uiolentia: cum dolor ipse trahat. Prædictum uero à nobis est, dolorem, nisi mitigetur, attrahere, phlegmonasq; augere, ac tandem uirtutem prosternere: adeo ut urgentiæ fine iam tertio proposito, ab eius mitigatione prorsus, quoties uehementer excruciet, exordiendum fuerit. Cuius quidem doloris intentionem, honorificè præponendam etiam hulceri Princeps ostendit, dicens: Et non oportet ut administratio fiat in attritione cum redditione continuitatis uillorum incisorum (quod est ad glutinandas oras unitatis solutionem intendere) immo ad

Quarta 1. cap. 1. post medium.

Ibidem uersus finē.

primi aphorism. 25. & quinti 64. in fine cōmenti.

Quarta 1. cap. 3. post medium.

Quarta 4. tra. 2. cap. 2. in fine.

Vigesima secunda ter tii tr.2.c.7. uersus finē.

ſedandum dolorem. Cum ergo fiunt dolores fortes, et non tolerantur(perindeac alibi etiam inquit) non eſt excuſatio, quin tribuantur ſedatiua doloris ebibita & linita: quæ quidem doloris ſedatiua ante uacuationem(ſi præcedētia conſideras) uniuerſalem, Arabum princeps conceſsit. Eſſet autem recalfacta crambe, id quod præſcriptum fuſius iam eſt, repetere: nulla inquàm alia uia, breuiori'ue ſemita, præterquàm ſinus ecchymoſis'ue inciſione, ocyus (ubi præſertim gangrænæ periculum imminebat) cruciatum mitigari.

obiectionis ſolutio.

Nec ſecando, nouū dolorem(prout nonnulli ſciolorum temerarie opinantur) induxit. Duos nanq; dolores in eodem exquiſite loco fieri (Galeno teſte) 1 impoſsibile eſt. Admittamus tamen(pro maiori rudium confuſione) alium poſſe dolorem generari: Non 2 ne hūc prior, ueluti minorē maximus obtenebraret? Quod ſi fatuis id quoq; conceſſerimus augeri ſcilicet 3 potius dolorem, qui prius affectam partem cruciabat, eo ipſo inciſionis tempore, quis porrò læſionem, oculi duntaxat ictu duraturam non optaret? innumerisq; ferè conuicijs efflagitaret? nedum permittat? certo ſciens, exprimentoq; tandem, ueluti teſtimonio quod ratione præuiſum fuerat cōfirmante, thrombis extractis, uehementem extenſionem, continuiq; ſolutionem peragētibus, dulcisſimam peroptatamq; quietem proſecuturam? Admoto præſertim deinceps anodyno(quod diximus) polychreſto medicamento. Conſiderent quæſo hi barbari ſuum, quem ſæpe magnifa

ſecūdi aphoriſmorum com.46

ciunt, Speculatoremq́; cognomine appellant, Gentilem, his uerbis talia distinguentem. Aut dolor causa est defluxus, attractionisq́;: & tunc prius sedãdum, deinceps uero euacuandum, ueluti si quis in brachio percussus fuerit: Aut materia est causa doloris, & tunc prius euacuandum, remota enim materia cessat dolor. Si igitur in casu nostro materia in grumos thrombosq́; collecta dolorem perducebat, hic uero defluxum præ cæteris excitabat, utrunq; adfuisse dicemus. Quare materia in globos conuersa præuacuanda, quo dolor cesset: eoq́; mitigato, si ex toto remoueri nequiuerit, defluxus quoq; terminetur, uel saltem diminuatur. Quo peracto, diuellere tutò possumus. cæterum etsi diutius fortasse, ante uenæ sectionem, topica administrare absurdum indecensq́; est, ni urgentissimus dolor insistat, concessit tamen Aetius, uir non modica inter doctos autoritate, in inflammationis exordio, & ante sanguinis missionem (breui intelligimus tempore, ni sibimet ipsi, ne dum Galeno, contradixisse admiserimus) & in ipso etiã missionis tẽpore (quo facilior, secũdũ Galeni quoq; dogmata, euacuatio fiat: hinc natura astringentibus munita expellente, inde uerò, ubi medicus uenam secuit, cruore ueluti, ne uacuum detur, attracto defluente) inflammato loco cataplasmata repellentia adhibere. Quid uerò tandem rudis hic morio exclamat? Cũ Galenus etiam ipse medicorum imperator, in principio quidem cancri, ob urgentem necessitatem, prius-

quarta primi ca.1.cõ.29. & cap.3.com.27

li.14.cap2. &.30. & li.9.cap.3

decimi quarti meth.c.9. uersus finem.

quam ſcilicet ad curationi rebellem confirmationem perueniret, tam in ipſo purgationis tempore, quàm ante id repellere admiſerit? modò tamen imbecillioribus, minimeq́; ualentibus (prout ex ipſo collegimus) remedijs uſi fuerimus. Quòd ſi uetuſtiores quoque perpendere non tædeat: Hippocratē medicorum propè dixerim protoplaſtum conſideremus, de Gargareone ſic loquentem, Sed præſtat ſimulac aluū ſubduxeris uti chirurgia, ſi liceat per tempus, nec æger ſtranguletur. Ad manutigium itaque, ubi fieri iam poſsit, poſt alui ſubductionem, accedit, modò periculum in mora non ſit, adeo ut purgationem expectantibus nobis, hominem interea ſtrangulari contingat: Tunc enim uel ante uniuerſi corporis expurgationē incidendum innuit, priusquam ad talem inflammationem gurgulio perueniat, in qua præcidere ob phlegmonem, ſanguinisq́; fluorem nullo pacto licet. Quo perfecto opere, ad uniuerſalem corporis uacuationē pro uiribus iam accelerare debuerimus. Itaq; uel torquentis, ac mirum in modum cruciantis doloris ratione, uel quia prius quàm firmetur abſceſſus, aut homo ipſe ſtranguletur, accelerare coacti ſimus: è quibus omnibus morando procraſtinādo'ue maius, quin irreuocabilis mortis periculum immineat: aut quo retropellentis naturæ actionibus adminiculemur, modo imbecillibus, minimeq́; effatu dignis, ualētibus'ue utamur præſidijs, ante ipſam uniuerſi corporis uacuationem, topicis etiam particularibusq́; nuncupa-

Quarti methe. 4. uerſus finē.

3. prognoſt. tex. 21.

tis remedijs succurrere nonnunq̃ possumus. Sed quis est eorum qui toto in foro uerba iactant canina, quẽpiam uel uulneratum uel contusum, summo cum defluxu (uelut interdum moris est) aut cruciatu, præ manibus obiter admittens, nihilq́; nisi iam peractis uniuersalibus, tum phlebotomia, tum etiam purgatione, affecto loco admouens? Aliquantulo præsertim cruoris defluxu præmisso, adeo ut inanitus locus repulso iam sanguini cedens existat, ipsumq́; recipiat, uel si dispergere calidis intentio est, modo ex eorum numero sint, quæ nedum à remotis minimè attrahãt, sed ne à proximis quidem aduocent, tutò, absque ijs (quæ à Galeno relata sunt) damnis, ea iam pro doloris mitigatione administrare poßimus. Ita.n. à practicis uulgò nuncupatis quotidie obseruatum uidimus. Quo perfecto primo opere, statim ad uenæ sectionem deuenisse, dein uerò, occasione primitus oblata, ad purgationem, uictusq́; insimul rationem, obseruauimus. Verùm ne tandiu penes hanc primam incisionem à chirurgo factam immoremur, ut reliquorum obliti simus, ad polychresti medicamenti examen transuolare tempus est, hoc ueluti sigillo incisionem terminantes, iuxta Galeni uidelicet documenta in omnibus factam esse. Iußit enim semper ut corporis structuram, discindendo, ex anatome perpendamus. Musculosam ergo carnem pro suarum fibrarum rectitudine, haud uero transuersim, obliqueúe incisit, ne, ut ignauorum plurimi

3. art. med. 66.

Vide 3. de anatomicis administr. in princ. & 2. eiusdem.

facere cõsueuerũt (Galeno teste) sensu motuq́; expertem affectam particulam redderet. id quod à Paulo quoq;, & Arabum Principe, cæterisq́; omnibus eruditis obseruatum reperimus.

sexti. 34 quarta primi ca. 26. & 3. quarti tr. 1. c. 29. & quarta. 4. tr. 1. ca. 5.

Sextus aduersorum medicorum error circa oleum hypericonis.

Primum itaq; ex admoto antidoto quod examen ingreditur, ipsum est hypericonis oleum. De quo Thessalum, Syrbenæq; chorũ reprobando loquentes intellige, autoritate quidem fulcitos Ioannis de Vigo. Huius siquidem sententia est, preciosissimum, ac singulare præsidium fore, ad omnia uulnera sananda, cum sedatione doloris, præter uulnera contusa, et alterata ab aere. Hoc uero contusum uulnus, quod ab ipso etiam continente alteratum fuerit, neminem (si homo est) ambigere opinamur, præsertim cũ (ueluti prius quoq; scriptum est) ab ictu pluries ad ludicrũ certamen reuersus sit. Quin & aqua frigida (quod peius est) inconsultè statim alterauerit. Quam quidem talis uiri autoritatem, si uellemus, aqua (ut dicitur) benedicta, citraq́; puluerem delere possemus. Haud enim tanti est Ioannes de Vigo, ut eius autoritas aliquem uel minimnm conuincere queat; hoc præsertim æuo, quo ne Arabum quidem princeps, apud doctos (latinos inquam uel græcos) pro autore admittitur. Antiqua enim medicina, sanè solẽnis, ac maxi-

li. 7. de simplicium natura litera. I. & li. 8. ca. 19. de oleis.

me naturalis (quam Galenus ipse, ut in aliorum medicorum usu fuisset, quemadmodum ipsemet eam manibus pedibusq; persequebatur) exoptabat, iamiam caput exerere nunc occœpit, exuta planè barbarie, detersaq; omni caligine, ac labe leuigata, & splendēti facie, se totam speciosam, & castam ueris amatoribus præsefert. Nunc profecto à fontibus ipsis iam undiq; scaturientem, & per puros canaliculos transfluentem, non à turbidis amplius lacunis, hauriendū esse, cuncti sanæ mentis, emunctæq; naris uiri, & norunt, & obseruant, suntq; hi quorum libri omnes nō puluerem, sed lucernam olent. Et si non desint, qui hanc maledictis, bullatisq; nugis, turbare malint, quā bibere: didicisse enim potius libet hominibus bombylijs, quàm discere. Culpare tamen par est (Galeni adminiculo) & eos qui adeo sunt dedicati, ut nihil discere eorum, quæ commodè dicta sunt, sustineant: Et eos qui adeo sunt ambitiosi, ut studio nouorum dogmatum, semper aliquid astute taxent, & cauillentur: partim sponte aliquid prætereuntes, partim callidè oppugnantes. At horum quidem stupiditas (eodem autore) miserationem, contentio uerò odium meretur. Cum præcipue seruiles barbarosue sectentur autores, liberioribus priscis postergatis. Hos inquàm cum Galeno liberos, & ceu nullius adhuc dogmatum sectæ addictos, sed pura et simplici mente studentes utile quippiam ad sanitatem inuenire. Veluti semetipsum refert, in nullius uerba iuratum, sed integrum

tertii meth. 4. post medium.

secundo de potē. natu. in fine.

li. de morborū causis c. 2. uersus finem.

quarti meth. 4. uersus finē.

li. de naturalium facultatū substantia circa medium

Lib. de nat. facultatum sub a. circa medium.

pro ueritate extitisse, mediumq; , ut ex singulis autoritatibus, quæ præstantissima essent, ueriq; similiora, duntaxat eligere consueuerit (prout alibi quoque testatur) seruos autem illos, quicunque uel Hippocraticos, uel Praxagoreos, uel ex alio quocunque tandem uiro se nominarent, appellare solitum. Id quod uerius quidem nomen illis imponetur, cum Arabes barbariq;, aut barbarorũ sequaces sint: idem nanque est (uti Philosophus ait) natura seruus ac barbarus: quare aiunt poetæ græcos barbaris dominari oportere. Quorum profectò etiam Arabum, ne augures quidem arte cum Græcis (Galeno teste) contendere potuerunt. Quin adeo barbaros, ne dum in cæteris omnibus peiores, ac stultiores Græcis existere Galenus ipse confitetur: sed in hoc etiam turpiter errare, ut quum assentiunt, capite renuere consueuerint. Quorum fatui, iamq; adhuc inuenti sectatores, si quid interdum à Galeno, uel Hippocrate scriptum uidere decreuerint, limatas, ac fidas traductiones abhorrentes: ut quæ, uel grammaticen ignorantibus, Calepino (inquiunt) paßim indigeant, antiquioribus & penitus falsis in quampluribus, audacter adhærere malunt. Quinimmo libris quibusdam Galeno & Hippocrati falso ascriptis, uti magis libet, quò multi & hi nefandi errores eorum animis innascantur. Quibus deinde positis infinita proculdubio consequuntur. Re-

Libro de libris ꝓpriis cap. 2. circa mediũ. Cõtra Martialẽ.

Primi politico. cap. 1. post mediũ.

Primi de rõne uict. in morb. acut. cõ. 16. Secũdi de decr. Hipp. & Plat. ca. 3. in fine.

pertis ergo frugibus, malunt tamen, cum gryllo, porcóue in glandium usu consenescere. Nec eos emendari sperandum, rectiusq; duci quàm trahi. ueluti enim Phryges non nisi plagis fortasse corrigentur. Quæ quidem omnia tempore etiam suo aduertens medicorum Phœbus, ita inquit: miror librorum Hippocratis multorum infelicitatem: quorum hi sunt dißipati adulteratíue, illi aliquid habent scriptis Hippocratis adiectum. Rectius dicam fortasse, infelices non esse libros, cæterùm eorum nos lectores, qui tempus in re perdimus inani. 3. de morb. uulg. cōmētario 1. cō. 4. uersus fis

Ast horum hercle triuialium quibusdam condonandum quadantenus oportet, cum Galeno (ut decens est) principatum non immerito attribuant: suam in hoc fatuitatem confitentes, dolentesq; se non à primordijs in Galenicis monumentis alitos: ut ipsum, sine Calepino Cornucopiæue, (ut aiunt) intelligere possent. Quid uero in nonnullos minime profecto effatu dignos Galenomastiges dicendum? Qui cum uix pedes in medicina promouerint, quin à primis disciplinis adeo semoti, ut penitus ieiuni sint: in foro tamen, in tabernis, in circularibus sermonibus, aduersus Galenum, quem ne nominare quidem digni sunt, blaterare non desistunt? Hos porrò uelut infelicißimos, in tenebrisq; perpetuò palpantes monere certum fuerat, sed ne monendos quidem uolebat Galenicorum optimus

epistola secundi li. prima.

præceptorq; noster Ioannes Manardus: quippe qui idem in literis, quod & in moribus accidere ait: ut enim qui se bonos putant, cum mali sint, nunquam ad meliorem frugem conuertuntur: ita qui se putant doctos, nunquam ab ignorantiæ morbo liberantur.

scdi apho. 10: primo de simplicium med. facul. in fine.

Quinimmo, uti diuinus Hippocrates inquit, sic etiā ait Plato, non solum impura corpora, quanto plus nu tries tanto magis lædes, uerum etiam impuris animis (Galeno referente) si nutrientes sermones offeras, non modo nihil prosis, uerumetiam magnopere obsue ris. Itaq; secundum prouerbium dicemus, cum ipso si mul medicorum Phœbo, fluuios. s. sursum & retro fluere, atq; asinos lyram citius sentire, quàm hi ueri tatem consequantur. Sed nunc quoq;, nisi quis uelut freno aliquo sermonem reducat (ut Galeni uerbis cō tinuo utamur) & cohibeat, maiora quidem quàm se cundum propositum attingens, effrenis & elatus uti que incedet. Ad rem igitur institutam reuertamur, ubi non est necessarium retardare.

undecimi de usu ptiū. 7 post mediū. duodecimi eiusdem. 6 uersus finē & 3. meth. c. 2. añ medium. 8. de usu ptiū. 13. in fine.

Quanquàm enim iuniorum barbarorumq; autoritas nulla sit, cum ple na paralogismis atq; erroribus essent eorum uolumi na: perinde ac Galeni etiam æuo (ipsomet referente) plurima reperiebantur. Veruntamen haud quaquàm generosi uiri est hoc, omnes. s. condemnare, dicente Philosophorum gymnasiarcha, non æque omnes aut similiter increpandos: Quandoq; enim olitor stultusq; ualde opportuna locutus est: Sed uidendam esse causam dicendi, quæ nam est: adhuc autem quali=

primi de simpliciū med. facul. in fine.

secundi de cœlo, t. 34.

ter ſit ſe habens in credendo,utrum'ne humano modo an firmius: certiores enim necesſitates quando quis attigerit:tunc gratias oportet inuenientibus habere (prout alibi etiam confirmatur)non ſolum enim his dicere gratiam iuſtum eſt, quorum opinionibus ali= quis communicauerit,ſed & his qui adhuc ſuperficia lius enuntiauerunt. Etenim hi conferunt aliquid: nã habitum quidem noſtrum præexercitauerunt. Ex quo & laudandos potius quàm reprehendendos ex pneumatica ſecta uiros cẽſet Galenus,q́ uerus erat antiqui Senis hoc idẽ obſeruantis æmulator: ut qui ſuo ipſorum ſtudio dignã inuenerintquæſtionem: & ſi eius rei cauſam ignoraſſent. Videnda igitur Ioannis, qua moueri potuiſſet ratio, & ſi nullam ipſe protulerit: Quum præcipue hominum genus arte (Philoſopho docente)rationeq́; uiuat. Quamobrem qua opinamur Ioannem tale oleum,in uulneribus cõ tuſis,abaereq́;,maxime alteratis abnegaſſe:ratio hæc eſt. Quoniam ſi in quauis carne contuſa(iuxta ueterum ſententiam)intentio eſt concoquentia,quo illiſa friata'ue caro ſuppuret,admouere. Multo quidem uelocior hæc intentio eſt in alterato ab aere. Aliter.n. faciendo periculum inſtabit ne ad gangrænam per= ueniat.collegimus uero hanc rationem ab ipſomet Vigone,ubi de uulnere loquitur contuſo, atq; alterato ab aere. In hoc autem oleo ſecundum eam, quam ipſe poſuit,deſcriptionem,multæ adſtrictionis potentia ex componentibus emergit,ſicut etiam exiccandi uir

ſecundi meth.2.

ſecundi de ſympt. cauſis.c.4.poſt medium.

in prohem. 1. metha.

quarti metaph.5.

li.3.c.1.tr.2.

tus, omnium uerò minima concoquendi. Idcirco nocuum potius, quàm proficuum non temere opinatus est. Admittamus ergo quod ab eo describitur oleum cõtuso uulneri aduersissimum. At nihil (ut in prouerbio dicitur) ad Bacchũ. perpendas.n.ò uerbigerator Acesias, uentosa in lingua, pedibusq; fugacibus (ut Maronis dicto utar) quoniam non illud chirurgus noster admouit, quod ab ipso Ioanne descriptum est: uerum quod à seplasiarijs Panormi uulgo passimq; paratum conseruatur, iuxta eam descriptionem, quæ à Ioanne Iacobo Manlio de Basco (cui quidem agnomen inditum est, Luminare maius) recitatur. Eius itaque simplicior structura existit, ex solis enim hyperico, uino, terebinthina, priscoq; oliuo, & croco, perfectum est, porrò qui ne Aesopum quidem triuisti, hæc etiam tantopere uulgata ignoras? præscriptum itaque à nobis iam est ex pluribus ibi iam coaceruatis affectibus: qui medicum prior urgentissimeq; aduocarit, dolorem fuisse: ob quem ecchymosis, sinusq;, dissectione prius euacuandi: Et quod ex eis remanet, discutientibus tollendum est, ac per alitum digerentibus. Medicamentum igitur, quod polychreston (quia scilicet multiplicis sit usus) nuncupatur, percommodum erit: si discutiendo quidem, meatusq; (poros græce nuncupatos) reseruando, cruciatũ sedulo mitiget: deinceps uerò, quod phlegmonis exordio occurrẽs, repercutiat, ruptasq; simul uenas adstringat, membrumq; affectum corroboret, nõ

In sectione de oleis.

nihil quoq; demum concoctricis facultatis pro contusa carne possideat. ita ut dolori prius, tanq̃ urgentissimo incumbentes, ecchymosiq́; ac sinui ipsius potioribus causis (sine quorũ ablatione, reliquis attẽdere nequimus) operã nauãtes, cæterorũ tamen (iuxta Galeni documẽta) indicationes minime obliuiscamur, uerũ enimuero cõpositi facultas ex ipsis componẽtibusq́; simplicibus emanat. Idcirco *singulorum uires perpẽdendæ:* Galeno *præsertim de hoc oleo minime locuto, methodis tamen semper noua excudere nos posse præcipiente.* Huius *ergo hyperici (ut à basi exordiar) potentia, quonã pacto sit nostro casui cõmoda, testes sunt, &* Anazarbæus Dioscorides, *primus omnium (quos scimus) perfectissime tractatum de medicamẽtorum materia (*Galeni *testimonio) conficiens.* *ipseq́; etiã* Galenus, *suis cum similis* Paulo, Aetioq́;, *necnon* Arabũ *principe, cunctis profecto celeberrimis doctoribus.* Haud. *n. sicut illi, in lẽte unguentum accipimus.* Calidũ *ergo et siccũ ponũt: discutiẽsq́;, determinat aũt* Hasen *(ut qui sufficiẽs fuerit aliorũ sermonis* Aponẽse *teste, dilatator) secundi ordinis esse excalfacientiũ, exiccantiũ uero in fine eiusdẽ. tametsi ante ipsum* Serapio, *inter ea quæ calfaciendo, necnon arefaciendo, tertium attingunt ordinem, connumerat.* Quamobrem *ecchymosis residuum discutere promptissimum est.* Aiunt *præterea doloris esse (interius licet assumptum, ischiadici mitigatiuum: hulceribus quoq; proficuũ, ac putredini aduersum.* Ex *quorum*

sexti meth. c. 1. ante medium.

hypericũ. li 3. ca. 163 sexti de simpliciũ med. facult. post principium octaui simpliciũ. 154 li. 7. cap. 1 lib. 1 secũdo can. tr. 2. c. 363

Cõciliatoris differentia 76. de simpl. c. 277.

sermone, hulceribus malis, putridisq; (σηπεδονώδη uocant) perutile concipitur, praesertim si siccam herbam, et contusam friatam'ue inspergas. Quin (et hoc maius) septē existētibus amuletis (ἀλεξιτήρια graeci uocant, Arabes uero bezoaria) haec herba, iuxta Apponensis documenta, primas obtinet uices: succus enim eius epotus (ut ait) uulnera ueneno infecta, & sanat, & purgat. Ex eo igitur quod iam dictum est (hulceribus inquàm malis, putridisq; conferre) nostro quam sit casui percommodum hypericum (si suo barbarorum principi confidunt) neminem latere debet: hic enim de profunda contusione sermocinans, et resoluatur (ait) quod resoluitur in apostematibus, et hulceribus malis, uel (ut litera Bellunēsis correctior habet) non erit excusatio à scalpellatione, & curatione, quae fit in apostematibus & hulceribus malis.

libello de uenenis, ca. 4

Vinum.

Vinum autem quo pacto (si praesertim dulce est, omniq; mordente qualitate carens, cuiusmodi tum theraeum est, tum scybelites caryinum'ue, perinde ac medicorum sidus edocuit) dolorem sedet, confortetq; & exiccando resoluat, adeo ut sit (eiusdem quoq; documento) omnis hulceris, qua ulcus est, optimum medicamentum: ponatq; in phlegmonis etiam exordio, rosaceo praesertim alijs'ue admistum, à Galeno Pauloq; & alijs, inter medicamenta dolorem siue tractu mitigantia: ita quibusq; uel lolio uictitantibus liquet, ac ipse etiam Patacion concederet, ut hoc uel autoritate uel rationibus, longiori sermone comprobasse puduerit.

sexti meth. 3. circa medium.

tertii meth. 4

secundi ad Glauconē. 2.4.17.

ſe puduerit. Terminthina quoque an ſit ad præſcriptas intentiones uarias percommoda, ijdem ferme au ctoribus perfacile comprobatur. Ait nanque expertisſimus ſenex Dioſcorides: Mollit reſina omnis, cal facit, collectiones diſiicit, repurgatq́; antecedit uerò reſinas omnes Terebinthina, poſt hanc lentiſcina eſt, quā maſtichen nominant: firmatq́; idipſum Paulus, dicens: Reſinæ omnes calfaciunt, & exiccant, uerum Terebinthina principatum obtinet, diſcutientis naturæ, emollientis, tenuisq́;, & abſterſoriæ exiſtens, quo utique fit, ut ſcabiem quoque corrigat, ſanet'ue. Quadere Princeps quoque ait, abſtergit ſcabiem, & impetiginem, & confert prurituі hulcerum, & ſcabiei hulceroſæ, & ſcabiei phlegmaticæ, ex plegmate uidelicet ſalſo nitroſo'ue originem ducenti. Em plaſtrorum præterea, unguentorum'ue compoſitionem ingreditur, ad purganda hulcera (ſuppoſuerat nanque in ipſa fortem abſterſionem) ſaniemq́;, ut deinceps ait, exiccat, & ſanat hulcera manifeſta. Haud uerò concoquendi etiam facultate deſtituta eſt. Si tū nomine, tum re uera inter latinos medicos Celſo, præ ter quotidianum experimentum, confidimus: quaſobres Arabum Princeps ait, in ipſa eſt apertio bona, & maturatio, et lenificatio, et extrahit ex profundo, prout ex Galeno quoque ipſam bdellio asſimilanti excripſerat. Quoniā uerò de ipſius nobilitate præ cellentiaq́; locutus, medicorum lucerna, Galenus, ſuis cum aſſeclis Aetio, atque Auicenna, fidisſimo (in ſim=

Terminthina.

Li. 1. ca. 78.

7. tertio ca. de reſina.

2. can. tr. 2. cap. 310.

Li. 5. ca. 3. ubi ſupra.

8. de compoſitione medicamentorum ſecundum loca cap. 13.

Contradictio.

plicium medicamentorum materia, Dioſcoridi aduerſatus apparet:Idcirco ſuperuacaneum non erit hic obiter enodationem adſciſcere.uideamus ergo quænam de huiuſce medicamenti natura, uiribusq́; Galenus exprompſit. Reſinæ(inquit) omnes calfaciunt, exiccant,(bifariam nanque calidæ,ueluti ſeuum quoque,bitumen,oleum,& pix,cæteraq́; huiuſmodi,exiſtunt:poteſtate ſcilicet quod utiq; energia calida celerrimè fiunt.Etenim celerrimè inflammantur: præterea & actu,quum corporibus noſtris admouentur ea manifeſtè calfaciunt,prout alibi non ſemel oſtenderat)cæterum(ueluti ſubdebat)inter ſe reſinæ diſcrepant,quòd nonnullæ adſtrictionis ſunt participes,aliæ uerò nequaquam. primas meruit omnium, non iniuria,lentiſcina:eam uocant maſtichē.Nã præterquam quòd paucula ei adeſt adſtrictio, adeò ut ſtomachi,uentriſq́; & iecoris imbecillitatibus, & phlegmonis conueniat:inſuper illi ineſt mordacitate uacans deſiccatio,minimum enim acris eſt,& maxime tenuium partium.Inter alias præfertur terebinthina,manifeſtam quidem, non tamẽ ſimiliter atque maſtiche adſtrictionem poſſidens:cæterum adiunctã habet amaritudinem quandam,per quam magis etiã quàm maſtiche digerit:ob eandem qualitatem ineſt ei & abſterſio(prout alibi etiam dicitur)tanta quidem ut & pſoras ſcabieſ'ue ſanet. Quinetiam quæ in profundo reſident,cæteris reſinis magis attrahit: nimirũ quũ illis maiorẽ habeat partium tenuitatem.

8.ſimp.78.

3.de temperamentis cap.1. uerſus mediũ 2.ſimpl.21. & 26. 8. ſimpl. 78. 7.de compoſitione med. ſecundum loca cap.1. poſt prin.

Acrior.n.licet quodãmodo sit resina pinea (uti Paulus etiam affirmat) & hac quoque magis strobilina: haudquaquam tamen magis hæ, quam terebinthina distrahunt: neque etiam ualentius euellunt. Necessariã uerò pro ruptis ecchymomateq; in profundo existentibus discussionem esse, iam (si eorum, quæ præscripta sunt, meministi) prædiximus. Quamobrem, & illud, quod alibi Galenus expressit, attende. Terebinthina (inquit) resina simul cum detergendi, discutiendiq;, & ueluti post nonnulla repetit, emolliendi facultatem habeat, maligna etiam hulcera (de his enim affectibus ibi loquitur) concoquit. Quumq; Bdellium copiose molliat, coquatq;, perindeac alias dictum est, ac mediocriter digerat, similem quodammodo uim obtinet resina terebinthina, supra hoc quòd angustos meatus abstergit, & expurgat. Hæc uolui singula propemodum enarrasse, quò ipsius potentia lucidior fiat. præter hanc uerò, & quæ inter Galenum, quem & Aetius & Arabum princeps insequuntur, ac Anazarbæum, cui Paulus adhæsisse magis apparet, oborta statim contradictio propaletur, deincepsq; propalata iam enodetur. Inter omnes enim resinas terminthina primum locum & Dioscoridi, & Paulo sibi cõparauit, lentiscina uerò secundum: tametsi apud Galenum Amidenũq;, et Arabũ principẽ contrà res se habeat: lentiscina.n. dignitate prior q̃ terebinthina apud istos reputatur. Nisi esset quòd secũdũ diuersas intẽtiones diuersosq;, quos inducũt,

Vbi supra 7. tertio.

5. de comp. med. secundum genera post pri. sec. s. 2. & iterũ 5.

8. de comp. med. secundum loca ca. 13. post prin.

Solutio.

effectus,comparatio facta est,ut Terebinthinam lentiscinæ,in adstringendo:hanc uerò(perindeac & reliquas omnes resinas)illi,in emolliendo,cum digestione,à profundisq; attractione:itemq; in concoquendo, abstergendoq;,cum temperamenti mediocritate postponamus. Ostendunt nanque huiusce ueritatis enodationem,diuersitatisq;, si tum Dioscoridis,tum Galeni(cæteris omissis) uerba perlibrentur. Ait enim Dioscorides,de resinis quidem simpliciter,quo ad uniuersas inquam earum operationes,ac temperamenta, sermocinans.omnes alias antecellit resinas Terebinthina.Neque id à Galeno prout ostendetur,abnegatum est,qui quidem de his scribens(ueluti prætactum iam est)inquit. Cæterum interse discrepant, quòd nonnullæ adstrictionis sunt participes,aliæ uerò nequaquam,subditq; extemplo primas meruit omnium nō iniuria lentiscina(in adstrictiōis uidelicet participatione)inter alias præfertur Terminthina,manifestam quidem,non tamen similiter atque mastiche adstrictionem possidens. Quis igitur Bœotico etiam ingenio præditus non à longè prospiceret Terminthinæ mastichen in adstringendo duntaxat,haudquaquã simpliciter præponi:illam uerò à Dioscoride in reliquis facultatibus temperamentiq; præsertim symetria,ac per hæc nobilitate,præcellentem describi. dicente quoque ipsomet Galeno deinceps: cæterum terebinthina adiunctam habet amaritudinem quandam,perquam magis etiam quàm mastiche digerit.

Lib.1. cap. 78.

Infra ex 3. de compositione med. secundum genera. 8,simpl.78.

" habet porrò etiam emolliēs quoddam Terebinthina:
" ſecundum locum habet in emolliendo (ut in calce ſub
" iunxit) lentiſcina. Quid uerò ſi calorificam earum qualitatem duntaxat perpendamus? non'ne ſtrobilina dicetur cæteras omnes (ut terminthinam quoque ac lentiſcinam comprehēdamus) antecellere? Audiamus ergo, arrectis auribus, quin toti in illas conuerſi, ueritatis diligentisſimum indagatorem Galenum: quum ait, facultate calidior eſt quidem ſtrobilina, mox abietina, deinde Terebinthina. Putabit forſan aliquis nobiſcum diſſentire Dioſcoridem Anazarbæum, in ſermone de reſinis, hæc uerba ſcribentem primo de medica materia commentario. Ex omnibus reſinis principatus Terebinthinæ datur, poſt eam lentiſcinæ, tum ei quæ de picea raditur & abiete. poſt quas pinea ſtrobilinaq; obtinet (quarum prior quidem ex arbore pinu, ſecunda uero ex illius nucleo reſudat) in his Dioſcorides tanquam de infima ſtrobilina, optima uerò Terebinthina ſentire uidetur: uerum ego ex his tribus reſinis, ſtrobilina, abietina, terebinthina, principem certè ſtrobilinam calore, ſecundam abietinam, poſtremam Terebinthinam eſſe dixi. Quemadmodum igitur qui inter Italiæ uina auſtera, optimū ponit uinum Italicum, alius ad qualitatem unam ſermonem referens, alius abſolute de tota ipſius ſubſtātia pronunciāns, uerus deprehenditur: eadem ratione etiam inter reſinas, optimam, tanquam medicamentum in multiplices uſus accommodatum, meritò Te-

3. de compoſitione medicamētorum secū dū genera poſt 1. p duas chartas.

rebinthinam affirmaueris, non tamen caliditate primas obtinere. Resinam nanque (prout antea quoque prædixerat) longè calidissima strobilina est, sicut terebinthina ambabus qualitatibus omnium moderatissima. omnes siquidem calfaciunt, & exiccant, sed hæ magis, illæ minus: ualidissima igitur est strobilina: moderatissima (uti diximus) terebinthina. Quoduis autem extiterit, siue enim prima siue secunda nobilitate, inter resinas existat: hoc nobis tantummodo satis superq; erit, eam à profundo non leuiter discutere, calfacere, repurgandoq́; abstergere, necnon emollire, ne crassum tenui exempto, lapidescat. Stypticitate etiam paucula cōcoquere, dolorem denique, ac maximè neruorum, suauiter sedare. præmißa igitu uelut, hypothesi, multiplici (ob diuersos affectus inuicem concurrentes) necessitate, & lippis & tonsoribus liquet, eam fore, alijs præsertim enucleandis admittam, nostro casui commodissimam. Sed quid de croco agendum, cum maturans sit concoquens'ue, emolliens, leniter adstringens, calfaciens, anodynus, corroborans resolutiones, humorem æqualem conseruans, quodq́; putridum iam est, carieq; olenti affectum, rectificans: si quæ à præscriptis etiam auctoribus scribuntur, uera eße confitebimur. Inquit enim Anazarbæus (ut ab omnium capite semper exordiamur) maturat crocus, mollit, leniter adstringit, ac sacrorum ignium inflammationes inunctus lenit. Confirmatq; hæc ipsa Galenus, addens etiam

2. eiusdem post prin. quum uiride galli declarat.

Crocus.

Li.I.ca.25.

ipſum calfacere, & corroborare, præter eam, quam efficit, concoctionem. Inquit enim, crocus concoquit, & particulas corroborat, temperato ſuo calore concoctionem admoliens, robur autem adſtrictione præſenti: Quin etiam cum doloris poſuerit mitigatiuum, huiuſce interdum rationem aſsignat: quare ſcilicet inter anodyna, doloremue leuantia, à plurimis connumeretur: quandoquidem uidetur ipſis omnes affectiones ſufficienter concoquere poſſe. ex quo princeps ait, & crocus ingreditur in ſedatione doloris. Adiunxitq; (prout ſolet Galenus) eius temperamenti menſuram dicens: quòd tametſi Paululum etiam adſtringens quid obtinet, ſuperat tamen in eo calfaciens & qualitas & facultas, ut tota eius eſſentia ſecundi ſit ordinis excalfacientium, et primi exiccantium, proinde concoquendi quoque uim quandã obtinet. adiuuante ſcilicet in hoc, & paucula illa adſtrictione. Quippe quibus medicamentis, quum non admodum excalfaciant, paucula adeſt adſtrictio, ea parem facultatem habent eſſentijs emplaſticis uocatis, quas cum iunctas eſſe caliditati non uehementi contigerit, pepticas hoc eſt concoquentes eſſe oſtenſum eſt. quæ à Paulo quoque atque Aetio, nec non Arabum principe comprobantur. qui demũ, Alkanzi auctoritate, humores nunq̃ alterare ait: quinimmo eos æquales conſeruare, putreſq; ſi facti ſint rectificare, inque priſtinam conditionem reſtituere. Nec de oleo ſilendum, cum res ſit,

8. de compoſitione medic. ſecũdum loca cap. 7. poſt prin. 4. eiuſdem 1. & 4. poſt pri. 5. circa med. & 6. poſt prin. & ſæpe. 7. eiuſdem cap. 1. ante med. ſer. 24 cuius fabulam uide 6. eiuſdem v. poſt pri. 3. quarti tr. 1. cap. 34 uerſus finẽ. 7. ſimpl. 58

Lib. 2. eiuſdem cap. 2. quinto & 8. 7. libr. 3. Lib. 1. 2. can. 2. ca. 130.

Oleum.

præter reliqua,ita preciosa(Galeni testimonio) ut tam sanis quàm ægrotis conducat. Idipsum enim qđ dulce est,& simplex, ac purum,ex maturis oliuis expressum(quod quidem proprijssime & maxime ab omnibus hominibus uocatur oleum,reliqua nanque omnia,ut dicit, per translationem, & abusum olea nuncupantur)modice calidum est ac humidum, mitigatiuum, & glutinans,modo natura sibi inditas retineat uires,ut quod nulla extranea qualitate commutatum fuerit(ita enim obseruandum medicorum lucerna præcepit) De hoc ergo loquẽs Anazarbæus inquit,calefacit communiter omne oleum, ita ut Celsus etiam iter concoquentia plusq; mouentia connumeret:atque hanc ipsius calfaciendi uim Galenus ipse disputando iam comprobauit: etsi nonnulli frigidum pronununciare audeant, ab eo quidem experimento ducti,quòd uiscosum uiderint,hyemeq; celerrime con crescens gelatum ue,& quàm aqua promptius à frigore diuinci:ac demum quia si frigidum actu,neruorum uulneribus applicetur,tenues (ipsomet Galeno concedente)meatus nonnunquam obstruxisse perspexerint. Est autẽ eius calor modicus temperatusq;(si Galeno confidimus)atq; ex eorũ genere,quæ nos æquè recalfaciũt. Aditq; insup nostræ medicinæ sidus, mitigans ipsum esse,quare non mordax,quicquid dixerit in Archidamo Diocles,quẽ à Galeno iã satis superq; reprobatũ uidere pfacile est.temperate nanque humidum est,adeo ut humectantium siccantiũq; ma=

Lib. de cognoscendis curandisq; animi perturbationibus post medium.
2. simpliciũ med. 7. in fine: & 8. in prin. & 6. eiusdẽ. 124 in prin.
2. simplic. medic. 6. 18. 21.
Lib. 1. cap. 28.
Li. 5. ca. 3.
Lib. 2. simpliciũ sæpe præsertim cap. 20. 21. 22. & 23.
sexti. 124.
6. methodi cap. 2.
2. simpl. 21. 22. 24.
sexti eiusdẽ 124.
2. eiusdem 14. in fine 5. de compositione med. secundũ genera post 1.
quarti de ratione uic. in acut. 104.
2. simpli. 5. 16. & 18. & 13.

teria exiſtat, ueluti etiam calfacientium refrigerantiumq; ab ipſomet declaratur. Diſcutit præterea (et Dioſcoride & Galeno auctoribus) ipſum oleum, præſertim ſi Galeni met præcepto calidum admoueatur. quadere Albaſen quoque ait, in oleo quippe eſt reſolutio quædam: eoq; magis quò antiquius extiterit: id enim maiore ui calfaciendi diſcutiendiq; eſſe Dioſcorides aſſerebat, id quod non ſemel à Galeno comprobatum eſt, firmantq; hæc omnia à Paulo Aetioq;, & Barbarorum omniũ principe, necnõ maximo inter illos experiente nuncupato Raze, ac Serapione. Quas ob res, ni Argiua cuipiam inſit calumnia, hypericinum oleum, ad diſcutiendam materiem in ſinu, thrombosi'ue, atque ecchymoſi contuſi loci, collectã, reſpuere non poterit. Diſcutit enim non occulte oliuum hoc perindeatq; ipſis ex componentibus liquet: calefacit ẽt, ut quæ inducta fuerat, ex aqua frigida, congelatione remouerit: item à profundis altisq; attrahens, diſcutit exiccatq;, & mundificat, necnõ abſtergit, putrediniq; reſiſtit, (ut gangrænæ præcautio fiat, cuius periculum ſemper, magnis in contuſionibus imminere conſueuit) ac dolorem ſedat (id quod præ cæteris requiritur) pauculã quoque adſtrictionẽ retinẽs, tum corroborat (quo & uenarum ruptioni, et phlegmonis primordio quadantenus reſiſtat) tum contuſam carnem pro antiqui Senis decreto concoquit. Nec deeſt ſibi molliendi aliquantula uirtus, tum ex croco, tum etiam ex terebinthina remanens: ne tenui di=

2.ſimpl.22. & 25.
Primi 28.
2.ſimpl.22.
6.methodi cap.2.
Tertia 4. tr.1.cap.3. uerſus finẽ.
Vbi ſupra.
7.tertio.
Lib.1.
2.can.tr.2. cap.532.
22.contin. cap.349.
De ſimpl. cap.5.

ſcuſſo, craſſum lapideſcat: ad quod olei quoque ſub=ſtantia temperamentumq́; non parum confert. Quã obrem ſi uera eſt Galeni norma (quam Paulus, Ae=tius, & princeps, ac reliqui omnes, tam Græci, quàm Latini, nec non Arabes inſequũtur) ſecundi excalfa=cientium, primiq́; deſiccantium ordinis eſſe tutiſsime determinabimus. Ad fortius autem ualidius'ue diſcu=tiens peruenire dedecebat. corpus enim eius (perin=deac poſterius dicetur) molle erat fereq́; effœminatũ, ob quod minor indigebat exiccatione, quàm dura ari daq́; corpora efflagitent: quemadmodum Galeni con tra theſſalum infinities data methodus eſt, à princi=pe nonnunquam confirmata. Minime autem ambigi=mus fore nonnullos, quibus eſſe prolixi uidebimur: qui tot uerbis hypericinum oſtendere uoluimus. par eſt aũt (ut Galeni uerbis utar) non tam mihi longitu dinẽ hanc imputent, quàm ijs qui parũ intelligentes, quæ rectiſsime à noſtris medicis facta ſunt, ea calum niare ſunt conati. Obijcit aũt extẽplo atraphaxis mẽ dax, ſui Arabũ principis dicto adhærens: & reſolua tur (uel, ut Bellunenſis ex Arabico correxit, curatio ne quæ fit) in apoſtematibus, & bulceribus malis: oleum uero ex Galeni doctrina bulceribus aduerſiſsi mum: ſunt enim ipſius uerba huiuſmodi. Oleum cauo ,, uulneri infuſum, aduerſiſsimum omnium medicamen ,, tum eſt: quum ſi ita mederi uelis, uſu ipſo intelliges ,, ſordidum ac male olens bulcus fieri (atque idipſum ,, alibi neruo quoque uulnerato confirmatur) Quod ſi ,,

5. ſimpl. medic. 26. in fine.
7. lib. ca. 2. in prin. 1. libri.
Secunda 1. doc. 2. cap. 15. circa medium capitis.
Tacitæ obiectionis Solutio.
præſertim lib. 3. methodi. fere per totum librum.
Quarta 1. cap. 28.
6. methodi in prin.
Obiectio de oleo.
4 quarti tr. 2. cap. 31
3. meth. ca. 2. ante medium.
Sexti eiuſdem 3.

„ tempus quoque anni calidius sit,ac uitio mali succi „ homo laboret,aut fluxionibus obnoxium natura sit, „ aut etiam in uictus ratione delinquat (quæ quidem omnia hoc in spectabili uiro extitisse neminem la„ tuit)timor est ne illi pars ea computrescat, inqua hulcus est factum: propter temperamenti(ut princeps quoq; ait)corruptionem.timor uero est (Galenus subdit)& si cera,siue sola, siue in oleo soluta „ utare,atque hæc quidem putrescere hulcus facient. Neque semel tantum hanc sorditiem inferre ait,propter quam aphthis hoc est oris hulcusculis alibi magnopere aduersari describitur. Ibi uero (in crure inquam) patula iam fuerat ex incisione uulneratio. Deinceps prædictis iam auctoribus exquisitæ ecchymosis discussionem reclamantibus,quodcunque interim euaporationem impedit, obstruitq;, omnino uitandum fore phœbo clarius est.huiusce autem farinæ oliuum existit: Nam sibi à uiscositate aduenire Galenus idem medicorum imperator ait, quod meatus infarciat, obstruatq;,& prohibeat foras effluere magnam uaporosi intus caloris partem. Quaquidem ratione nec ut resiccentur corpora nostra permittit. Quamobrem non exhalabit (eodem quoque auctore) qui attractus in carne sanguis est, si oleo inuaseris:utpote quod emplastici hoc est obstructiui medicamenti uim habet:præsertimq; si frigidum(ex ipsomet prædiximus)admoueatur. Ad quæ profecto

3. quarti tr.1.cap.15. post prin.

6. de compositione medic.secũdum genera post pri. & sæpe alibi.

2 Sexti de cõp.med. secundum loca ca.4. circa finẽ.

Secundi simpl. cap. 24. uersus finem.

Sexti de tuenda ualetudine uersus mediũ & 7 methodi.6.ante medium capitis.

Sexti methodi ca.3.

Solutio.

etiam qui nec thria Stesichori nouit, facillime respōdebit (modo ne sit Galenicæ doctrinæ opposita imbutus, peruersusq́;, et omnino refractarius, id enim duntaxat satis est) Ait ergo medicinæ felicissimus Neptunus, oleum hulceribus admotum, id mali afferre, si solum, purum, nudumq́; (ut ita dixerim) apponitur: sitq́; purum oliuæ, dulceq́;, quod propriissime oleum nuncupari, superius annotauimus. At secus quidem est de eo quod herbarum, aut florum, aut cuiusuis alterius medicamenti uires in se recipiat, ni ad concoquendum suppurandumúe intentio dirigatur (perinde ac contusæ carni, ut quàm celerrime suppuret, triticeam hordeaceamúe farinam, cum hydrelæo, hoc est aqua & oleo, concesserat) Admissum ergo ab eo est, eiusque assecla Auicenna, oleū ceraq́; deinceps hulceribus, quum tamen ærugini miscentur. Itaque sic ab eo scriptum alibi perlegimus: oleum laxatoriæ quidem facultatis est, at huius inualidæ, atque ideo in mistura facile uincitur. singulumq́; (ut Aetius ait) uariatur, prout singulorum quæ imponuntur naturæ sunt: ac per hoc (ueluti prætactum quoque est) tā quam materia est cæterorum medicamentorum, quæ in extremo consistunt. ideoq́; (ut dicit) non paucis medicamentis coniungitur. Nam si frigida illi commisceas, frigidum efficietur, quod mistum erit: Sin calida, calidum: quippe quod ex media tēperie est utriq; summo inseruiet. ita quoque si exiccanti admisceas, totum effeceris exiccans: sin humectanti, & ipsum hu-

4. methodi cap. 5.
3. methodi
2. sexti de compositione med. secundū genera post pri. & sæpe
4. primi cap. 28 post prin.
1. de compositione medic. secundum loca. cap. x. ante medium.

Lib. 1.
Ex secundi simp. 22. in medio.
7. eiusdem 54. in fine.

mectans reddideris, prout aperte enarrat. Quamob= secundi sim plicium, 25
rem si exiccans oliuo (sicuti post pauca subdit) medi
camen admisceas, puta chalcitim, pyretrum, gallam,
struthion, siccans erit quod ex utrisq; commistum
fuerit, perinde ac laurinum, cedrinumq; existit, cæ= li. 2. pluries
teráq; id genus, tum in secundo, tum in sexto simpli= li. 6. ca. 124
cium medicamentorum commentario enumerata, atq;
ab alijs prædictis auctoribus recollecta. Non ergo
semper eiusdem extat potentiæ, sedenim uarias re=
cipit uires, secundum ætatem præparādi modum, fru
ctus ipsius diuersitatem, atq; inductam arte alteratio
nem. prout alibi nos docuit: ex quo diuersas, atq; op
positas plurimi conditiones (ut ait) penes horum di= secūdi eiusdem. 8
uersitatem pronunciarunt. Quas quidem uarietates
non ignorare oportet: si Galenicæ religionis fratres
esse decreuerimus: ipse enim medicinalium nihil, quod
pro humanis esset uiribus ignorans, has quoq; diffe=
rentias gustu cunctas exacte comprehendebat. Inten
dendum quoque his gyrgathum spirantibus, ipsius tertii de tuē da uale. ante medium.
etiam Galeni præcepto, dum ait: Verum si quod ex
accidente ab eo quod per sese distinxeris, omnia clare secundi sim pliciū med. 13. & 21.
cognosces. Quod quidē ne labyrinthū Mæandrū ue,
mente sicut aiunt Cimmerijs tenebris inuoluta, ingre
diamur: quemadmodum in cæteris quoque consueuit,
ita & in his posteros illuminans, quattuor notis, in= secundi sim pliciū med. cap. 14
dicijsq; uestigandum admonuit, quo facile cuiusuis me
dicamentorum facultatem inueniamus. Componen=
tium itaq; simplicium uires hypericinum oleum pos=

ſidens,& diſcutit,& meatus aperit,putrediniq́; po
tius contrarium eſt,ac reliquos iam prius enarratos
neceſſariosq́; pro uarijs indicantibus diſpoſitionibus,
affectus inducit: Quod uero tum obſtructionis in ip=
ſo oleo per ſe inerat,tum ad inducendam putredinem
promptitudinis,ab alijs remotum proculdubio fuiſſe
compertum eſt.haud enim ſeruant ſuas,dum compo=
nuntur,uires exquiſite medicamenta(ſi Galeni dicta
inſequimur)maximeq́; oleum,quod inualide quidem
facultatis eſt,quemadmodum prædiximus: ita ut in
mixtura facile uincatur. Modica uero adſtringen
di potentia,terebinthinæ crociq́; uirtute remanens,
ad concoctionem(pro ipſius canone)optima eſt. qua= 1
tenus uidelicet innati caloris ſubſtantiam retinendo
adauget. Quam quidem regulam ipſemet Arabum
princeps obſeruat. ait enim interdum maturatio com ,,
pletur ex eo, in quo cum calore exiſtit oppilatio, & ,,
glutinatio,ut per ipſum calor retineatur: poſito ta= ,,
men huiuſce canonis freno: quod,ueluti deinceps o=
ſtendetur(quum ſcilicet caloris mutatio appareret)
medici noſtri obſeruarunt. aliquando uero id neceſſa
rium eſſe oſtendit, non ſolum quo caloris innati
ſubſtantia excreſcat, uerumetiam & ipſe conco=
quendus humor, priuſquàm diſcuſsus per habitum
euaneſcat, retineatur. Ne tenui digeſto quod re=
liquum eſt adeo lapideſcat, ut concoquendi intentio
in genito iam ſcirrho euaneſcat. Si nanque ſuppu=
rans iam humor intus maneat, fit ut reliquus(Ga=

3. meth.2. ante mediū Ex 1.de cō poſitione med. ſecun dum loca cap.x. 5.ſimpl.me dic. & 7. eiuſdē 18. in fine & 2. li.de his q̄ in med.fiūt com.30. uerſus me dium. Quarta 1. cap.25. Ibidē pau lo poſt.

2. Can. tr. 1.cap.4 an te medium de medici na maturatiua.

leno teste) melius ei faciliusq; accedat. Galenum quo
2 que si uestigaris, ne dum pro concoctione adstri=
ctio glutinatioq; utilis est necessariaq;, uerum
per ipsa etiam tuta digestione per halitum facien=
da: in principio inquam, ne attractio maior quàm
discussio fiat. Ea nanque in principio præstan=
tiora esse ex discussorijs medicamentis, quæ exi=
guam adstringendi uim complectuntur: qualia
sunt rosæ, & melilotum, & crocus: non tamen
ex huiusmodi medicamentorum ordine est myr=
3 tus, utpote uehementer adstringens. Id genus
uero prænarrata sunt quæ princeps quoque, mol=
liter resoluendo, dolorem sedare perdocuit. pro=
pter quæ uisum quoque chirurgo est, cum rosa=
cei, tum ouei liquoris, porthũculas, prout iterum uide
4 bimus adiungere, præ his uero scopis, coquendi.s. tu
teq; digerendi, ac dolorem sedandi, quartus etiam su
peruenit (Galeno, Pauloq;, & Aetio docentibus)
fractarum inquã uenularum densitas, solidatioq;, &
adstrictio. Inquit.n. medicorum protogymnasiarches
" quia uenarum tunicula, ex quibus sanguis exilit, rum
" pitur: parũ quiddam ex adstringentibus per initia di
" scutientibus admiscetur: si enim ex sola simplici fa=
" cultate discussoria pharmacum à principio adhibea=
" tur, non solum quod effusum est discutiet: sed &
" per fissuras aliquid attrahet ex sanguine in contusis
" uenis contento. calida nãq; eadẽ ratione qua possunt
" (ut alias inquit) id q́d in mẽbro continetur, discutere

Lib. 2. de his q̃ in medicina fiũt cõ. 30. uersus mediũ.

Quarta 1. ca. 30. post prin.

5. de comp. med. secundum loca in prin. 4. libri ca. 30. 14. libri ca. 96.

Sexti aph. cõ. 31. circa medium.

alteram etiam fluxionem à uicinis aduocant. quin sæ „
piuscule à uicinis attrahunt magis, quàm resoluant, „
præsertim per initia, nulla dum facta reuulsione, quē „
admodum ex ipsomet medicorum imperatore perce= „
tertii artis med. tex. 66. *pimus. Quando autem in suam naturam redierint,* „
citra adstrictionem ad digerentia medicamenta ueni „
re tempestiuum est. Nec *recedit à suo (quem purum* „
haurire perpetim consueuit) limpidißimo fonte Pau=
lus dum inquit: cæterum principio statim adstringen „
tia quædam discutientibus sunt admiscenda, eo quod „
tunicæ uenularum fractæ opus omnino habeant den „
decimi quarti. 69 *sitate & solidatione.* Et *ne (ut* Aetius *etiam ait) no=*
ua materies ob dolorem attracta ad locum delabatur.
Quam quidem adstrictionem in neruorum quoq; cō
tusione (cuti etiam exhulcerata) Galenus *admisit.*
sexti meth. 3 *Quorum fortasse attritio casu in nostro (si loci com*
positionem perlibraris) minime defuit. Neq; *ob hæc*
duntaxat adstrictione indigemus: quo scilicet con=
coctio percommoda fiat, tutaq; in principiis dige=
stio, doloris sedatio, ac fractarum uenularum solida=
tio, uerum quintus Scopus *accedit, ut. s. phlegmonis* 5
initio repellentes refragemur. Haud *enim quod cētau*
ri opinantur, id uerum est, auerruncantia penitus,
qualibet in contusione, interdicenda fore, tam si sim=
plex, quàm si compositus affectus extiterit.

Error septimus, repellentia in contusionum princi=pijs perpetuo reprobantium.

Quod

Quod quidem ut clarius elucescat, ab re nequaquã fuerit perpendere uestigareq; num repellentia in ipso collisionis exordio, uel iuxta principis mentem aliquando competant? Neminem profecto (ni cucurbitas, ut hi, ollas'ue lippiat) præterire poterit, siquidem ad simplicem affectum respiciemus, contusionem inquam, solis concoquentibus procedendum. sin ad iam factã ecchymosim phlegmonẽ'ue, disiicientibus. Dubiũ uero est, si uel ab ecchymosi, uel phlegmone aut fortasſis utraque præcauere decernimus, an tuto pro his auerruncare queamus. In utraque autem à principe ueniam recepimus. (Tametsi cercopiſſantes hi qui rosaceum, ouiq; albuginem, nedum hoc in polychresto antidoto, sed in quouis etiam attritionis initio, uel cuilibet admista, condemnant: ab eo potius oppositum collegerint) Age igitur quæso, uideamusq; prius, ubi pro ecchymomatis præcautione, ad emplastica repulsoriaq; medicamenta peruenturos edocuit. Cui quidem dicto falso tamen adhærentes, oppositum ueritatis concludunt, sic legentes. Et quando fit phlebotomia, & festinatur ad emplastra probibentia oppilantia, non accidit ex eis illud, quod est necessarium ad curationem, quæ multum conuenit. Et est eorum probibitio cum infrigidatione, aut stypticitate, aut uno eorum. His igitur uerbis (iuxta Dini Gentilisq; expositionẽ) curationem ponit nõ rectam (quanquàm suimet sermonis oblitus Gẽtilis, de alfase loquens alibi, repercusſiua prius admouẽda

quarta 4. tr. 2. ca. 3. circa prin.

4. primi cap. 18. uersus finem.

præcepit, quotiens alfaſe contuſioni adiuncta eſt, pro ipſius contuſionis curatione (parcendum nihilominus & impropriæ ipſius locutioni) ne fiat ex humorum defluxu apoſtema. deinceps autem ad ipſius alfaſe curationem reuertendum admonuit. Subiungentem ›› uero ſupradictis principem. {Quum autem tardatur illud, & properat ſanguis &c.} dicunt ijdem tũc rectam curationem deſcribere. Quamobrem Auicẽnæ prius, dein Dino, Gẽtiliq; innixi è quercubus ac ſaxis nati, ſecundum eam quæ non recta eſt curationem, & oui candidum, quia frigidum prohibens ob ſtruensq;, & roſaceum, cæteraq; id genus interdicẽda penitus recenſent. Robore autem firmari fortaſſis non temere illorum opinio potuerit, quoniam ex uulneribus fortibus & prauis dici queat (quod præſertim in ſupremis ruptione oſcillum reſeratum eſt: caput nanque muſculi cuiuſdam ibi tactum colliſumq; etiam fuit) in quibus quidem cum medici ualde frigefacientibus, aut adſtringentibus medicamentis procedent, tumor inde non exurgit: cuius uel ingentis priuatio (ut Hippocrates inquit) ingens malum eſt. Arabis uero ſententiam his uerbis intentã, eiuſdem dicti expoſitores nequaquam olfecerunt: eorum nanque interpretationi oppoſita eſt. Obortus uero illorum error (uelut in cæteris quoque perplurimis fuit) quia literam habebant mendacem. Haud.n. ita audacter, perfricataq; fronte (prout multorũ mos eſt) eos rudes adeo pronunciandum duximus, ut uero

4 quarti tr. 2. cap. 3. circa prin.

5. aph. 66.

incorruptóq; sibi codice præ oculis allato, Saturnijs ẽt lemis, rẽ ita clarã non perceperint. Est ergo Principis intentio, quantum ex eo contextu necessario colligitur, ut ab ipso statim collisionis initio (iuxta primã pene principij à Galeno declaratã acceptionem) prohibentia, oppilantiáq;, ac repellentia admoueantur potius q̃ abnegentur, ecchymosi duntaxat hoc loci prouidere intendentis. Sunt itaque ipsius uerba, secundũ Bellunẽsis longe meliorẽ, ueróq; similiorem traductionẽ, talia. Et quando fit phlebotomia, et festinatur ad emplastra prohibentia, oppilantia: non accidit ex eis illud, quod necessarium est ad curationem, cum quo multum fatigatur. Sensus igitur est, à contusione quamprimum facta, properent artifices ad uenæ incisionem: qua quidẽ ocyus peracta, si prius q̃ ad solutiõis, cauitatẽ, sinũ ue humoris aceruatio fiat uel si absq; sinu cõsueta in cõtusionib. ruptio dũtaxat sit, priusq̃ ad soluta iã loca sanguis dispgatur, festinãt ad prohibẽtia, et oppilãtia roborãtiáq;: ne defluxus ad affectã sedẽ incũbat: nõ acidit, ut fluxos humores simus discussuri, circa qđ hercle magnus cõtingit labor: uocat.n. et hãc discussionẽ alibi quoq; laborem, ueluti quũ ait, et quãdoq; excusat scarificatio laborẽ. Idcirco inquit, cũ quo multũ fatigatur. Quũ uero emplastra prohibẽtia obstruẽtiáq; iã meminerit, quá nã ui prohibeãt, oppilẽtq; deinceps enucleauit dicẽs. Et est eorũ. s. emplastrorũ prohibitio cum infrigidatiõe, & stypticitate, aut uno eorum. Festinantes ergo ad

1. apho. 12. 1. prognost. com. 9. primi de crisi cap. 6. & 8. & 19. secũdi reg. acut. 45. li. de 4. tẽporibus uniuersalibus morborum & sæpe.

3. quarti tr. 1. cap. 3. post prin.

uenæ sectionem, ac deinde quàmprimum ad repellentia, prius quàm humores effluxerint: digerendi laborem effugiemus. Quanto enim per maiora uasa & ampliora fit euacuatio (ut Galeni sententia à paucissimis adhuc intellecta est) quæ reppellentibus quidem à capillaribus ad maiusculas, indeq; ad maiores, donec ad maximas peruentum sit, expletur: tanto expeditior, promptiorq; & facilior euacuatio est. quemadmodum contrà digestio quidem per halitum difficilior tardiorq; est: ut quæ per angustissimos meatulos (quos poros Græci nuncupant) non sine labore, temporisq; diuturnitate agenda est. de quibus tamen suo loco (dei gratia) fusius. Nunc autem ad principis uerba reuertamur, subdentis. Quum autem tardatur illud scilicet prohibentium auerruncantiumq; admotio, ac per hoc properat sanguis ad solutionis concauitatem, & times nocumenta prædicta, ne scilicet membrum ad corruptionem gangrænamue perducatur, illud accidet quod est necessarium ad curationem, cum quo multum fatigatur, ut prædiximus. Est uero ad curationem eius necessarium extrahere sanguinem illum, ne impediat redditum continuitatis ad dispositionem suam. Et nota uerbum curationem. Curatio enim extractio est materiei, quæ iam defluxerit, repulsio uero prohibitio potius dicenda est. Perlibranda quoque ea uerba sunt, properant, festinatur, tardatur, & properat: quo facilius eius intentio elucescat. Atque hæc conglutinantibus, adstringenti-

3. artis med. 66.

Vbi supra quarta 4. tr. 2. cap. 3. circa prin.

Ibidem ca. 3.

Nota.

busq; ocysſima ecchymoſis præcautio, experimento quoque à mulierculis quotidie comprobatur. cadentibus nanque uel ab alto puerulis, aut obuiam illis quopiam contundente facto: maximeq; in fronte, atque ubi uenæ magnæ non adeo apparent, ut ſtatim ſanguinis ad locum coaceruati grumi, priuſquàm topicis occurrant, reperiantur, à percusſione celerrime ut posſibile eſt, uel actu frigidũ laterem, lapillum'ue uel chartam aqua frigida madidam ſuperimponunt. Quoquidem peracto, aut in nullum, aut uero quàm minimum tumorem attollitur qui contuſus iam locus eſt. abſque hac uero repulſione, in ſummum aliquando, latumq; tuberem uergere conſpeximus. Neque ingens malum ex ea ſtatim facta repercusſione conſequutum eſt, ne uel caput, uel cauda muſculi colliſa fuerint: mediciq; non leuia frigorifica, ſed quàm maxime frigefacientia congelantia'ue admouerint: adeo ut quàmuis attrahentis doloris ratione tumor eleuari omnino debuerit. Ad interiora tamen (uti Galenus etiam inquit) repulſa materia ſit, ob maxime frigefacientium repellentiumq; uires. Porrò expediti ab ecchymoſis præcautione, ui cuius in contuſione repercutere nonnunq̃ poſſumus: Reliquum eſt etiam perlibrare, pro phlegmonis apoſtematis'ue (ſic enim uniuerſali nomine Barbari uocant omnem præter naturam tumorem) præuiſione an auerruncare in ipſa eadem colliſione liceat. Quamobrem ab ipſomet (quãuis diſtinctione quapiam) phlegmonis exordiũ 5.aph.66.

à primitiua(ut uocat)occasione obortæ,repurcussum offendimus.distinctio inquàm ea est, quoniã repleto corpore id fiet:inani uero existente, resoluentibus occurrit. Audiamus ergo ipsum,dũ ait, (iuxta Mã-

4.primi cap.25.

tini elegantiorem literam)porrò quod ex causis exteris fit, quas primitiuas uocant, uel cum corporis plenitudine,uel cum humorum moderantia contingit: siquidẽ cũ corporis plenitudine,præcedentes exteriores'q; causæ concurrant,profecto uel in uicinis partibus ipsis principalibus membris,ad quas fit transmissio,id fiet:uel non:quod si non,tunc in principio nihil resoluens eis admoueri debet,sed membrum expellẽs (si adsit)corrigendũ,uel uniuersum corpus,si mẽbrũ non habuerit singulare, admo endo eis quodcunque repellat, oppositã'q; ad partẽ retrahat,atq; adstringat. Eis inquit.s.quæ recipiunt,ita.n.uel suis cum expositoribus necessario intelligendum est: quando mãdans repercussiuis ad mãdandum potius irritaretur. Melius uero fit,corrigitur'q; ipsum mandans, siue uniuersum corpus sit, siue aliquod membrum, euacuatione atque malæ qualitatis alteratione. Verum apostemata(prout paulo deinceps subdit)quæ ab exteriori causa ortum habent,nec ulla adest humorum repletio,debent omnino,in principijs,mollientibus resoluentibus'q; curari,sed non eo modo quo curasti primum genus: uel ut alia habet litera. Et si non cũ eo quod sit sicut illud,quo primum medicatum fuit. Competere igitur dixit hæc repellentia adstringen-

tiaq; medicamenta, si causa primitiua, è quorum numero contusio quoque est, repleto corpori superueniat: Sin mundo superincidat, non talia sed emollientia resoluentiaq; uoluit applicari (quanquàm Iacobus ille de partibus nesciens ipsum interpretari, tanquã ancipitem, uariumq;, & dubium, omiserit.) posuit autem non aliter huiusce distinctionis determinationẽ, quum ad particularia descenderat, de phlegmone sermocinans, ab exteriori quoque causa oriunda: ubi quidem diuisione præposita, quoniam scilicet uel cum corporis plenitudine, aut cacochymia, uel cum eiusdẽ munditie contingit, de ea, quæ sine repletione est, prius loquitur: atque huius curationem esse dicit, eam quæ apostemati, quatenus apostema scilicet completum, conuenit: nulla quidem mentione de repercutientibus facta, quinimmo de materiam extrahentibus, molliendo, & leuiter resoluendo. Deinceps uero de ea, quæ cum plenitudine est, sermonem habens, de hisce repelentibus meminit. ipsam nanque inflammationem, cuius causa extrinseca est, cum repletione, ei cuius causa sola repletio est, comparat: dixitq;, & eius quidem curatio est proxima curationi eius, cuius causa est repletio corporis: & differt ab ea in hoc, quòd non indiget repercussione plurima in principio, sicut indiget illa, immo minus illa. Competunt ergo huic repellentia, imbecilliora tamen & ui & duratione q̃ eius inflãmationi, cuius causa sola est corporis repletio. Etenim

3. quarti. tr. 1. cap. 3.

quæ iam conculcata est (prout dicunt) materia diutius ualideq; adstringi tutum non est: interdum nanque doloris uehementia (uti princeps quoque idem dit) consequitur, nonnunquam uero & gangræna. Quæquidem litera menti & uerbis Auicennæ conformior quàm prisca est: ubi comparatio fit, inter contusionem cum repletione, & eam quæ sine repletione contingit: circa quam expositores ita garrientes laborarunt: ut ancipites tandem usque in finem remāserint, oppositasq; sibi inuicē expositiunculas (ut ita dicam) ambiguasue sub iudice relinquentes, qui his studuerint etiam sub dubio dimiserint. An scilicet minus cum repletione, an uero cum corporis puritate auerruncare debeamus. Eādem quoque distinctionē ipsemet, iuxta Bellunensis additionem, innuit: quum de casu & offensione locutus est. Casus enim (ut inquit) & offensio lædunt cum contusione & attritione. Membro igitur læso & offenso per casum, hoc est contuso attritoue succurrendum cum his quæ stringunt ipsum, properando prius (si oportet) ad phlebotomiam, innuitur uero quòd de corporis repleti casu loquatur: quoniam aduersantur in calce capitis (apud nouam Bellunensis interpretationem) subiungit: Quum autem fuerit percusio, quæ non facit dolorem uehementem: & non timetur quòd accidat uel festinet apostema magnum in loco, propterea quia corpus est mundum: tunc oportet ut sit festinatio ad mollificantia, cum oleo calefacto, & simili-

Tertia 4. tr.1. cap.3. tex. secundum naturam expositionē 12.

4. quarti tr.2. cap.4. in prin. Ibidem ca. 5. in prin.

bus. Dixi autem non temere principem ibi hanc uel repleti uel inaniti corporis diuisionem innuisse, non autem absolute expressisse. quoniam ubi obscura uerba sunt, glossis innumeris abundant. Cur uero mundo iam inanitoq; inuento corpore, omissis repellentibus ad discutientia extemplo accedit, mollientiaq;, in præsentiarum perquirere superuacaneum est: suo nanque loro prolixius (dei optimi maximi gratia) enucleabimus. Id tantummodo nunc temporis satis superq; fuerit, quòd repleto reperto eius corpore, facta etiam necessarioq; in omnibusq; præcidente, quoad fieri licet, reuulsiua euacuatione, quæ diuertendo simul inaniat: cum pro ecchymosis, tum pro phlegmonis præcautione, ac prouidentia, repellendi ueniam exhibet. Quod si alijs affectibus commisti quoque hi fuerint digestionem per halitum perficiendam exposcentibus: eatenus admiscenda, pro singulis quibuslibet digerentia medicamenta, quatenus sibi inuicem illi coniungantur. Tribus medendi semper cõtrariorum scopis obseruatis. Quadere ob ea quæ sibi annexa sunt, Galenus, Paulusq;, & Aetius, quum phlegmone, ad fluxum minime refertur, quin potius ad exteriores causas, humectando, calfaciendoq;, ab ipso etiam initio statim, quum præcipue doloris uehementia contingit, non lædere, quin proficuum esse determinarunt. ueluti noster chirurgus procesit, fotu iam ex chamæmeli reliquorumq; prædictorum decoctione quàm primum facto: deinceps ad polychre-

Ex 3. metho. cap. 9.
2. ad Glau.
2. [illegible]
4. libri ca. 17. circa finem.
14. libri ca. 30.

ſton antidotum perueniens. Quod ſi decoctum illud minime humectarit, quin exiccans ob aliam ſcilicet intentionem, ſanguinis inquam coaceruati globatiq; diſſoluendi, extiterit (quam thromboſin à Galeno etiam nominari prædiximus) calfecit tamen. id quod, in ipſo inflammationis exordio ad fluxum relatæ, minime conceſſiſſent: ſed adſtringentibus omnino auerruncantibusq; occurrendum præcipiunt, cauendo à calidis & humidis: etiam ſi uehemēti dolore urgeantur. Calfecit inquam fotus ille, nec minus emolliebat: Inquit uero princeps, & quandoque accidit uehementia doloris, propter conculcationem materiei & ſoliditatem membri. Deinceps autem huic materiæ conculcationi, ac per hoc dolori ex ea prouenienti ſuccurrens, ait: ꝙ uehementia doloris facit te indigere medicinis mollificantibus abſque attractione: cuiuſmodi calfacientia eſſe, ſed non admodum: ſiccantiaq; non magnopere in eiuſdē libri à nobis editis annotationibus ex Galeno declarauimus. At quoniam contuſo in loco adſtringentia miſceri poſſe inter initia tam Græcis quàm ipſomet Arabum principe, (cuius autoritas apud homines quibuſcū pugnamus plurifaciēda ſemꝑ eſt) cōfirmauimus. ſi latinorū quoq; medicorū celſisſimū Cornelium addiderimus, nullā profecto ambiguitatē remanere opinabimur. Ait ergo Celſus: ubi integra cute interior pars colliſa eſt (profundiorē ꝑ hæc uerba cōtuſionē innuens) cōmodisſimū eſt malicoriū ex uino coquere, interiorēq; eius partē cō

3. quarti tr. 1. cap. 3. tex. 12. Ibidē tex. 13.

Vide ibi com. xi. Ex 5. ſimp. 6. in fine et 7. in prin.

Li 5. cap. 26 ſec. 29. quū loquit de gangrænæ curatione

,, terere, & cerato miscere ex rosa facto, idq; superpo
,, nere. Sus aũt lota ad cœni uolutabrũ rediens, obijce re iterũ enixa est: quo frigida, nedũ pura, sed commista etiã penitus interdiceret, intelligendos fore dicẽs præadductos autores, de his medicamentis, quæ quidẽ adstrictionẽ calori, nõ aũt frigori admistã possideãt, ueluti quæ frigidorũ abscessum primordijs Barbarorũ princeps admouit: perindeac iuncus est rotundus odoratus, σχοῖνον Græci dicunt: Barbari uero floris nomine adiuncto quadantenus corrũpunt, squinantũ appellantes, quod est schœni anthos .i. flos: Conchulæ quoq; indicæ odoratæ, blattas Byzantias ijdẽ uocãt, pari modo Chia mastix, olibanũ, crocus, manna, cætera q; id genus q̃ plurima. Rosaceo igitur ouiq; albore admiscẽtes nostros medicos magnopere aberrasse inquit: tũ quia ecchymomatis residuũ, ne discutiatur, impedierint: tũ quia cõtusæ carnis cõcoctionẽ destruxerint. Cuius mehercle cercopitheci (cum Galeno dicemus) admirandam esse, aut stupiditatem, aut dementiam, aut simul utranque: uelut eorum quoque qui ab acribus adstringentia, niuem ab igne, atque caput ab inguinibus secernere nesciunt. quæ enim adstringentia dicimus, ea terrena certe sunt, & craßa corporis consistentia, qualitate uero frigida: corpus nanque (prout idẽ rursus inquit) omne adstringens, ab alijs, quod sensu animaduerti posset, qualitatibus syncerũ, ꝑpetuo cõperi experiendo frigidũ: quinetiã nõnulla ex his, quæ qualitatibus mista erãt, apte quoq;

Obiectio.

4. primi cap. 25. post prin.

Solutio.

9. simpli. cap. 1. post medium.

4. eiusdem 6. circa prin.

Ibidem uersus finem.

refrigerantia reperi: scilicet quum in eis adstringendi, refrigerandiq; facultas ita uincerent. Quæ profectò adstringentia introrsum pellere, (ipsius etiam dogmate) contactam nostri partem undiq; apparent: idq; æquabiliter uelut pellentia, ac stipantia, contrabentiaq;, secus omnino quàm austera. Quas ob res et Auicenna quoque Barbarorum oraculum inquit. Repercussiua medicina est contraria attractiuæ: Illius enim proprietas est, propter frigiditatem suam, ut in membro faciat prouenire frigus, & inspissetur ea, & constringantur pori ipsius, & frangatur caliditas eius attractiua, & congeletur illud quod ad ipsum currit, & inspisset ipsum, & prohibeat ipsum ne ad membrum currat: & prohibeat membrum à receptione ipsius, sicut solatrum in apostematibus. Distāt ergo (uti medicorum imperator ait) non parum quæ calida syncera, ueluti acria: quin contumacia pugnantissimaq; abiunicem existunt. Calidum nanque discutiens est, dissoluensq; congelata, meatus aperiens, carnes (ut Hippocrates ait) effœminans, partes extendens, nisi admodum siccæ fuerint, atque in uaporem (philosopho teste) conuertens perse, non (uti frigidum) per accidens, humores attrahens, liquefaciensq;, ac tandem homogenea ab ijs quæ alterius existunt tribus dirunciens. frigidum uero tanquam illi oppositum, quin uere contrarium existens, contrarios effectus inducere necessum est. Contrariarum enim causarum (philosophorum quoque spirar=

primi eiusdem 37. circa prin.

2. can. tr. 1. cap. 4. post medium.

9. simpl. 1.

5. aph. 16. De generatione animalium. 5. post mediū 3. capitis. Peri gen. secundi 8. & 54. tertii de cœlo. 74. & 4. meteororum 1. 4. met. 40 41.

cho docente) contrarij sunt effectus: quemadmodum etiam contrà. Adstringunt itaque acatia, balaustium hypocystis, cytini, galla, rheon, rhus, omphaciũ, mespila, corna, malicorium, myrta, & cætera id genus: quam sententiã Auerroes quoque insecutus est. Secundi de gñ. 21. & cor. 56. & 3. de cœlo. 76.

Quamobrem si calidum quoppiam medicamentum extiterit, quatenus calidum quidem impossibile est adstrictoriam habere facultatem. Quod si adstringentia schœnon, masticen, mannam, unguen odoratum, & reliqua id genus, protulerunt antiqui: non nisi quia admistam iudicarunt facultatem, adiunctas quoque qualitates in ijsdem inuentas. ueluti enim discutientem habere potentiam, cui admistam quoque adstrictoriam experti sunt: ita ex partibus constare calidis: quibus quidem frigidas quoque counitas esse cõcludent. 5. collig. 12. Quum igitur adstrictione, uel digestioni, uel concoctioni, aut simul utriq; coniuncta indiguerimus: tum profecto, aut simplex medicamen fuerit, aut compositum. siquidem simplex, diuersarum partium ratione cuncta explebit: sin uero compositum extiterit, discutientibus calidisúe medicaminibus adstringentia frigidaúe admiscenda necessario iudicandum est. Sonant autẽ Galeni (quæ Paulus Aetiusq́; transcripserunt) uerba de compositis ex diuersis medicamentis quum ait, ἐπεὶ δ' ὁ χιτὼν θλᾶται τῶν φλεβίων, ἐξ ὧν διαπηδᾷ τὸ αἷμα, μίγνυταί τι βραχὺ τοῖς διαφορητικοῖς φαρμάκοις τῶν συπτικῶν. quod est. quoniam autem uenarum tunica, ex 5. de comp. med. secundum loc. in prin. 4. libri ca. 30. 14. libri ca. 69.

quibus persultat sanguis, cõtunditur, parum quiddã stypticorum adstringentium'ue discutientibus medicamentis admiscetur. Quamobrem digito rursus uel inuitæ Bœoticæ sues labellũ cõpescant. Etenim si adstringentia frigidáq; calidis discutientibus, in inflamationis ab exteriori causa factæ primordio, uenisq; iam fractis ecchymomati coniunctis chirurgus prima die admouerit: Idipsum ex priscorum, suiq; præsertim Principis, cui multo magis quàm alijs confidunt, opinione proculdubio pfectũ esse recẽsebimus.

Octauus aduersorum error circa oleum rosaceum.

Quid igitur garriunt dithyrambici poetæ, Bœoticam canentes cantilenam, rosaceum quoque reprobantes, neutro medicinæ cruri adhærendo, rationi inquã uel experimento, nec eiusdem fundatorum autoritati, sed potius (ueluti Peripateticorum princeps ait) ad pauca respicientes facile enunciant. Quod si, medicorum sidus, Galenum, cæterosq; fide dignos doctores uidissent, medicamentorum'ue omnium uires perindeac necessarium esse Galenus præcipit, agnoscerent, in hunc hercle errorem minime incidissent. Exordiantur ergo præ cæteris à suo, quem tantifaciunt, Speculatore Gentili, atq; ante ipsum à Dino, cui magis quàm Galeno attribuunt, Hi nanq; rosaceum ueluti corroborans, confortansq; magis, quàm repellens sui tẽperamenti (uti ex Principe quoq; ha-

1. de gñ. & cor. tex. 7.

3. art. med. 21. secundo de compositione med. secundum genera in prin. & sæpe in libris meth. 2.

buimus) æqualis ratione, magnopere cõmendarunt. Quodquidẽ tẽperamẽtũ an æquale sit, quæ etiã eius potentia, inquirere, superuacaneum non erit. De hoc tamen loquẽtibus qđ purũ est, absq; externis præparatum odoramentis: id nanq; oleũ rosaceũ: (Galeno teste) simpliciter & uere, nominare ueteres consueuerunt: tametsi quæstio (ut idẽ inquit) non parua inter eos fuerit, an calidũ an uero frigidũ existat: primi tamen ordinis refrigerantiũ ipse tandẽ determinauit. Est. n. (ut ait) talis temperaturæ, qualis est rosarum succus. talis (intellige) frigidum enim utrunque, idq; ordine primo. Exquisite tamen in æquali pũcto illius gradus minime existunt cum medium quoque inter oleum rosarumq; succum Galenus alibi posuerit: quẽadmodum inter oleum ac rosas nonnunquam collocauit. Quadere si rosæ in fine primi gradus frigidæ existunt: rosarum uero succus circa finem (quicquid dicat Aetius, qui rosam ordine primo, succũ uero secundo declarauit, ni exempli duntaxat gratia dixisse quis responderit: frigidiorẽ nanq; rosam, q̃ succũ, in quo & aperiendi, & soluẽdi uirtus reperitur, existimo, in medio igitur primi ordinis rosaceũ ipse reponerẽ. Idcirco nõ temere Princeps quoq; ipsorũ ait, rosaceũ esse ad æqualitatẽ decliue. Cuius quidẽ tẽperies (ut exquisite cũcta ppẽdãtur) talis resultat, quoniã ex rosis rosarũ ue succo facta mistio est, et oleo: qđ tẽperate calidũ est, uix primũ pficiẽs gradũ: quin minus calidum, quàm ea sit frigida, uirtutisq; inualidæ,

3. quarti tr. 1. cap. 3. com. 3. & 5.
Ibidem. 2. can. tr. 1. cap. 4. post medium.

Rosacei tẽperamẽtum.

2. simpl. medic. ult.
3. de temperamentis 5. post. prin.
2. simpl. medic. 27. circa finem & 3. nono post. prin.
3. simp. x.
Ibidem 16.
Lib. 1. post prin.

2. can. tr. 1. cap. 4. post medium & tr. 2. c. 531. uersus finẽ.

quemadmodum prædiximus, ut in mistura facile uincatur: sitq; tum calidorum tum frigidorum, & humidorum siccorumq; materia. Itaque facta iam inter utrunque alteratione, alteratorum unio fiet: calidoq; oliui secundum maximam partem, ac fere penitus corrupto refracto'ue, unus duntaxat rosarum eiusq; succi, atque is inualidus repatiendoq; comminutus in rosaceo frigiditatis gradus remansit. Atqui medium omne (ut dicit) ex contrarijs mistum est (Aristotele quoque idipsum non semel exprimente, ut conuersam quoque Auerroes comprobarit) ijsque totis per tota temperatis, prout uere proprieq; mistum esse, penes Stagiritæ Galeniq; syntagmata, contingit, aut per exiguas particulas sensum effugiens eorum quibus opponuntur, perindeac Empedoclis philosophi, atque Asclepiadis medici, eius (ut Apponensis dicebat) collegæ, incompactiliaq; uel Galeni relatione ponentis, de mistione uniuersa opinio extitit. quam Themiso ac Thessalus, præter cæteros, insecuti etiã sunt. unde metasyncriseos nomen (Galeni testimonio) usurparunt. ceu Democritus etiam Leucippusq; philosophi, atque Epicurus illorum imitator, atomos & corpora senserunt tenuissima incompactaq; rerum principia existere. quiquidem secundus mistionis modus (philosopho cum Galeno testibus) huic tantum qui acute nequaquam cernet mistio apparebit: Lynceum uero non ita decipit. porrò (inquit medicorum phœbus) hoc an illo modo rosaceum mistum

esse

3. simpl. 16 uersus medium.
1. phys. 47. sexti eiusdem 32. quarti cœli. 38. & sæpe maxime ab Auer. Metaph. decimi 23. cõ. uersus finem.
De gñ. & cor. primi 86. & secũdi 48.
Conciliatoris differentia 16. circa prin.
De const. art. med. 8. 4. meth. ca. 4. uersus finem.
1. de gñ. & cor. tex. 86. & 2. eiusdẽ cõ. 46. in fine.
1. de elemẽtis secundũ Hippocratẽ circa prin.
3. simp. 16. uersus medium.

eſſe uelis,mea quidem certe nihil refert:nam utroq; modo propoſitum demonſtrari poteſt. Satis autem certo ſcio,ſi ratiocinationes omnes,tum quas Theophraſtus memoriæ prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu(de ſimplicium ſcilicet medicamentorum facultatibus)complectimur,multum animo uerſaueris, te ſecundum miſtionis modum reperturum. Neque enim adeo miſceri(ego inquam)arte queunt compoſita,ut primus proprieq́; dictus miſtionis modus reſultet. ueluti natura ex quatuor ſimplicibus corporibus elementis'ue, aut eorum qualitatibus ſaluatis, uirtutibus'ue, quemadmodum dixit (Galeno etiam ennarrante) diuerſus à Stoicis philoſophus, calido, frigido,humidoq́;,& ſicco,ueram miſtionem perficere poteſt:modo ne uel æqualia interſe inuicem ſint, uel alterum non paulum at ſumme reliquum excellat,priora nanque uel agere uel pati à ſeinuicem nequeunt:poſtremorum uero,quod longe præcellentius eſt,debiliorem prius ad ſeipſum retrahet,ſibiq́; aſſimilabit,quàm miſtio fiat,ſi philoſophorum protogymnaſiarchi confidimus. Secundum ergo miſtionis modum,tum in roſaceo,tum in reliquis etiam antidotis,uel facere uel reperire facile nos poſſumus, quæquidem uerius σύνθεσις ideſt compoſitio, q̃ μίξις, quod eſt miſtio, ab ipſo Ariſtotele nuncupabitur. Itaque medium cum ſtatutum ſit à Galeno roſaceum: Princeps quoque ipſum inſequens ait:et eſt ad æqualitatem decliue. Dixit autem non abſolute ſimplici=

1.elementi in fi. & 1. meth.ca.2. uerſus finē. 2.de gen. &cor.& 2. de partibus animalium cap.1. circa princ.

2.peri geneſeos 48. 4. meteororum com.x & 2.collig. cap.ult. 1.de gener. & cor-86. & 2. eiuſdē 46. 2.cant.tr.1. cap.4.& tr.2.531.

2 simp. medic. 27. circa finẽ & tertii 9. post prin. Lib. 1. post prin.

terq́; æquale, uerum ad æqualitatem decliue. Æquale nanque exacte simpliciterq́; temperatum non est, cum primi (Galeno, quem Aetius quoque sectatur, autore) refrigerantium ordinis existat. Verum enimuero ipsius rosacei uires apud ipsummet Galenum hæ sunt, quadantenus repellere, concoquere mitigare, præterea & discutere. Sui quoque temperamenti ratione confortantibus Princeps connumerauit. Firmatq́; hæc Mesuas (quem diuinum, ac medicorum euangelistam Barbari nuncupant) dum ait: oleum rosatum completum, est confortatiorum, & resolutiuum conuenienter, lenitiuum, & sedatiuum. Quis ergo tametsi inelegantior Libethrijs rosaceum nocuisse protulerit: quum dolorem sedans intellexerit, ecchymosim discutiens, defluxum repellens, contusam carnem concoquens, partemq́; affectam corroborans? Facillimum uero fuerit, præter autores rationemq́;, (Galeno teste) rosacei uirium, in sanis pariter, atque ægrotis periculum facere: Quas quidem euidenter apparentes qui abnegant, ab omnibus ex æquo hominibus (ut Galeni uerbis tuar) arguendi sunt: tanquã uitæ hostes, euersoresq́;. Veluti & innumeri iam Zoili occurrunt, quorum caput loquacissimus ac demens ille nouus Thessalus, turtures atque hirundines garriendo præcellens est. Hi nanque Achiuos extemplo à turre iudicare uolentes, rosaceum, utpote frigidæ existens naturæ, aiunt algidos uehementer lædere. Cruri igitur frigida aqua ab ipsomet spectabi-

Rosacei uires.

Secundi de compositione med. secundũ loc. cap. 1. uersus finem.

Secundi can. tr. 1. ca. 4. circa medium.

Dist. de oleis. c. ꝓprio.

2. simpl. medic. 27.

1. electorum 8. in fine.

Obiectio.

li ſubito(prout dictum eſt)alterato,quam maximum nocumentum induxiſſe roſaceum opinandum eſt. Atque idipſum nos quoque pro exquiſitiori ueritatis cribratione illis,noſtro ex Galeno ſic dicente,confirmabimus. Experieris ergo eos qui aduſtione tentantur,ab ipſo roſaceo refrigerari, protinusq; utilitatẽ aliquam percipere. Qui uero refrigerati ſunt,omnes lædi(iuſta communem uniuſcuiusq; partis temperaturæ dignotionem,ab ipſo declaratam,à ſimilibus uidelicet ſuæ temperaturæ cauſis facile offendi: iuuari autem à modico contrariorum uſu)uti lexiter ex utroque intelligas uires eius refrigerare magis quã excalfacere. Dein rurſus inquiunt,roſaceum cõſtringit, legimus uero ualida reſoluentia disſipantiaq;, profunda in contuſione, admouendum neceſſario fore: adeo ut ad cucurbitulas, ſcalpellationemue peruenire interdum neceſſe ſit: Nullo igitur pacto roſaceum competiſſe iudicarunt: tum quia frigidum, tum etiã quia adſtrictoria quædam ei facultas ineſt: Inficiasq; tandem(quod mirabilius eſt)iuerunt,apud Galenum unquam legi inueniriq;,ſed dictum eſſe ſimul & uulgare & erroneum,quod ſcilicet frigidos calfaciat,& calfactos refrigeret, perpetuo nanque frigefaceret concludunt. Quibus quidem prolatis(ſimiaq; præ cæteris caudata,ſyncruſio riſu cachinãs) non ſecus ac galli ſuo in ſterquilinio canentes,criſtã tollunt: Necnon ueluti Claudiana tonitrua blaterare, uituperareq; noſtros medicos minime deſi=

2.ſimp. 27. uerſus finẽ.

2.art. med. tex.30.

Solutio. stunt. Sicut autem in sermonibus mysticis (ut Galeni uerbis utar) profanis imperant, ut sibi aures obstruerent: ita & ego nunc eis denuntio ut sibi aures obstruant, qui in demonstrandi methodo non sunt initiati: Sed quo ad eam attinet, profani: Citius enim Asini lyram, quàm illi ueritatem eorũ quæ hic memorantur, intelligent. Quod tametsi non me falleret: non desunt tamen uiri docti (q̃q̃ ubiq; perpauci uigent) qui dicta mea satius multo prosequentur, quàm scripta hic sint. Idcirco Galenum audire monemus, nec aliud pro his quærimus. uideant ergo quæ à medicorum fulgentissimo sidere præscripta sunt, quum ait: Iam rosaceum mediam inter oleum rosarumq́; succum temperiem possidens (illo enim minus est calidum, hoc autem magis) refrigerat quidem exustos, idq́; caliditatis suæ tepore: algentes uero paulum etiam calfacit: quod uidelicet is quoque effectus sit caloris tepidi: quemadmodum balneæ, rigentes quidem excalfaciunt, æstuantes uero frigefaciũt. Ast uideant quæso hi dum sellissant, suum Barbarorum principem: quem proculdubio, si quales se esse existimant, hi essent, uidisse debuerint. Siquidem medicorum Imperatorem olfecisse nequiuerint. sic enim ille non semel testatus est. Et propter hoc (quia scilicet est ad æqualitatem decliue) dixit Galenus, quòd ipsum calefecit corpus uehementis frigiditatis, & infrigidat calidum. Quamobrem cum neutra tripliciter dicantur, quemadmodum diuisit (Galeno referen=

[Margin notes: 2. de usu partium 6. in me. — 3. simplici x. in calce. — Ad primum. — 2. can. tr. 1. cap. 4. post med. & tr. 2. cap. 531. c. de oleo. — 1. simpl. 21. circa prin.]

te) Herophilus, partim amborum extremorum participatione, partim neutrius, partim nunc illius, nunc huius: Mihi sane (inquit Galenus) magis uidetur utriusq; extremorum participatione. & quod nunc sensibiliter calefacere uideatur: nunc rursum refrigerare, neutrum dici posse rosaceum. Quod tamen sicuti neutrum dicitur, ita & medium formae, participatio neq; nuncupari potest. Quod si pugnantia in Galeni dictis prima fronte uideatur, quoniam aliquando frigidos ab eo laedi scriptum est: interdum uero algẽtes ab ipsomet rosaceo calefieri. Exquisitius tamen, menteq; peregrina uestiganti nulla est in recessu contradictio. diuersis nanque uocibus dictionibusue hic & ibi usus est. Etenim libro simplicium medicamentorum tertio, exustos quasi uehementi calore oppressos, refrigerare, hoc est frigiditate quapiã suaui, atque doloris experte, quinimmo recreatiua, alterare dicit. ἐγκεκαυμένοις enim idest combustos, uehementer inflammatos, ἀναψύχειν hoc est refrigerare (uti diximus) protulit. τοὺς κατεψυγμένους. i. algentes uero, dolorose'ue, ac summe frigidos (de quibus etiam princeps expressit) calefacere. Secundo autem libro non de extreme frigidis sermonem habet: quibus quidem obesse rosaceum uoluerit. Quanuis enim pariter κεκαυμένοις hoc est exustos incẽsos'ue ab eo ἐμψυχομένοις idest frigefactos esse, protinusq; utilitatem aliquam sentire praedixerit: ut recreatos iam non temere proferre queamus: Haud ta-

Medium formae uide 6. physic. 32.
2. simpl. ult. uersus finẽ.
3. eiusdem x. in calce.
Cõtradi.
Solutio.

Vbi supra.
2. eiusdẽ ul. uersus finẽ.

men algentes deinde, ſummeq́; frigidos (quos ibi κατεψυγμένους, cum præpoſitione, κατὰ, uim quandam maiorem, incrementumq́; in ea compoſitione adiungēte, nūcupauerat) ſed ſimpliciter ἐψυγμένους, hoc eſt frigefactos (eos uidelicet, qui refrigerati, hoc eſt leuiori frigore alterati ſunt, intelligens) omnes lædi ait, pauca enim cum inſit frigidatis alteratio, eā repellere nequit, ſed potius ueluti ſimile roſaceum conſeruat. utrumq; autem oppoſitum effectum, ut me

5. phiſic. 6. & 52. et 19. xi. metap. 23. ſecundi de anima 93. & 105. & ſæpe. 3. ſimp. medic. 7.

dium ad extrema comparatum inducit. Ad horum nāque alterum quando refertur (philoſophis Galenoq́; autoribus) alterius oppoſiti (quanuis non ſimpliciter aſſumptum) rationem ſuſcipit. Itaque ſi algens crus illius extitiſſet, calfacere roſaceum aptum erat. Verumenimuero non frigidum amplius remanſerat: tum doloris ui, tum etiā laboris, ſanguinis effluxum attractum'ue gignentium, ob quem inflammatio quoque exorſa fuerat. Quum præcipue ab aquæ frigidæ infuſione ad prælium extemplo reuerſus fuerit: duasq́; poſt hanc horas uel paulo minus fortaſſe certauerit: ac per hoc ad calidius conuerſio facta fuerit. quanuis congeſti adhuc globatiq́; thrombi ſinum replentes, extendendoq́; immenſum cruciatum producentes, non defuerint. refrigerando igitur phlegmonis primordio potius refragatum eſt, doloremq́; præter cætera ſedauit.

Ad ſecundum.

Obijcientibus uero iterum adſtrictione roſaceum lædere. Quoniam à profundis diſcutiendum erat, præter ea quæ dicta iam ſunt (re=

ſpondemus)tum ad concoquendum,tum ad ſecure in principijs digerendum,doloremq́; ſedandum, adſtri= ctione aliquantula opus eſſe,quinetiam præter fra= ctarum uenularum ſolidationem, phlegmonisq́; pri= mordij auerruncationem. Itaque medicinæ phœbum quæſimus duntaxat,perpurgatis auribus, audiant: roſaceum,pauculæ quam habet ſtypticitatis ratione, magis ad profunda penetrare inquientem:ac per hoc
„ arentia corpora probe emollire dum ait,quin & in 3.ſimp.medic.16.
„ profundum penetrare,& corpora arentia magis q̃
„ oleum humectare roſaceum poteſt. Arbitrorq́; ſubin
„ de roſaceo te prædenſas coriaceas tunicas teri uidiſ
„ ſe. Quoniam neque oleum, neque hydrelæum, quod
„ ex aqua & oleo miſtis conſtat, eas probe mollire ac
„ madefacere poſſit : quia uidelicet craſſiorum ſunt
„ partium,quàm ut penitus imbibi ac penetrare queāt.
„ Roſaceo uero, præter cætera quæ poteſt, paucula
„ quædam ineſt adſtrictio,haud parum huic rei confe=
„ rens. Nam quæ magnopere auſtera acerbaq́; ſunt,
„ primo ſtatim contractu ſuperficiem condenſantia,hu
„ morem ingredi imbibiq́; prohibent: At quæ paulum
„ quidem adſtringunt,cæterum plurimum quidem in
„ ſe continent eſſentiæ tum tenuis,tum tepidæ,tantum
„ abeſt ut præ adſtrictione ingredi altius corpora ad=
„ mota prohibeantur,ut etiam ab ea magis ſcilicet im=
„ pellente iuuentur. Quis itaque(ni ab aſino,menteve delapſus fuerit)reperietur, qui diuinum roſaceum nocuiſſe proferret? quod ſi præſcriptis ſatisfactum

eis minime fuerit, uerum uti canes ad uomitum reuertantur. Illud poetæ cum Galeno opportunissime dicetur: hos unum atque alterum permiste tabescere.

6. met. ca. 5. post prin.

Nonus aduersantium error circa oui albuginem.

Sed ecce anserum chorus inter olores glocitantium, improbeq; obstrepentium, è quorum classe impudentissimus garrulusq; Thessalus est, quem quidem (ueluti Græcorum parœmia est) ἐκπεπηδηκέναι, neminem Panormi, nec teipsum illustrissime, præterit. quanquàm in patriā reuersus sellissando magnopere gloriatur, ac Sybaritarū more per plateas quotidie turgidus incedit, blaterareq; nec ictu oculi desistit) oui subtenuē liquorē albuginēve adeo cōdemnātiū, ut ob hanc sphacelatū fuisse crus, prædicare nequaq̄ puduerit, tritamq; et omnibus cōmunē rationē adducentium: quoniam frigida oppilantiaq; omnino interdicenda sunt, ueluti à Barbarorum principe collegerunt, dicente. Et quando fit phlebotomia, & festinatur ad emplastra prohibentia, oppillantia, non accidit illud quod est necessarium ad curationem, quæ multum conuenit, (At eius dicti sententiā alibi prius iam diximus) oui autē albugo huiusce extat naturæ, frigida nanque, prohibens, & oppilans est: Idcirco ueluti summopere aduersam reprobarunt. Ast si Melitides, suo cum sodali Corœbo, uitam degerent, hæc illos (ut opinor) proferre puduisset. Quis enim

Quarta 4. tr. 2. cap. 3. in princip.

ouei liquoris frigiditatem, obstructionemq́; hac in mistura compositione'ue incolumes remansisse crediderit, Galeno præter cætera testante, in quauis mistione simplicis actionem speciei minime seruari: sed imbecilliorem euadere. Quum ergo Hypericino misceatur: cuius quidem calor longe ualidior illius frigiditate extiterit: non ne rationi consentaneum est, immo necessarium huiusce frigorificæ potestatis maximam partem refringi, adeoq́; superari, ut nihil effatu dignum, ac gradum efficiens, remaneat, præsertim quum pura necnon irremissa eius qualitas, uix primum expleat gradum, Paulo quoque sic (ex Galeni dogmatibus) testante oui candidum & tenue nullius planè rosionis compos, mediocriter refrigerat, Græce μετρίως, quod est moderate, leniterq́;, & mẽsurate: quamobrem Princeps quoque inquit ipsum esse ad frigiditatem decliue, haudquaquam uero frigidum absolute constituens, ut primum gradum pertranseat (perindeac impudentissimi Thessali, uel secundi, uel quod peius est tertij frigefacientium ordinis proferre ausi sunt) Quid si obstructionem in cõposito uestiges? Tanta enim ipsi obstruendi uis nequaquam inest, ut occultam, sensusq́; effugientem. euaporationem penitus prohibeat: ponitur enim à Galeno quoque uel per se admotum obstruere, obturareq́;, minus quàm amylum (cuius substantiam ἄποιον, hoc est qualitate sensui manifesta carentem Græci, Galeno teste, nuncupant) nedum pompholyx

3. met. cap. 2. post princip.

7. lib. ca. 3. in fine. xi. simplic. 32.

2. can. tr. 2. cap. 528.

4. de cõpo. med. secundum loc. c. 1. sec. 2. 1. alimentorum. 8.

lota (quam tuchiam præparatam, nostri uocant) & spodion (cinerulam Latine dicemus) quum ait: obturandi meatus uim cum illis, quæ scilicet prætacta sunt, æqualiter non habet: sicut neque uim resiccādi. Quin si eos ad unguem per se nudumq; obstrueret, Hypericino tamen admistum hoc nequit. Cum Terminthinæ uirtus aduersus illud insit, præter hypericum. Cuius quidem est, (uti Galenus ait) desiicere, extergere, ac per hoc reserare angustos transitus meatulosve quodammodo, similiter bdellio, & magis (opinor) q albuginis uis obturare sit, ob quæ nullū induxisse potest nocumētum: Dictumq; Principis ueritatem nanciscetur, quum ait: Et fortasse erit cum eis infrigidatio, non prohibens mollificationem. Si qua uero frigiditatis portiuncula incolumis remanserit: tantum abest, ut obsit, ut etiam summopere prosit. Quemadmodum de rosaceo quoque prædictum iā est, pro phlegmonis inquam refrigeratione, auerruncationeq;: quum præcipue sua quoque glutinandi ui adiuncta, leuiter obstruens, tum ad concoquendum, Galeno principeq; autoribus, tum ad digerendnm, ipsomet principe teste, opportuna sit: hisq; magis ad sistendum sanguinis defluxum. quum præter uenularum fractionem, quæ quidem in omni contusione fieri consueuit, magni quoque rami, & is, quam Saphenam uocant, nosq; talarem nuncupamus, rupti dissipatiue nedum contusi fuerint. Tundunt enim (inquit medicorum lucerna) uasa quum uel uacua, uel non

[Margin notes: 8. de comp. med. secundum loca. ca. 13. post prin. — 3. quarti tr. 1. cap. 3 tex. 13. — 5. simp. 8. Quarta 1. c. 25. & tertia 4. tr. 1. cap. 28. — 5. meth. ca. 2. post med.]

„ omnino plena existunt, graui duroq́; quoppiam oc=
„ currente. Sin plena perfecte fuerint, prius id rumpit
„ quàm contundant. Quorum quidem uasorum omni= Infra in col legio. 4. simpl. 6. in prin.
modam plenitudinem, ipsius temperamentum habi=
tusq́; & antecedens uictus præ cæteris ostēdent. Mo Ibidem ca. 5. in prin. & cap. 4.
tus quoque & cursus uehementissimi post crapulam
facti. Quamobrem quanto uasa hæc rupta uenulis
maiora existunt, tanto magis emplastico indigemus
medicamento. Emplasticum uero ipsius oui candidum
appellamus, haudquaquam adstringens. Adstringunt
enim proprie (quemadmodum ex Galeno etiam præ=
diximus) quæ terrena sunt, & crassa corporis consi=
stentia, qualitate uero frigida. Emplasticorum uero
(ut idem ait) natura duplex est: altera exacte ter=
rea & sicca: altera uiscosa quidem omnino, sed ex
aqua & terra, & plerunq; etiam aere mista: sicut
oleum dulce quod ex aerosa, terrea, aqueaq́; essentia
temperatum est. At oui albumen ex ijsdem quodammo
do, sed magis tamen terrenum oleo est. glutinare igi=
tur non adstringere ait Dioscorides. Atque ob eam
uiscositatem philosophus quoque ait ouum apostema Lib. 2. cap. 43.
ta probibet eleuari, atque in tumorem uergere. Ast 9. proble- matum. l.
hæc obiter iam dicta sint: conglutinat igitur oui can
didum fractas uenas, phlegmonisq; primordio ita
succurrit, ut intumescere, ob suam uisciditatem non
sinat adiuuatq́; ad hoc frigefaciendi facultas, erysi=
pelaceæ inflammationis exustionem (cæteris affecti=
bus illæsis) extinguens. præter hos uero quinq; sco=

pos, digestionem inquam, concoctionem, ruptarum uenarum glutinationem, ac erysipelaceæ phlegmonis refrigerationem, ipsiusq; eiusdem tumoris prohibitionem, factos omnes ob eam quam habet albumẽ glutinandi simul, ac densandi, refrigerandiq; potentiam. Sextus quoque ob eosdem scopos animaduertendus accedit: propter doloris uidelicet mitigationem. Tribus nanque dolorem sedantibus ab Auicenna (ut à suo nonnunquam principe exordiamur) præpositis: eo scilicet quod temperamentum transmutat, cui q̃d solutum est unientia superius adiunximus: secundo quod materiam uacuat, discutit'ue: ac tandem tertio quod stupidam sensusq; expertem ipsam affectam particulam reddiderit. Ea demum propria discutientia uoluit, quæ sibi admistam glutinandi potentiam seruauerint: qualia sunt, gummi quod arbor prunorum resudat, amylum, ladanum, cæteraq; id genus primi ordinis calfacientium. In misto igitur antidoto, quum caliditas superfluxerit: etiãsi aliquãtula (uti diximus) glutinatio remanserit. Ea proculdubio ad indolentiam aliquando (ni uelimus Barbarorum principi contradicere: quem tamen ne inuidi ab ipsis existimemur, ueluti nostrum quoque principem, dum altercatio cum eis est, admittere perpetim decreuimus) opportuna est. Vniunt enim corroborantq;, glutinando ea medicamenta, innatum dolentis membri calorẽ adeo ut æqualis digestio fiat: non autem tenui discusso, crassum lapidescat: quemadmodum nonnulli eius

Quarta 1. cap. 30.

interpretes ennarrant: ac nos ex Galeno prius prin=cipeq; deinceps percepimus. Ast oueum ad liquorem sermonem nostrum rursus reducentibus, ipsum prin=ceps medicamentis aurium contusione dolentium di=catis commiscet. Quin audias insipidissime, Mory=choq; stolidior, Thessale: quum ipsemet (quem ueluti deum adoras) pro sedandis aurium ex calida causa doloribus, ait: albumini oui soli inest proprietas mi=rabilis. In oculorum quoque lippitudine (ὀφθαλ=μίαν Græci uocant) mitigatoriæ humiditates sunt, Galeni testimonio) oui albumen, fenigræci deco=ctum, præterea etiam lac. Ex quo, & idem ali=bi testatus ueluti lege quapiam sanciuit, dicens: Inueniendi humores mitissimæ minimeq; mordentis naturæ, qui cum medicamentis sint infundendi. At mihi quidem magna cum consideratione uiden=tur ueteres ad oui deueniſſe humorem: electo scili=cet ex eo quod & mordens minime esset, & gluti=nosum. Nam ex eo quòd minime mordet, modo dictam indicationem (quæ scilicet ab affecta sede sumpta est) ijs compleuit. Ex lentore autem nonnihil ad indolen=tiam confertur. Quinimmo ueluti non solum aurium dolori absolute (principis documento) conferre, sed ex earum quoque contusione prouenienti commodum esse medicamentum prædiximus. Ita etiam in oculis contingere, à Galeno etiam perlegimus. Ad ictus.n. plagasue oculis illatas, & ad oborientes ex eis cruē tas suffusiones, uibicesue (q̃ Græci ὑποσφάγματα,

Marsilius super eo te-xtu: & Ia-cobus de partib.

5. simpli. 8.

Quarta 1. cap. 25. an-te med.

Quarta 3. tr. 1. cap. 18.

Ibidē c. 8. post princ.

4. de cōpo. med. secun-dū loc. ca. 12. & 4. & lib. de para tu facilibus cap. x. quū de oculorū uitiis loqui tur.

13. meth. dist. 13. ca. 16. post prī cipia.

4. de cōpo. medic. secū loc. cap. 6. in princ.

nostris autem sugillata etiam nuncupant) statim in principio, tum ad inflammationẽ, tum ad dolorem compescendum, facit columbinus sanguis instillatus, & præsertim is qui ex teneris alis exprimitur. Item oui candidum eodem modo in oculum instillatum: atque amplius pura lana exceptum, & superne impositum id quod Aetius quoque comprobauit. Quanuis ergo ad discutiendum in oculo collectum sanguinem ecchymomati in carne facto persimilem oui candidum per se admotum minime prosit: ad inflammationem tamen ibi coniunctam summopere (ut dicit) statim per initia confert. Sed ne opineris quidem uelim in auribus duntaxat uel oculis id uerum esse. quod enim suæ naturæ ui rationeq; prouenit, omnibus id (quãquàm magis minus'ue aliquando differat) uerum esse conspicitur. Quadere Princeps uniuersaliter ait: ouorum autem albumen sedat dolores mordicatiuos propter sui glutinationem: & quoniam ipsum tenetur, & remanet, quare non remouetur uelociter sicut lac. Medicamentum quoque aptissimum pudendorum hulceribus posuit. Veluti lucidius ante ipsum, medicorum omnium dies, Galenus (à quo Paulus exscripserat) enucleauit, sic scribens: Itaque utendum est oui albumine, nõ tantum ad oculos, uerumetiam ad alia omnia, quæ medicamenta requirunt suauissima, minimeq; mordacia, ut sunt uniuersa sedis ac pudendorum hulcera contumacia. Minime (inquit) mordacia: ex censu nanque medicaminum minime uellicantium poni, ex Galeno

Lib. 7. cap. 20.

Secundo can. tr. 2. 526. de ouis.

xi. simpl. med. c. 32. Sept. 3. littera. com.

Paulóq; prædictum est. Sed & ad hulcera rebellia (Galenus adiunxit) miscetur his quæ absque morsu ea possunt desiccare: cuiusmodi est medicamen pōpholyx bullave lota, cæteráq; id genus quãplurima. Aduertat itaque, & arrectis auribus Galenum intelligat, sua cum salsuginosa uicinia, Phrynondas, oui candidum hulceribus oppositum exclamans, sphacelíq; causam perputo futurum, si à quopiam illis applicetur. Etenim si (ut aiunt) sphacelare promptum esset: satius profecto in pudendorum hulceribus id faceret, cum aptissima sint ea membra (Galeno, Paulo, Aetio, principeq; testibus) ad corruptionem. Ast his tantum abest ut nocuum inuenerint, ut summopere proficuum fuisse periculum fecerint. Quamobrem eadem sub maiore quam ipsi ex principe supponunt, sui dicti contradictoriam concludemus. Adeo ut syllogistice septimam adiungamus rationem. Est ergo ab his præassumpta maior ex Principe sic dicente. Quod si non fuerit ita, sed fuerint solutiones multæ & profundæ, & longinquæ ab eo quod apparet, non erit excusatio à scalpellatione, & curatione, quæ fit in apostematibus & hulceribus malis. Ex hoc igitur Principis dicto sic arguũt (ut logicastro cercopitheco uidetur) in barocho secundæ figuræ. Ea profundæ cõtusioni admouenda sunt, quæcunq; competunt apostematibus & hulceribus malis: subduntq; falsam minorem, sed oui albumen non competit apostematibus neq; hulceribus malis. Ea enim exiccari postulant,

5. meth. ca. 4. uersus finem.
4. libri ca. 53.
14. libri ca. 52.
tertia 4. tr. 1. ca. 16. in fine.
Quarta 4. tr. 2. ca. 3.

Hoc uero humidum est, frigore quoque suo glutinatione'q; poros obstruendo resolutionem impedit: quare ad siderationem perducere facillime posset. sic igitur suam probant minorem. Quare concludunt, oui albumen profundæ contusioni admouendum nõ esse. Quibuscunque autem ratiocinandi ars methodusq; plana est, ridiculam hanc arguendi formam nihil inferre syllogismumq; non esse (philosophi dogmate) manifestissime apparebit. In prima nanque figura, directe (si bene exquisiteq; perspexeris) ex minori negatiua concludere nititur. Id quod quam dialecticorum aures offendat (ne ad puerilia digrediamur) quibuslibet iudicandum omittimus. Eadem itaque sub maiore, ordinatius tamen, clarioris doctrinæ studio, relata (tametsi nomina & uerba transposita idẽ significare philosophus enuntiat) oppositam nos minorem subiungemus, ita in Darij dicentes Quæcunque competunt apostematibus hulceribusq; malis, ea contusioni profundæ admouenda sunt. Oui autem albugo competit apostematibus hulceribusq; malis (ueluti ex Galeno maxime, Pauloq;, & ipsomet principe prætactum est.) Igitur oui albumen profundæ contusioni admouendum est: eòq; tutius, quò alijs medicamentis eisdem hulceri dicatis admistum fuerit. Ast ne id uerum quidem semper est, q, hulcera exiccari postulant. Quanuis enim ut hulcus est, siquidem simplex, exiccandum (Galeno teste) necessario sit, cũ adstrictione. Si uero cauum, exiccatione cum abstersione

1. priorum cap. 11.

2. periher. cap. 1.

Nota.

3. meth. 4. Ibidẽ ca. 3.

ſione indigeat. Sin plenum, ualidioribus ad cicatri= zandum deſiccantibus. Ac tandem ſi repletum ſuperflua carne fuerit, ne dum ſiccantibus uel ſuperuacuos humores, uel propriam ipſius carnis humiditatem, uerũ etiã ſubſtantiã corrodentibus, opus. Adeo ut ꝓpetuo uerũ ſit, oẽ hulcus quatenus hulcus ẽ, uel ad glutinãdũ, uel carne replendũ, cicatrizandumq́;, & ſuperfluam carnem corrodendum, ſiccificis indigere medi= camentis: ob alias tamen indicationes, aliquando etiã hulcus humectare conueniet: cum ſcilicet (prout Galenus idẽ ait) ſicciusquã oporteat inueniatur. Interdũ quoq; et cõcoquere, uelut ipſa in cõtuſione contingit, quo contuſa caro ſuppuret, faciliusq́; tãdem exiccetur. Aliquando etiam corrodentis humoris acrimoniam obtundere humectantibus oportet: phlegmo= nemq́; mitigare, necnon hulceris calorem refrigera= re. Quod ſi frigidum ſit, calfacere. Aut ſi tumor ad= ſit, eum remouere. Hæc omnia, plurimaq́; alia ferè ſexcenta ex Galeni documentis elicimus. Quibus quidem omnibus indicationibus ſemotis, ad hulceris præſcriptam exiccationem perueniendum. Sileant ergo rudes, impudentisſimusq́; præcæteris papæ mixus unicam tantummodo indicationem conſiderans. oportet enim omnia quæ à Galeno ſcripta ſunt rimari, qui methodum medendi exoptat, uel alium docere intendit, aut (quod magis importat) aliquem curare. Neque adeo in miſtura (ueluti prædictum iam eſt) meatus obſtruit, hyperico præſertim, terebinthinaq́;

Ibidẽ ca. 5.
Ibidẽ ca. 6
4. meth. c. 2
Ibidẽ ca. 5.

præ cæteris obstantibus, meatulosq́; , magis quàm
Obiectio. hoc obstruat, reserantibus. Obijciunt uero chalcidissantes hi thessalici contra dictorum nonnulla: quum scilicet pro glutinandis uenis, sistendoque sanguinis effluxu concedatur: Meatulos tamen haud obstruere, uaporesq́; tenues minime impedire dicatur. Etenim si uenas idipsum albumen conglutinat, adeo ut sanguinis exitum penitus prohibeat: aptius uide
9.problema tum ult. tur tenues meatulos occludere. Quod enim maiores, id satius existimatur, ut minores obstruere possit. Præter id uero peripateticorum princeps glutinositatem ait ad liuorem, quod primum est corruptionis indicium, perducere. Ast citra sudorem profecto re=
Ad primum. spondebimus. Nam quicquid per tenues meatus egreditur, euaporatq́;, id subtilissimum est, uaporosum, ac penetrans: ita ut ab oui candido retineri nequeat: pertransit enim etiam caluariæ substantiam quod tale est (uti Galenus ait) ne dum suturas. Secus uero
noni de usu partium. 1 uersus finē. est de crassiori sanguine, qui à conglutinante emplastico'ue medicamento perfacile retinetur. Quamobrē si Aetius, Aeginetaq́;, ac ante eos Galenus, statim per initia pro fractis uenulis, in quauis contusione, adstringentia commiscenda præcipiunt: multo magis pro ruptis huiusmodi effatu dignis uasis, à fluxu (prout dictum est) moderato iam perfecto, ne in excessum perueniat, conuulsionemq́; lethalem inducat, discutientibus adglutinantium quippiam coniungerere debemus. Quinnimo etiam si perse, so=

lum'ue,id albumen, nullo opposito refringente ad=moueatur:ipsum fortasse membrum siderare nequiuißet. Quum uix primi frigorificorum ordinis per indeac prædiximus existat:ac semel duntaxat, non pluries admotum,erysipelaceáq; phlegmone existente,motu præsertim equitationis ab ictu (uel Galeno prohibente)irritata atque adaucta. Illud enim patere uel me tacente arbitror (inquit) eum cui crura phlegmone laborant, non esse uel ambulatione, uel cursu exercitandum. Sed nec stare illi esse iubendum, immo sedẽti plurimum supernas partes fricari: mox manum brachium'ue motu exercitari illi est satius. Quod autem tale est,ueluti cãdidum oui esse prædiximus(si Galeno eiusq; asseclis Paulo, Aetióq;, nec non Auicennæ assentimus)ne dum corrumpere nequibit,sed ne alterare quidem(præter eã quam actu frigiditatem habet)effatu digne potest. Corrumpit enim quod quarti tertij'ue saltem ordinis est, aut si aliorum,primi uidelicet,aut secundi, sæpeius non semel duntaxat applicitum id faciet (Ni alia iam ex occasione interanea quidem abditáq;, gangrænæ ante signana,anchoras suas iniecisse cœperint) Sic enim glutinosa quoque ad liuorem perducunt, cum nullo scilicet refringente contrario admista ponuntur: pluriesq; non semel tantum admoueantur: adeo ut sanguinem sub cute retineant (ut Philosophus innuit)illumq; gelatione condensent. Si quis autẽ quoppiam antidotum,absque oui candido, componat,

13. meth. dist.2.ca.3. ante mediũ

quinti simpli. med. 26

septimi. 3. in prin. l. li.

secunda. 1. doc. 2. sum. prima. c. 15. circa mediũ capitis.

Ad secundum.

9. proble. ult.

Nota.

illudq́; perfectius utiliusq́; fore cōtēdat: inficias hercle non ibimus, reperiri melius posse. Haud enim nostra intentio est adeo cuncta extollere, quò nil perfectius toto in orbe inueniri queat. Nec si quis inuenire spondeat (instar Galeni, cui pares non sumus, de medicamento ad hæmorrhagiam è mēbranis cerebri uenisq́; iugularibus factam) admirabimur. uera nanque methodus (eodem præcipiente) potest, uel nunc etiam, post tot tantosq́; medicos, non solum meliora medicamenta, quàm prius fuere, sed etiam uniuersum curationis modum extundere, tametsi plura huiusce fuerint farinæ præsidia, quibus meliora excogitari nequeunt. Sed quæ facta fuerint iuxta medicinæ fundatorum canones, nulli posita uera oppugnantia, facta fuisse contendemus. Cur demum admirantur Archytæ crepitacula necnō tantopere oui candidum abhorrent, ut procul ab auribus omnino etiam calidis admistum uelint. Quum (ut octauo confirmetur fundamento) Galenus ipse luteo rosaceoq́; admistum, ad palpebrarum, aurium, mammarumq́;, & partium neruosarū (etiam ictu, plagáue) phlegmonem concesserit. Ait enim, crudo uero ouo toto utimur, admisto rosaceo ad palpebrarum, aurium, mammarumq́; phlegmonas, quæ scilicet aut ictis plagatisúe illis, aut alio quouis mō euenerint, aut extiterint, in neruosis corporibus, puta cubito, & digitorum tendonibus, aut articulis. Idq́; in pedibus pariter, et manibus. Haud ergo, prout inquiūt

6.meth.ca 2. ante me.

11. simpl. 32

est,ita cuilibet ex primitiua causa oriundæ phlegmoni aduersissimũ. Videturq; uel purum,uel etiam totum luteo scilicet coniunctum ab ipso etiam Aristotele concedi.uideant uero quæsimus demum(omisso Philoxeni non)suos,quos ueluti deos uenerantur, auctores:suis enim ad homines utemur(quamuis nullus sit apud nos cæpis putridi usus).Nonne Ioannes suus de Vigo de inuulnerata contusione bis sermonem habens, tum in capite,tum etiam in musculis oui albumina uitellis admista, rosaceoq;, & myrtino, ad prohibendum (ut dicit) cursum materierum defluxamq; materiã aliqualiter euaporandum, opportuna edocuit? Itaque si detruso in loco illud per initia calidis admistum concesßit: cur nos super nedum detruso, sed inciso ac uulnerato loco ad sistendum saltem sanguinis fluorem, apponere nequimus? Quinimmo rectius multo quàm Ioannes mistionem casui nostro commodam chirurgus effecit. Nec enim ipsum adducere dignamur, quia fide dignum testem reputemus: aut ei fortasßis in omnibus assentire decreuerimus: uerum quo chirurgiculorum diuos contra semetipsos in medium iudices afferamus.Sin uero Guidonem ò superbisßime nudoq; semper capite blaterans Thessale,in consessum adducas, credis ne tibi palmam exhibiturum? qui statim ab initio inuulneratæ contusioni, pro secunda intentione, hoc est ut dolor sedetur (Rasis ac Lanfranci testimonio) rosaceum admoueri præcepit cum pulueribus adstrictorijs

9.proble.1.

Secũda parte suæ practicæ, lib.1.

tr.3. doc.1. cap.2.

subditq́; practicantium communem usum esse, ouorum albumina rosaceo commista superponere. tu uero tam audacter, atticoq́; aspectu, absque ulla distinctione, tanquàm inimicissimum simpliciter cuiuis cõtusioni oui candidum interdicis. Aduoces quoque in theatrum, ac uel iudicem, uel patronum eligas Berta paleam. Non ne contusionis initio, cuiuscunque (ut ait) conditionis fuerit, siue cum fractura, siue cum uulnere, & in quacunque corporis parte, & cum fluxu sanguinis, ueluti noster casus extitit, emplastrum ex ouorum albuminibus, rosaceo, pulueribusq́; adstringentibus condidit? Phœbo igitur clarius est Bertapaleam nobis quoque non tibi palmam tribuere. Sed nec omissum facias Rolandum, qui quidem ne dum semel nobis permitteret, sed ludicrum notabile apponens, ait: post phlebotomiam repercussiuis utendum. Quibus de in minime conferentibus, iterum phlebotomia facienda est, & consequenter repercussiua. uoluitq́; (ut summatim dixerimus) utraq; tandiu repetenda esse, donec iuuare senserit: ludicrum inquàm notabile, quasi, uelit, nolit contusio, sanguinis missione, solisq́; repellentibus curare ipsam necessario pertinaciter decreuerit. quumq́; in primo desecerit limine: iterum tamen ad eundem lapidem offendere, obstinate proposuerit, quousque ad manes ægrotum dulcissime transmittat. Quamobrem Galeni uerbis in Thessalum expromptis contra ipsum uti possumus. Etenim ne intelligere quidem quimus

tr. de uuln. cap. 13. uersus finem.

lib. 3. c. 13

4. meth. ca. 4. ante medium.

quomodo quiſquàm, aut deterius, aut maiori temporis diſpendio, aut inani magis, ſanare tentauerit. His ergo tuis etiam (quos negare non audebis) auctoribus in cõcilio circunſedentibus, proculdubio carbone uel ungue turpisſime notaberis, noſtroq́; chirurgo palma præbebitur. Hæc ſunt quæ chirurgi primo operi aduerſantia mediculi obiecerunt. Reliqua uero quæ polychreſtum ingreſſa ſunt medicamentum, nullo iam obeliſco notata offendimus. Idcirco futile ſuperuacaneũq́; foret ſolis lumen uel auctore uel rationis comprobare. Quamobrem tempus eſt ad phyſici (ut uocant) regimen aſcendere. uix nanq; expleto manutigio, quod iam chirurgus ille primo accerſitus inceperat: Ecce, quem familiarem infelix habebat, doctisſimum Ioannem Baptiſtam de Petra, inter Siculos quidem medicos celeberrimũ, noſtrũq́; olim præceptorem, à nobis tamen cæterisq́; nũquàm ſatis laudatum, familiarẽ inquàm ut qui alias quàm pluries curauerat, quem quidem non pauci ſpectabilis famuli ab eodem iusſi, per totam urbem ueſtigantes, inuentum tandem accerſerunt. Curare autem præ cæteris hic exactius eligitur, ueluti aurum igni probatum, præter ipſius excellentem doctrinam: tũ quia eius erat amicisſimus compaterq́; & ſæpisſime conuiua. utiliorem uero (cum par ſcientia ſit) longeq́; utilisſimum, quum maior adiungetur, medicum eſſe amicum, quàm extraneum, alias ex Celſo pronuntiare conſueuimus: tum etiam quia illius

in procœ. libri. 1. circa finem.

natura ex curatione sæpius facta sibi nota iam perfecte erat. Quandoquidem (ut libri de renum affectibus auctor ait) is cui natura hominis alicuius perspecta sic est, ut quid secundum naturam in ea sit, exploratum habeat, expeditius alijs omnibus hic cognoscet quid præter naturam eidem acciderit. Accedens ergo ualentißimus physicus, duobusq; medicinæ cruribus (Galeni documento) exacte innixus, non ut medici, ex commentario duntaxat, apud Aram consultantes, ut qui totam suam medicinam, non in pectore & mente, sed in chartis habent, & membranis sepositam, Nec manum adhibere alicuius morbi curationi sciunt, nisi nomine prius habito, remedia, proprio eius capite à libris requirant, ut ueluti nautæ, ac militiæ duces qui secundum parœmiam (qua Galenus etiam usus est) ex libro, contra Aristotelis quoque decreta, gubernare dicuntur: aut perempto (quod peius est) ægroto ob propinatum prius medicamentum (ut Auerroes cuidam contigisse refert) deinceps uero uel morbum uel medicamenti naturam à libris uestigare conantur. Accellerans ergo, absque mora, sanguinis mißionem præcepit, quinque aut sex uncias, pro integerrimo suo iudicio, extrahendo. Certam nanque rei quantitatem determinabilem non esse (adeo ut hæc sola coniecturalem artem medicam, uel nihil quantitati æqualiter in agendo, Galeni etiam testimonio,

cap. 6. uersus finem.

9. methodi cap. 6.

3. de cōpositiōe medic. secundū genera ante med. lib. & primi alimentorū 1. in fine. decimi ethicorū c. ult. Secūdi metaphysicæ cō. 15. in fi.

lib. de ratione curandi

efficiat) uerum astantis medici iudicio remittendam, cuilibet mediusfidius ratione prædito, sole clarius apparet. Nullibi enim uel Hippocrates uel Galenus, aut aliorum auctorum quisquàm euacuationis certam mensuram limitibus conclusit. At medicorum iudicio: pro uirium tamẽ robore morbiq; magnitudine dimiserunt. Quincunx igitur uel selibra (si perlibrare cuipiam placuisset) extracta est. tametsi iuxta uulgarẽ de mittendo sanguine sermonẽ, in Sicilia, atq; hic etiam Neapoli, quadrans nostris barbitonsoribus (quibus uenæ incidendi munus omissum à chirurgicis est) iudicaretur. Hocq; pondus, iuxta uulgarem loquendi morem, præcepit. Atq; hæc educta sanguinis quantitas, pro uirium robore, corporisq́; plenitudine, satis superq́; sibi uisa est. Maiorem uero copiam eduxisse non libuit: quia quam proprie dicimus plethorã plenitudinem'ue, nõ aderat, euacuationem, quæ sanguinis missione perficitur, efflagitans: ast cacochymia corruptioq; (ut uidebimus) à Galeno nuncupata: cui quidem purgatio potius, quæ medicamentis expletur (iuxta ipsiusmet medicorum imperatoris decreta) congruens est. cum præcipue non modica sanguinis quantitas ab affecto iã incisoq; loco permanasse audiuerit. Ad reuellendum ergo, potius quàm simpliciter uacuãdum, uenæ incisio facta est, cuius necessitatem duo scopi nobis (Galeno etiam tecte) ostẽdunt humorum. s. redundantia, morbiq; magnitudo. Quæ quidem una suffi=

per sanguinis missionem cap. 12. in princip.

2. aphor. cõmẽ. 17. uersus finem. 1. aphor. 2. 2. eiusdem. 8. & 17. & secti. 47. li. de cõst. art. med. ca. 19. uersus finẽ. lib. de med. facult. c. 2. Quarti metho. 6. circa finem. 13. eiusdem dist. 2. ca. 3. post princ. lib. de rõne curãdi per sanguinis missionem. cap. 8. lib. de renum affect. 4. & sæpe. 4. meth. 6. & 13. eiusdem dist. 2. cap. 2. ante med. & in lib. de plenitudine. & 4 de ratione uict. acu. 19 lib. de phlebot. cap. 8.

4.4. tr.2.c. 3.&. 5. & trac. 1.ca. 3 in fine et.4. 2.cap.28.in fine. 4.1.cap.20 post.princi. 4.meth. 6. 4.4. tr. 2. c.3.in principio.

ciens secunda est: prout eidem quoq; Princeps astipulatur, etiam si corpus mundum purumve existat. Ad præcautionem (ut ait) ne in eis, qui.s.uel percussi sunt, uel ab alto delapsi, apostema oriatur, quemadmodum Galeni etiam dogmata minime omittens, artifices ad illam properare enuntiauit.

Decimus aduersantiũ error de phlebotomia statim facta.

Quanquàm deridendi moriones euistigio occurrunt, postica sanna, tyrannorumq; ritu, Panormita nos medicos tetrice obiurgantes: quoniam extemplo uenæ incisio, in contusis, ab altove delapsis, agenda non est: sed morandum tandiu præcipiunt, donec humores, sanguisve qui ob casum moti sunt, ac perturbati, ad pristinam quietem, claritatemq; reducantur. Adsciscunt quoq; metam: ut.s. quattuor supra uiginti horas ab ictu moremur. Sic ergo aptior fiet, commodiorq; uenæ incisio. Huius uero ad libitum chimerizati canonis, causam rationẽve aßignare, multoq; magis auctorem, uel minimum testem nequeunt. Tyrannorum ergo ritu, terrificoq; uultu suo attonitos reddere nos putantes, ut ipsis assentiamur enuntiant. uerum nos (Galeni quoq; more) hoc nomine Syracusanum Dionysiũ, Agrigentinũ Phalarim, cæterosq; tyrannos odio prosequimur: quod iubent, imperantq;, non suadent, ac docent: sicut So-

2.meth. ca. 5. post prin.

lon, Draco, & Lycurgus. Contra igitur nos sui bar barorum Principis testimonio cõprobauimus, excusationem non esse, dicentis, a phlebotomia: immo artifices ad illam properare. Artifices inquit artis medicinæ (haud uulgares tantum) properare. Nec deest id demonstrans ratio. Si nanq; ad præcauendum phlegmoni, fluoremq; reuellendum, hæc uenæ incisio necessaria est: cur ò insane, quousq; perfectum iam apostema sit tam segniter protelandum: ita ut Melitidis exemplo, qui euersa iam Troia Priamo auxilium laturus superuenit: sic nos defluxa materie, perfectoq; iam abscessu, præcautionem admoliamur, hederaq; post Anthisteria coronemur. Sed quonam calle topica admouere potuisset, ni uel præcesserit, uel amanutigio statim uniuersalis euacuatio prosequatur? Aptius ergo fuerit ipsum ad fodinas emittere, deinceps uero præsidijs succurrere. Quemadmodum imperitus quoq; nauis gubernator (cui Erasistratum Galenus nonnunquàm aßimilat) qui ubi per eius incuriam periclitata nauis est, nautarum cuipiam asserem in manum dat, indeq; salutem sibi comparare suadet. Imaginabar hercle thessalicos asinos, morionesq; Galeno aduersantes diem obijsse. At renascuntur quotidie stolidi, peruersiq;, & omnino amentes: Galeno met uere nobis in memoriam reuocante, nunc eundem esse mundum qui olim fuit: quum nec horarum ordo sit immutatus, neq; Solis circuitus inuersus: nec aliarum stellarum, siue fixarum, siue erratica

5. meth. c. 15

lib. q opt. medicus sit etiã philosophus ante medium.

rum ulla mutata sit. Nasci ergo & Thessalicos iterũ asinos, Asclepiadẽq;, Epicurũ, Themisonẽ, Olympicum Iulianum, Iotarium, Coræbum, Melitidem, atq; alios huiusce farinæ innumeros impoßibile non est. Quatuor uero ad reuellendum oppositionibus à Galeno exhibitis: eius inquàm quod in inferioribus existit, sursum antispasis fiet: eius uero quod in superioribus, deorsum. Quod in dextro, sinistrorsum, ac etiam contra: Quodq; intus extrorsum. Quod tandem antica in parte existit, retrorsum: ueluti etiam contra. Vel ex coniugatis (Galeno docente) altero uidelicet brachio manuve inflammari exordiẽte, ex altero: dextro uero crure, ex sinistro: aut contra reuellendum est: uel ut Aetius, minime iam à Galeni etiã dogmatibus recedens, in euacuando semper seruandam esse locorum affinitatem ait. Ne (uti Principis quoq; ab omnibus celebratus canon est) secundum duas diametros reuulsio fiat: ut dextra manu uulnerata, dexter malleolus: sinistra uero, sinister incidatur: contra dextro crure percusso, axillaris uena dextræ manus: sinistro autem, eadem uena sinistræ, rectitudine seruata secãda est. Ex quo cum Rasi, & Conciliator & practici omnes nuncupati communiter obseruant ut dextro pede sanguinea podagra affecto, dextræ quoq; manus axillaris (quam basilicam nonnulli, alij uero hepaticam uocant) sinistro uero pede affecto sinistri quoq; cubiti interna uena discindatur. Idipsum ergo à nostro etiam ingeniosißimo physico obserua-

de his 1. metho. & alibi sæpe. de iotario uero Boethius li. disciplina scolariũ cap. 1. tres ponuntur. quinti aphor. 68. sed quarta additur. quinti met. 3. s. quæ est intus & extra & libello de reuulsione siue antispasi. et licet quinti meth. 3. dimiserit eã quæ ante et retro fit: addit tamen eam postea ibidem cap. 6. Secundi ad Glauc. 2. et 13. meth. dist. 2. cap. 2. ante me. Lib. 14. c. 26. circa princ. Quarta 1. cap. 3. 9. ad Almãsorem cap. de dolore iuncturarũ in princip. Differentia 206.

tum offendimus. Etenim quia dextra ſpectabilis uiri tibia percuſſa eſt: dextri quoque cubiti internam axillarem aperiri iußit. Vniuerſum nanque corpus agitatum cum ſit, iecurq́; (ſub eo præſertim cœli ſtatu armis diu oppreſſum) magnopre incenſum: ſatius hortante Aetio, ex dextri cubiti axillari ſanguinem detrahere, fuit: quo nedum à crure, ſed ab hepate etiam reuulſio fiat, quàm ab altero ſibiq́; coniugato crure, tametſi temporis proceſſu, iocinoreq́; non adeo inflammato ab hoc extrahere congruentius fortaſſe extitiſſet. Ab ipſa uero ſtatim ſanguinis mißione expleta, ob uehementem totius corporis ariditatem, ſitimq́;, tum exurcentis cœli ſtatus ratione, tum maximi laboris, febrisq́; innatæ, ac exortæ eryſipelaceæ inflammationis ui, totum corpus uehementer comburentium, frigidæ potum, roſaceo ſaccharo admiſtum, propinauit: præſertimq́; obſeruata ipſius (quæ ſecunda natura eſt) conſuetudine, pichrocolaq́; natura: in qua quidem refrigeratio, aquæ potio, & quies, (Hippocrate Galenoq́; præter experimentum, teſtibus) necesſaria ſunt. Corpore igitur exinanito, ac tādem refrigerato, doloreq́; iam ſedato, quaſi laſſus, ſuauißimoq́; ſomno correptus ſexquihoram fortaſſe dormiuit. Quoquidem à ſomno ita experrectus eſt, lætus, iucundusq́;, & refocillatus, ut præteritum laborem meminiſſe, potius iuuaret. Phœbo autem

6. de morb. uulg. parti. 4. tex. 14.

4.1.ca.28. infine. Antipodas adeunte hora tenebrarum circiter secūda ptisanæ suauißimum cremorem propinauit: suomet Principe sic testante, in his quæ sunt, sicut casus & percußio, necessaria est phlebotomia ex parte diuersa: & subtiliandum est nutriens: & dimittenda est caro, et quæ sicut sunt ipsa. Docētibus uero, et Paulo, et Aetio, ex Galeni Hippocratisq; dogmatibus:

4. libri ca: 54.
14.lib cap. 26. in pluribus locis ut sup.

si corpus potius deprauatis uitiosisq; succis infarctū sit: aptius congruo medicamento purgandum fore.

3.4.tr.1.c. 3.post prin.

Id quod à Principe quoq; innuitur, dicente: & fortasse indiget solutione uentris. Idcirco purgandum quoq; pro diuersione, præter eas, quas dicemus, intētiones: medicamento etiam propinando statuit, pro diuersione inquàm, connumeratur.n.a Galeno, Principeq; ipsum pro uiribus perpetim emulante, inter ad oppositum reuellentia purgans (ἀντισπαστικὸν græci uocant): Modo ad oppositam partem ab affecto loco attrahens decenter exhibeatur.

13. meth. dist. 3.ca.5. post mediū &. 4 eiusdem. 6. ante medium.

Quare ueluti uomitus, pudibundis inferioribusq; laborantibus, in diuersa reuellens, commodum auxilium est: Eadem ratione, in omnibus quæ circa caput accidunt, medicamentum, quod aluum deijcit, ad contrarium auertit.

4.1.c.3. circa finem.

Quemadmodum uero in his à Galeno dictum est: ita & nos pari pacto adsciscimus. ubi quidem crura tibiave affecta sunt, ad uentrem retrahens medicamentum, duplici oppositione reuellit. Altera quorum est inferne sursum. Altera uero ab exterioribus extremisq; partibus introrsum. Haud tamen quo intus

ut. 6. apho. 15 extremū habetur.

remansuri humores sint: uerum ut inde ab irritata insuetis ac mordentibus, tam succos attrahentibus medicamentis, quàm ipsismet prauis humoribus, excitataq; natura, deorsum adeo pellantur, ut foras tãdem deijcerentur. Verum enimuero medicamẽtum uel ex scammonio confectum: uel alio quouis uiolento, propinare ausus non est: ut qui ægroti naturam perspectam (uelut a Galeno semper agnoscendam fore admonemur) habens: ex leuißimo quolibet medicamento exquisitißimam (uti non semel experimento comprobauerat) futuram purgationem speraret. Hippocrate quoq; ac ipsius fidißimo Achate Galeno, concoctos medicandum atq; mouendum, nõ crudos, neq; in principijs (tametsi acutus morbus est) præcipiente, nisi turgeant humores: corporaq; iam purganda, fluida prius faciẽdũ. Qui nanq; isthæc neglexerint (Hippocrate Galenoq; auctoribus, quæ sana sunt absument contabefacientq;: ac ducto ad imbecillitatem corpore morbus superior euadit: Qui ubi corpus uicerit remedium non habet. ijs quoq; difficiles ueniunt alui purgationes, uomitusq;, non sine torminibus, et quadam uertigine, fastidioq; multo, & malo pulsu ac dissolutione, & difficultate. Quoniã uero inchoantibus (præcipiũt) morbis, si quid nobis uidetur mouendum, ut moueamus. Si humores uidelicet ne dum in motu iam existentes (ut quædam portio illorum, doloris inflammationisq; causa perturbata iam, nec non mota hic aderat) uerumetiam multitudine op=

2. de ratione uic. in morb. acut. com. 11. in fine.

1. apho. 22. li. de humoribus & .1. apho. 24. ibidem. et. 2 de ratione uic. i morb. acut. 11. 4. eiusdẽ. 38. 4. de tuẽda ualet udine ante me. 1. de crisi. c. 9. li. de qualiter & qñ purgare oportet ca. 5. et sæpissime.

2. apho. 9

4. de ratione uic. in morb. acut. 22. 4. apho. com. 1. uersus finem. 2. apho. 29.

primentes, aut malignitate: aut (quemadmodum sæpe contingit) præcipuum aliquod membrum grassantes, imminens periculum minitentur, turgeātq; naturam adeo irritantes, ut maximum impetum appetitumve (ὁρμὴν græce Galenus uocat) ad illorum excretionem inducāt. præsertimq; imbecillioribus cunctis symptomatibus circa morborum primordia existentibus. Idcirco minuere quadamtenus uitiosos humores, nuper inuētis præcipue, benedictisq; (ut aiūt) facilioribus medicamentis, ab initio concessum est: Ac maxime illos qui moti iam, à dolore phlegmoneq; attracti affectam ad partem defluebant, prius tamen quàm ad locum peruenientes (Galeno teste) firmentur. Medicamen igitur ab Arabum Principe, in casu & offensione, necnon suo (quem diuinum uocāt) Mesue assumptum communiq; omniū practicātium qui Barbaros sectantur auctores, consuetudine celebratum, hoc ipsum est. Capere .ʃ. rhei Barbarici sesquidenarium, promumiæ (ueram nanq; ab Arabibus etiam descriptam mumiam, nostris in partibus, desideramus) rubiæ (quem thapsum Paulus appellat) singulorum pondo scrupulum: atri uini rubei'ue atque adstrictorij semunciam, iulep rosati (ζουλάπιον græci uocant) cyathum; nonnulli uero myrtaceum syrupum potius admiscent: aquæ demum plantaginis hærbæ (quā ἀρνόγλωσσον græcorum cætus paßim nuncupat) quantitatem liquando propomati sufficientem: quod quidem, siue hac mensura siue, ut libet, pro tam

4. aphoris. comm. 10.

2. eiusdē 30

4. de ratione uict. in mor. ac. 76

Quarta 4. tr. 2. cap. v.

Tr. de simplic. c. de rhabarbaro

3. lib. ca. 2.

Sic uocat Symeō Sethus græc' de aliment. facult. cap. de zulapio.

tam medicorum quam ægrotantium diuersitate, quauis seruata simplicium proportione, summo mane propinant. Huius autem facultatem esse uulgarium medicantium turba, satis superq; deprauatos succos perpurgare, necnon à uulneratis percußis'ue mēbris reuellere, opinatur: adeo ut tametsi nihil uel minimū quoppiam eduxerit, contenta, perindeac exquisitissimam uacuationem effecerint ægroti, ad alterius & exquisite purgantis medicamenti potionem peruenire abhorreat: qua de causa plurimos obijsse, ob hāc medicorum negligentiam, pernouimus: id quod in capitis uulneribus longiori sermone disputauimus. Quanuis ergo uitiosos alui succos, meatibus ductuiq; propinquos, in mesaraicis uidelicet uenulis retentos, usque à iocinore, lieneq;, ac præsertim biliosos, tenuesq;, ac serosos, comprimendo, rhei barbarici (ab adstringentibus licet admistis non parum impediti, obtusiq;) ratione, in his præcipue qui corpore defluxui, ob lubricitatem, paratißimo existunt, purgare quadātenus ualeat: Magis tamen sua compressione atque adstrictione post factam illam, qualemcunque uacuationem, fractas uenulas (si quæ huiusmodi, maximeq; in uentre ac deinceps thorace sint) instaurare condensareq; opportunum medicamentum est: corpus quidem totum roborando, & inter siccandum perficiēdo: id quod barbarorum princeps meliorare corpus aliquando nuncupauit: quo procul dubio indiguisse spectabilem baronem, quum præci- Quarta. 1. cap.25.

pue uniuersum ipsius corpus, tum superlatis (pluribus etiam ante diebus) armis; tum etiam quamplurium hastarum obuiam ipsi fractarum impetu, collisum fuerit: neminem latuisse opinamur. Adhæc sicubi uenas præter naturam egressus sanguis in grumos uel aliud conuersus extiterit, necessario quidem

6. aphoris. 20.

(Hippocratis Galeniq; Decreto) corrumpendus: à tali corruptione putredineq; ipsum, & præsertim mumiæ ui, defendat præseruetq;: donec dissoluendo, dißipandoq;, per urinarios meatus, tam rhecomatis, quàm rubiæ tinctorum potentia, eduxerit: modo componentium medicaminum uires perlibrare non pigeat. Pro morborum nihilominus uarietate, patientis temperatura, consuetudine, ætate, uirium robore, atque id genus cæteris, modò id, modò illud tali potioni rationales medici, prout conducere arbitrantur, rationeq; & experimento comprobauerint, admiscent: minime (ut imperiti faciunt) unum calopodium omnibus pedibus inconsulte adaptantes, ut nihil perpetuum (quemadmodum præceptor noster

Episto. 6. lib. 2.

Manardus dicebat) habentes: ita à maiorum uestigijs, ratione ac experimento non recedentes. Huic itaque communiter usurpato propomati roris quoque aerei (quam mannam uulgo nuncupamus) sesquiunciam triferæq; persicæ denarios quatuor adiungere sibi placuit: quo maior uacuandi uis insita medicamento sit (prout oportere integerrimo suo iudicio decreuit) Nec arnoglosi aqua, sed cor=

dialium florum fructuumq; (ut uulgo dicunt) decocto cuncta diluens, inq; propoma liquidius conuertens, ante diluculum propinauit. A quo quidem dimidiæ horæ somnũ (quicquid rudes ignauiq;, ipsum perpetuo post pharmacum condemnantes, paupercu losq; ægrotos tyrãnorum ritu cruciantes, dixerint) permisit. Quo nedum uentriculus calidior in somno factus medicamentum exquisitius amplectatur, deductisq; impedimentis, ad actum reduxerit: uerum uomendi pharmacum (quod sæpicule cõtingit) periculum deuitetur: uirtusq; etiam somno refocillata, cuius munera sunt quæcunque in animantis corpore naturaliter fiunt, perfectius, quæ nocua irritantiaq; sunt, expellat. A quo nihilominus, post medicamenti ingurgitationem, permisso statim somno, post horam dormire, proculdubio (ni maxima uirtutis imbecillitas, decrepitasq; reclamet, in quibus quidẽ interpollẽ somnum permittere nonnunquam, uelimus, nolimus, cogimur) euitandum fuerit. Si nanque attractis ad uẽtrem succis, tum uẽtriculus, tum intestina minime senserint (cũ in somno sensus obtusi adeo sint, ut dimidiũ uitæ Philosophus nuncupauerit) molestãtium succorũ acrimoniã: ad illorũ expulsionẽ neutiquam mouebũtur. Ad quã tamẽ nõ nisi irritata peruenire (Galeni etiã documento) mẽbra omnia cõsueuerunt. Remanẽtibus uero illis: quoniã medicamẽtum (ueluti quũ magnes ferrũ sibi iã attractũ conuinctumq; habẽs:) contentũ remanet, nec alios iterũ attrahere

1. Ethico. cap. 18.

3. De pot. natur. ca. 5. & 12. & 1. de loc. aff. 1. circa me. & sæpe.

conatur, donec tandem, facta tam in uapores conuersione, quàm temperamenti sui alteratione contabescit: Nonnunquàm uero in aliti substantiam à nutrito superatum conuertitur. uigilantis autem hominis uiscera mordentium insuetorumq; succorum acuties morsus'ue sentient: quamobrem irritata expellent: Quibus deinceps ab uno intestino in aliud deiectis, donec extra penitus eijciantur, alios medicamentum attrahere, dum uires eius permanent, enititur: sicq; uacuationis perfectionem nanciscemur. Ast hæc obiter in tantum hoc loci dicta sint. Aliàs nanque prolixius (Deo optimo maximo fauente) plura de hac re necnon pulcherrima scrutabimur. Septies itaque (ut ad nostri medicamenti opus conuertamur) adeo, ne dum plenus, sed corruptus erat, ad excernendum surrexit, assumptiq; medicaminis ui, olētißimos, effatuq; dignæ quantitatis, præter strigmenta, succos: ac si quoduis, uel scammonio, uel helleboro, aut quocunque exoluente medicamento munitum pharmacum ebiberit. Cumque his & quatuor longiusculos teretes, mobilesq; adhuc, & uiuos excreuit.

Vndecimus aduersorum error de purgatione statim facta.

Sed ecce rursus Thessalum Oscè loquentem, ingenioq; adeo refractario præditum, ut ne si Apollinem quidē ipsum, uel Aesculapium habuerit, desiderātes

docere ipſum, monentesq́; ut aliquando obtemperet, ueritatiq́; præter calumnias incumbat, audire atque aures præbere poßit (uti Galenus ait) nedum animo ſuſcipere. Quamprimum igitur ſe Principi adhæſum opinans, leuißimum hoc medicamentum interdicit: ſic illius teſtimonio ſcribens. Duas autem euacuationes coniungere eadem die eſt timoroſum ualde, & extra rectitudinem. Vnus itaque interponendus integer dies fuerat: (ut inquit) à uenæ ſectione ad purgantis medicamenti exhibitionem. pròh deum, an à profundißimo ſomno ſtatim importuneq́; excitatus, animumq́; adhuc ſtupidus hæc protulit? An ſibi lege quapiam ſancitum eſt, ne unquam uera uel uiua hominis uoce exprompſerit, uel ſcriptis mandauerit? Quid enim ad rem pertinet Principis dictum falſo ab ipſo, ſuisque aſſeclis recitatum, de duobus eodem die medicamentis uentrem ſoluētibus loquentis? Inquit ergo (ut uerba exſcribentes nequaquam diſſonè recitarimus) Duas præterea medicinas uentrem ſoluentes in una die coniungere, eſt timoroſum & extra rectitudinem: intelliguntq́; ipſius interpretes, de ualidioribus ſolutiuisq́; pharmacis locutum: Duas nanque lenientes: aut quarum prima ſoluens eſt, ſecunda uero leniens (ueluti poſt pilulas nonnunquam practici maximeq́; hic Neapoli, uulgari omnium conſuetudine, lenientem potionem trium horarum intercapedine propinant.) coniungere eadem die abſurdum non eſt. Quinimmo

Libro de quatuor tē poribus periodorū capit. 4. Quarta 1. cap. 5. poſt med.

9. ad Almã sorem cap. de melancholia.

Razes solutiuum quoque decoctum, in quo polypodium, turbith, sena, epithymusq́;, ac stœchas, recipiãtur, post catapotia trium quoque horarum interuallo exhibuit. Fiunt uero sibi ipsis ambo conformes, si utrunque partiamur medicamentum: ut mistum uni completo adæquetur. Sin uero primum sufficiẽs iam sit solutiuũ, nihilq́; operatum fuerit: secundũ illi adiungere periculosum est: Ne quod ab illo uehemẽter agitatum motumq́; sit, ab hoc rursus uelut irritatus, furibundusq́;, & effrenis equus, adiunctis acutißimis calcaribus, mordenteúe asylo, ad superfluum perniciosumq́; defluxum excitetur. Diem uerò cum Galeno Principem uoluisse totum ex luce & nocte tempus in uiginti ac quatuor horas diuisum, pro maiori Thessali confusione, cõfitebimur. Dic igitur impudentissime an uenæ sectionem alicubi medicinam uentrem soluẽtem nuncupari legisti? Deinceps quis est qui preciosißimam radicem barbaricam exoluentibus proprie nuncupatis, uel placidißimam fortasse mannam connumeret? Quarum quidem laudes recitare, ab innumeris præter quotidiana experimenta celebratas proculdubio superuacaneum reor. Quin si duas simpliciter euacuationes eodem die condemnasset: nobis profectò minime obstaret, tum sanguinis missionem, tum uero purgationem reuulsiuas potius, quàm exquisite eradicatiuas, extitisse respondentibus. Ast suum Principem (abiectis hirquorum lemis) conspicere quæsimus non tædeat, dicentem. Et

1. De crisi ca. 16. post med. & 2. eiusdem 2. in prin. & 9. meth. 1. uersus fin.

Quarta. 1. cap. 4. post prin.

cui paruũ intercesserit spatiũ, ex quo minutus fuit, & euacuatione indiget: medicinã sumere est ei conuenientius. Satis ergo est apud ipsum, si recte perlibraris, cui paruũ intercesserit spatium: Deq; medicamento loquutus est (ueluti paulo prius elicitur) quod sit, ut helleborus, & uiolentæ medicinæ. Contulit autem uasorum facta inanitio, ac bene ipsius robur tulit: quoniam iuxta Hippocratis decreta, talia purgata sunt, qualia oportebat. Bene inquam tulit, perpenso corporis habitu, haudquaquã tamen simpliciter. Qui enim prauo utuntur alimẽto sanguineq; deprauato reguntur, in medicamẽtis purgati (aliquo etiam sene Galenoq; testibus) exoluuntur. Nolentibus quidẽ per hæc purgationẽ (perinde ac alias præ dixisse recolo) penitus respuere: alio nanque calle semita'ue (præter purgationem) curari nequeunt. Sed moderandam fore, ac pro uiribus partiendã: iterãdo scilicet cum instaurationis intermißione. Quẽ quidẽ curationis modum græci (prout Galenus etiã enarrat) ἐπίκρασιν indigitãt. Quamobrẽ ueluti defectus adiectionem, ita corruptio epicrasin exigere ab eodem declaratur. Ob quã rursus causam ad exoluentia nuncupata uigorosioraq; medicamina peruenire, ausus nõ est, præter id quod inchoante iam morbo, lubricißimæq; naturæ propinandũ pharmacum erat. Quanuis ergo quadantenus exolutio facta sit: multo tamen maius iuuamen extitit. ex cuius conferentia tolerantiæq; facilitate iucundus ac etiã simul

1. aphoris. 2.23.25.4. eiusdẽ 2.3. & cõ.47. & 2. prædic.51.

2. aphoris. 36.

In epistola ad Nicolaũ Charranum de medicamento in capitis uulneribus exhibẽdo.

9. method. 10. in fine.

1. aphoris. com. 17.

quietus euasit. Qua quidem expleta galliculi excocti uua acerba (omphacion græci uocant) alteratum cremorem propinauit. Ante hunc uero, unà cum chirurgo, affectam partem detexerũt, præmeditati iam quod nam topicum admouendum sit. Detecta uero particula, mirabile me hercle fuit, omnibusq́; portentum, quàm æqualitati temperamentoq́; uicinum, tum in quatuor primis elementis, tum etiam in ipsa fluxionis copia repertum hulcus est. parum nanque, præter id quod uesperi dimiserunt, adauctus tumor apparuit: doloreq́; modico, naturalem fere colorem (plurima semota nigredine, ac liuore, seruataq́; magis florida erysipelaceæ phlegmonis rubedine) nactum est. Cuius tam magni, celerisq́; iuuamenti occasionem nil aliud quam reuulsionem utranque, frictiones etiam in superioribus factas atque ad oppositum retrahentes, itemq́; localium opportunitatem, ac uictus commodam rationem coniectati sunt. Tumoris uero incrementum bonum potius indicium, etiam si ingens factum sit, cum Hippocrate, Galenoq́;, & Celso, iudicarunt. In uulneribus enim fortibus & prauis, cuiusmodi hoc extitisse prædiximus, si tumor non appareat ingens (Principe etiam comprobante) malum. Ruminantes itaque antiquißimi præceptoris testamenta, Galeniq́; deinceps, & arabum principis, reliquorumq́; omnium ea comprobantium, tam græcorum, latinorumq́;, quam barbarorum interpretationes: Idipsum præcæteris perpendunt,

Secunda chirurgici opatio.

5. aphorismorũ. 66. 5. li. ca. 26. sec. 22. Quarta 4. tra. 1. ca. 2.

quod ab eis docemur hulcera scilicet oportere omnia siccari, præter ea quæ contusa sunt. Si enim caro aliqua (inquit ex Hippocrate Galenus) telo tum contusa, tum cæsa sit: huic ita medendum est, ut quàm celerrime suppuret. Nam & minus phlegmone urgebitur: Et necesse est carnes, quæ contusæ cæsæq; sint, putrefactas, & in pus uersas liquari: postea nouam carnem nasci. In cuius quidem generatione, glutinationeq;, & cicatrizatione, siccandum proculdubio fuerit. Quadere (ueluti prius quoque dictũ est) suppurare facimus interdum, aut abstergimus, humectamusq;, uel adstringimus: ut tandem pro curationis perfectione, siccare quæuis hulcera necesse sit. Quasobres iunioris quoque Serapionis dictum non nulli percelebrant: duo scilicet necessario in saniem conuertenda: aliquando quidem contusam carnem: aliquando uero humorem qui fecit apostema. Indicant ergo Hippocrates & alij suo sermone manifeste, solos eos hulceratarum partium affectus non esse siccandos, in quibus gigni quàm celerrime pus cupimus. Vtique quod cum aliqua putrescentia pus fiat, obiter docentes. porrò omnia quæ putrescunt, ex calido & humido sic afficiuntur. Ideoq; etiam ea cataplasmata, quæ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calfaciant humectentq;, omnibus his affectibus, quibus moueri pus expedit, admouemus. hordei nanque farina, ex aqua, & oleo, itemq; panis ex hydrelæo, præterea fomentum multæ aquæ calidæ, & te-

Lib de hulcerib⁹. post prin. 4. metho. cap. 5. ante med.

Lib. de uirtutibus secundis medicinarum sermone 4. cap. de maturati. medicina post princ.

traphar maci uis, omnia denique quæ calfaciunt & humectant, celerrimè pus mouent. præsertim si emplasticã uim habent calidũ innatum retinentia, quo quidẽ natura in cunctis functionibus utitur. His itaque medicamẽtis cõtusæ carni (ut ex Galeno prædictum est) ita medẽdum, ut quàm celerrime suppuret. ueluti à Principe etiã roboratur dicente, iam oportere ut festinetur ad facientia saniẽ, & conuersionem eius quod aggregatur in eo, in saniem. Cuius quidẽ uerba nominatim recitare (prius enim corrupta sic erant, mendosaq́; ut decepti quoque interpretes sint) superpondium non est. Inquit ergo (iuxta rectã ueroq́; & Galeno magis cõsonam Bellunensis ex arabico traductionẽ) & fortasse erit res maior ista, & fiet membrum declinãs ad apostema magnũ acutum, quod collectionem faciet: Et tunc oportebit ut festinetur ad facientia saniem, & conuersionẽ eius quod aggregatur in eo, in saniẽ: ut sedetur dolor, cum eo quod facit pus, & resoluatur materia, cum eo quod facit saniem: illud enim secundum omnem dispositionem facit saniẽ uelociter. Et ut fiat pus uelocius, cum adiutorio curationis, est saluius. Aduertas quæso (dij te adiuuent) quantopere suppurantia (& ea uelociter) cõmendat. Sed ne inter pus quidẽ, saniemq́;, apud barbaros unquàm (ueluti apud latinos, græcosq́; alibi docuimus) differentiam obseruabis. Additq́; præter hæc Princeps. Et fortasse resoluunt eã medicinæ saniem faciẽtes, absque saniositate: proprie

5. Simplicium. 8.

Quarta. 4. tr. 2. ca. 3. circa med.

In expositione. 3. 4. tr. 1. ca. 24. com. 1.

quando adiuuant eas caliditas innata, & amplitudo pororum. Hæc sunt quæ ad contusionē diriguntur: uerum ne phlegmonis incrementū interea negligamus, ecchymosisq́; portiunculā: cui quidē post principia Galenus Paulusq́;, & Aetius, absque stipādi uirtute præditis rebus, digerētibus disiiciētibusq́; utendum præceperunt. Idcirco desperātes iam medici, aliter quàm suppuratione contusam friatam'ue carnem curari posse: uulnerato loco resinā terebēthinam, cū oui luteo, ac rosacei portiuncula admouerūt: tum ad concoquendum, tum etiā mediocriter, quæ in sinu ecchymosi'ue remāserant, dispergēdum. fotu nihilominus antea facto ex maluæ, radicis altheæ, chamæmeli florum, linospermatis, fenigræci, rosarumq́; rubearū ex aqua dulci decocto: deinceps uero contusa super carne malagma id apposuerunt, quod ex hordei farina, sapaq́; dulcißima, & rosaceo cōpositum est. Adiuncto in circuitu, quod repellat, oxyrhodino: adiectaq́; boli armenici portiuncula. Circa horum uero comprobationem insudare, cum nullus sit uitiligator, superuacaneum omnino existimauimus. Vespere autem reuersi (iuxta Galeni atque Aetij leges: ut scilicet bis quotidie ægrotum reuisamus) ualidißimam febrem hora circiter decimanona excrescentem, celeberrimus physicus, præter opinionem, reperit. Vulnus autem discoopertum in eodem ferè statu quo mane iam dimiserant, apparet. Neq; .n. cōcoctionis suppurationis'ue indiciū, neque

5. de cōpositiōe med. sm loc. ca. 1. cir. prin. Libri. 4. cap. 30. Libri. 14. cap. 69.

13. metho. dist. 2. cap. 2. post me. Lib. 14. ca. 30. uersus finem.

Prima, 4. tra. 1. ca. 3. etiam (uti Princeps dicebat) dispositionis contrariæ uestigium conspexerunt. Quamobrem non symptomatis casúsue rationē habere amplius febrem ipsam existimauit: quemadmodum aliquando contingere Hippocrates prisciq́; omnes (Galeno enarrante) innuerunt. tunc enim affectæ partis adauctum prius fuisse morbum, (ueluti causam, quæ prior effectu esse debuerat) uel repente euanuisse tumorem (cuius ratione multa sæuaq́; symptomata sequi uel Hippocrates auctor est) necessum proculdubio fuerat. Sed exquisite morbū ex uniuersa totius putredine oriundam febrem hanc exquisitißimo suo iudicio determinauit. Hippocratis ergo sententia regesta dicentis: omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem non est transeundum ad aliud, stante eo quod à principio uisum est. Quemadmodum nanque (uti Galenus ait) in crudis, & quæ difficulter concoqui possunt, rebellibusq́; dispositionibus: in quibus cum recta ratio inuenerit id quod conducit, non discedit ab illo quod prius faciendum existimauit: etiamsi nihil ex facto manifestum sit subsecutum. propterea doctißimus ille medicus, comite chirurgo, nihil nouandum penitus statuit. iisdem ergo adminiculis, quibus matutino tēpore usi iam fuerant, uesperi quoque iterum suffragantur. A secunda autem noctis hora, ad octauam usque declinare febris ipsa non destitit, adeo ut insperatam ad tepescentiam (tametsi non exquisitam munditiem quietemq́;)

4. aphoris. 66. 73. 7. eiusdē. 42. &. 1. ad glauco. 3. in fine.

5. aphoris. 65. &. 2. prognost. 68.

2. apho. 52.

Ibid. in cō.

peruenerit.quo deinceps in satis remisso gradu,duas duntaxat horas,perseuerauit. Verumenimuero tertia quidem luce,quæ martis erat (prima nanque infelix qua ictum receperat dies erat solis) uere inquam martis : quoniam bellum inexpertis, eo die,paratum est. Exorsa nanque circiter decimam horam occulta quædam paulatimq́; subrepens tristitia, laborq́; periodi antesignanus, quenquidem Princeps arabicè almeliletu nuncupat, tertiam prænuntians accesionem. Qua porro dispositione superueniente, coloris mutatio statim uulnerato loco,paulo ante iam reuiso,sensim exordiri occepit, adq́; subliuidum hulcus quemadmodum & totius etiam corporis ac faciei color extemplo transmutari uisum est.ob uultus enim subitaneã alterationem,hulcus reuidere (quamuis iam iam præconspexerint) tum chirurgus, tum qui astabant necessarij decreuerunt. Id quod tam ocyssime adueniens, non nisi ob humoris in toto uel aliqua parte consistentis eademq́; hora moti malignitatem,contigisse opinandum est.ueluti posterius paulò cõprobabimus.Hac ergo coloris alteratione quãuis leuissima perspecta, urinaq́; statim perturbata, ut qualis iumentorum (quam nostri subiugalem uulgo,græcorum nomini magis adhæsi,appellant) fieri iam inceperit, celeberrimus ille Ioannes Baptista mirum in modum extemplo tristatus est: ac uiri conditiones omnes, præcedentemq́; uictum prænoscens nedum affectæ partis, uerum totius siderationem

Prima. 4. tra.2. ca.2. circa prin.

(quando ſuperne uenenum deſcēderet) quāprimum pertimuit. Quamobrem latinorum medicorū principis Cornelij lege obſeruata, præcipientis, ubi grauis metus, ſine certa nihilominus deſperatione eſt, indicare neceſſarijs periclitantis, in difficili rē eſſe. Ne ſi uicta ars malo fuerit, uel ignoraſſe, uel feſelliſſe uideatur. Cognatis neceſſarijsq́; omnibus imminēs periculū prænuntiat: Rogitās quoq; alios accerſiri medicos chirurgosq́;, quo (ueluti magnatum diuitumq́; moris eſt) ultimum conatum (iuxta Hippocratis præceptum) unà coeuntes efficiāt. Nec enim indecore ſe ille geret medicus (ut inquit) qui in rei præſentis anguſtia circa ægrum aliquē, & imperitia fortaßis tenebras offundēte, alios quoque accerſere iuſſerit: quo ex cōmuni conſideratione, res circa ægrum inquirātur, ac cognoſcātur: & illi cooperatores fiant, ad auxilij ferendi facultatem. Interim uero arabum principis canonē ruminantes obſeruarunt: quum ait. Quoties ergo uides membri colorē alterari: & eſt in uia putrefactionis, tūc oportet ut ſuccurras liniēdo ipſum, cum eo quod prohibeat putrefactionē, ſicut eſt bolus armenicus, lutumq́; ſigillatum, cū aceto. Cuius medicamēti, è Galeni quoque monumentis electi, perfectionem opportunitatemq́;, ex cōponentium uiribus alibi iam à nobis exquiſite enucleatis, (ne idem ſæpius repetatur) cōprehendere facillime poteris. Ex ijs ergo tribus antidotum cōponentes, affecto inciſoq́; præſertim loco intus & extra impoſue

Lib. 5. cap. 26. cir. pr.

Li. de præceptis poſt med.

Tertia. 4. tr. 1. cap. 6. circa prin.

9. Simpliciū. 3. uerſus fi. cap. de terra lēnia, &c. 5. uerſus finē cap. de terra armenica.

runt, una cū Principe etiā dicentes. Si autem hoc nō ualebit: hoc uesperi aduocādis medicis cōiuncti, conciliumq́; ineuntes, ad scalpellationem, cæteraq́; uidenda opportuna opus nostrum cōferemus. Recedēs uero physicus illustrißimum dominum Terrænouæ Marchionē uisurus, eundē nanque ipsemet ob dolorē à recedēte in seipsum ferro reuulsoq́; inductum, eodem cum chirurgo curabat: eiq́; illustrißimo perniciosum tertiæ diei ingressum in spectabili ægroto inuētum retulit. Ex quo nedum affectæ partis, uerum totius quoque sphacelū corruptionem ue corporis uerebatur. Certe tamen nesciēs (prout in prouerbio dicitur) quid serus uesper uehat. Quo quidē ueluti portēto quopiā enunciato, inuiti omnes, qui tunc aderēt equites patricijq́; uolētes profecto nolētesq́; (quoniam summo infelicē amore, etiā qui non nouerint, prosequebātur) illacrymati sunt. Sed utinā medicus ille optimus rarißime prædicēdo aberrās, huius exitum falso prænouisset. Me nanque neutiquam præterit, eū maluisse prognosticādo hallucinari, ac per hoc nonnullā apud uulgares, idiotasq́; infamiam nancisci, quàm optimū adstrictißimumq́; amicū, non sine magna tristitia damnoq́; perdidisse. Chirurgus autem à Marchione ad Baronem reuersus, ibi pransus est, perpetim uulnus obseruans (ueluti ab initio statim noctu diuq́; obseruarat) an euidens sensuq́; percepta commutatio fieret, medicamen aliquando exiccatum (ut oportet) renouans. Sed ecce

In expositione. 3. 4. tr. 1. cap. 3. com. 20. & cap. 16. cōmen. 2.

Ex. 2. aphoris. cō. 19. sumit hoc dictum.

hora ferè decimaſeptima antecedens ſuperaccenſio exacerbatione, tam uehemens malignaq́; inuaſit, ut uniuerſum corpus (nedum tibiam) lurido nouercarum aconito infectum chirurgus aſtanteſq́; omnes conſpexerint: non aliter quam ſi ab aſtris percußio facta ſit: ob quod ſiderationem quoque nuncupare morbum illum medici conſueuerunt. Perterritus ergo ſtupefactusq́; chirurgus ægrotantis neceſſarios conuocat, affines, atque ſanguine coniunctos. Quò medicos omnes conueniant: perinde ac mane iam con cluſum inter eos fuerat. perfectumq́; id extemplo eſt, ut tres phyſici uulgo nuncupati: ſex, uero chirur gi, adeo ut omnes nouenarium numerum perficerent, è primatibus profecto celebrioribusq́; medicis, quos in urbe inuenire potuerunt: quanuis & alij non minus docti quoque, ac experti eadem in ciuitate reperiantur. Itaque ad miſerabilem cuncti ſimul accedentes hora martis decimanona, haud tamen ipſi affecto inſalubriq́;, ſed morbo potius cōtra illum ualidißimo enſe fauentem martem ſuo die offenderunt, fauitq́; donec uictor uterq; ad extremum fatum perduxerit. Viſo igitur uel hoſtibus miſerando Antonio (id enim baroni nomen fuerat) indicijs coniecturiś ue, ac ſignis omnibus perpenſis, prout in ſingulis ſingula relata ſunt, ueluti poſterius recitabuntur: ſecundum impetum precipue ſuum, atque etiam tem poris, interſe cuncta (iuxta Hippocratis documēta) perlibrando, eorumq́; uires interſtinguendo, tanquā

3. progno-ſtic. 39. et 35. ibidem 38. ibidē. 37.

deplorati

deplorati curationem omittere decreuerant; iuxta antiqui etiam Senis legem, à Galeno sæpißime, Pauloq́; & Celso præter cæteros comprobatam. Ne suo aſcribatur errori, uulgaremq́; infamiam nancisceretur (At utinam de infamia dedecoréue (secundum Hippocratis dictum) ageretur, nec ut homicidæ coram iudicibus, nouum quidem, atque insuetum, disputarent) Rogati uero, ac potius ab eius necessarijs adstricti, naufragiq́; miserti, quũ præcipue Christicolæ omnes fuerint, consedere, satius esse concludentes præsidium aliquod experiri, quàm nullum: & naufrago amico uel tabellam eijcere, si manum porrigere non ualerent.

Lib. de arte ante me. 1. apho. cô. 8. & 2. 29. 11. meth. 9. & 12. 3. 3. cap. 10. in fine. Lib. 5. cap. 26. circa princ. Lib. de lege.

Collegium Medicorum.

Omnium ergo primus aßidens, senior medicus erat Signorellus Salanga Ennensis, uir mehercle quanuis in barbaris magis) doctißimus: idq́; genus dogmate, in Sicilia, tum speculatione, tum opere, fortaßis nemini secundus. Ab hoc uero facundißimus accedit Ioannes Baptista de Petra, super quam certe petram Galenus sanctißimæ medicinæ ecclesiam ædificauit: ingenio, memoriaq́; nulli iam inuidens, præceptorq́; olim noster perpetim obseruandus. Tertius uero celeberrimus, & ægroto non minus quàm illustrißimæ dominationi tuæ familiaris medicus, Petrus Oliuerius. A quibus quidem tribus

physicis nuncupatis, chirurgi consedebant: quorum primus ille chirurgorum Siculorum spirarchus, Nicolaus Charranus Leontinus, non minus speculatione quàm opere perfectus: dein uero expertißimus, primusq; in curatione Hieronymus Riccius, experimentis profecto ac iudicio in particularibus mirabilis. post quos alij quatuor docti, expertiq; medici, Andreas Iacobus Auignonus, Andreas Sedigitus, Guilielmus Spriuerius, ac noster tandem Iacobus de Sory: qui tametsi reliquis iunior extiterit, nulli tamen in chirurgico opere inuidebat. Quibus tandem ita in colloquium coniunctis (quemadmodum ipse à nonnullis fide dignis absens audiui) En physicus ille Ioannes Baptista: (cuius tanquam præuocati, ut moris est, factorumq; autoris, erat exordiri) nõ paruo, ueluti fas est, animi dolore oppressus, tristium quoque reliquorum silentia, hoc sermone, erupit. Fratres ac sodales celeberrimi iam infelicis nostri Baronis ictum, antecedentes nuncupatas corporeas causas abditasq; exagitantem conspexistis (si tamen ictum nuncupare fas est: aspidis nanque morsum aptius uocandum existimo, eius qui ueluti cælmis in ferro, neglecto crurium tutano, sibi ipsi occisionis alam comparauit. Conuocati uero huc sumus, quo ad pristinam (si poßibile est, primoq; omnium opifici placuerit) incolumitatem, omnibus neruis, totoq; pectore, restituere conemur: omni telorum genere à nobis uestigato, ut morbum ipsum explodere

queamus. Inquit enim Medicorum lustrantißima stella, Galenus, Medicæ artis scopus est sanitas, finis uero ipsius adeptio possesßio'ue: quamobrem (Philosopho teste) nunquam consultat medicus, an sanum faciat, sed tanquam finem supponit: quo tamen posito, quemadmodum ad ipsum perueniatur, considerat. Idcirco medici (Galenus idem ait) necnon interest cognoscere, quibus absentem sanitatem restituere poßit: uocantur autem hæc (ut subdit) remedia & præsidia: quibus quidem recte is utetur (eodem autore) qui naturales eorum potentias, copiamq; & congruum usum (perinde ac alibi quoque scriptum est) agnouerit; ne Thessalicis quidem asinis empiricis'ue præsidiorum naturam (ueluti sæpe dictum est) ignorantibus, maleq; propter id utentibus, connumeretur. Agnouerit inquam tum ratione experientiam ornante (ut dixit) tum experimento rationem comprobante. Duobus enim his ueluti cruribus medicina uniuersa innititur (eiusdem testimonio) quorum altero semoto neglecto'ue claudicare medicum necesse est; duobusq; ijs etiam, uelut instrumentis ad artem inueniendam necessarijs, utitur. Compertum uero pro certo habemus remediorum uires utrouis modo pernoscere, minus fore adhuc male affectis opportune decenterq; saluberrimum, ni ea quidem admouere singillatim, & opportune cuilibet sciuerimus.

Lib. hæresum initio.

3. ethicorũ cap. 6.

Vbi supra statim.

3. art. medic. 21. 7. meth. c1. 3. uersus fi. 4. meth. 4. & sæpe li. eod. et li. 3. 2. meth. 6. post med. 9. met. 6. 2. 6. et 1. aph. cõ. 1. & in pœ. 3. eiusdẽ. 3. meth. 2. post pr. 3. pdic. 12. lib. de phlebo. ca. 3, in pr. 1. de elemen. 2. 1. de differ. febr. 3. post pr. & ut summatim dicam infinities maxime per totũ methodũ medẽdi sẽp hæc duo instituta supponit.

Verumenimuero idipſum quoque ſciuiſſe nequimus quin morbum, cauſas, atque ſymptomata, ut quædam præter naturam exiſtentia: præter hæc uero & naturale ipſius temperamentum, proprias conditiones, uirium robur, ſedemq́; affectam, (cuius ſubſtãtiam, formationem, magnitudinemq́;, numerum, ac ſitum connexum'ue, itemq́; actiones, & uſum prænouiſſe oportet) ut naturalia pernouerimus. Cum quibus et à Galeno prætacta morbo uirtuteq́; coindicantia,

13. metho. diſt. 3. cap. 10. poſt me.

ætatem inquam, anni tempus, regionem, & conſuetudinem, habitumq́;, & ſexum, & ſi qua ſunt id genus alia, nequaquam neglexerimus; quemadmodum pater ipſe medicinæ perpendebat, ſi nullam cupimus

3. de locis affec. ca. 3. uerſus fin.

(illius inſtar) tum in curando, tum in præſagiendo calumniam ſubire. Hæc igitur ſunt, quæ (doctores præſtantiſsimi, uosq́; chirurgi plurima diutius experti) mecum ipſe ſtatim ab initio, (perinde ac in cæteris quoque obſeruare conſueui) ſedulo uolutabam. Nunc uero, quo præſidia rurſus ueſtigemus, eadem enucleare neceſſum eſt.

Morbus. 2. meth. 7. poſt princ. 3. eiuſdem in princ. Li. de inæqual. intẽper. cap. 6. poſt prin.

Morbum itaque præ cæteris noſcendum. Huius enim cognitio (uti Galenus ait) uiæ methodi'ue, quæ ad finem perducit, principium eſt; ac ueluti carcer primam nobis indicationem exhibens. Etenim hulcus exiſtens, morbus omnis (iuxta Hippocratis Galeniq́; ſententiam) & præternaturale quoddam, naturæq́; inimicum, ac peremptiuum eſt. Quoduis autem talis farinæ, abijciendum. Explodere igitur neceſſario, pro ualetudi-

nis inſtauratione, impellimur. Id enim medicum decet, idq́; maxime ſtudere, & ferè proprium eius munus eſſe conuenit, ut morbos adimat: quippe cum hoc non modo actionis uitium ſtatim (ut inquit) euaneſcit: ſed etiam reliqua omnia ſymptomata tolluntur. Excludimus autem oppoſito, prout nedum Hippocratis, ſed philoſophorum quoque principis dogma eſt à Galeno ſæpiſsime comprobatum. Eſt nanque hoc, Omne ſcilicet à ſuo cõtrario curari (prout Commentator ait) naturale theorema: quemadmodum & illud, Vnumquodque à ſimili generationẽ ſuſcipere. Aſt enimuero ipſomet aduerſo trudere nequimus, ni affectum ipſum pernouerimus. hoc enim ſtatuto ſibi contrarium ueſtigamus. Non ignorare igitur morbum oportet (id quod innumeris fere locis, præter aſſumptam rationem, Galeni autoritate comprobatur) ſi remedia decenter opportuneq́;, non caſu admouere intendimus. prænotis quoque præſidiorum potentijs. Quiſque enim (ut Philoſophi etiam dicto roboretur) bene iudicat quæ norit, eorumq́; bonus eſt iudex: quadere utriuſque aduerſi rationem aliquando audire præcepit: cum præcipue lucidiora ſint iuxta ſeinuicem poſita: eademq́; amborum potentia, quanuis non habitus: eadem quoque quodammodo ſpecies, ob quod nec mirum ſi ſimul in anima exiſtunt: eademq́; fere definitio. Ac tandem (ueluti uulgata eſt Philoſophi enunciatio) eadem extat ipſorum diſciplina: uidendum præterea num compo-

2. meth. ca. 3. uerſus fi. 2. aphoriſ. 22. cõ. 3 4. 1. 16. 5. 19. 3. art. med. 35. libr. de conſti. art. med. ca. 12. per totũ librũ etiã de morbis curãdis ꝑ ſertim 11. 12. et alibi ſexcenties. 1. problem. 2. & ult. & 2. ethico. 3. poſt princ. 1. de cœlo. com. ult. 1. ethic. 3. 3. metaphy. in pr. 2. cœli. 40. & 1. 101. 5. ethico. 1. 7. method. tex. 23. 6. eiuſd. 8. 2. poſte. 6. 8. phyſic. 8. & 2. de aĩa tex. 151.

2.De crisi. ca.7.in pr. Li.de morborũ different.cap.5. in prin. 1. de rõne uic.in mor. acu.cõ.8. 2.art. med. tex.4.& 2. meth. 6. in fine.

situs, an uero simplex existat: compositus enim haud æque facile (ut Galenus ait) cognoscitur. sicuti è simplicibus (eodem teste) qui in sola qualitatis intemperie consistit. Sunt ergo morborum species quæ methodo ab Hippocrate, non autem casu (teste etiam eius interprete Galeno) repertæ sunt, atque ab ipsomet ut illius fidißimo Achate lucidatæ; numero æquales ijs quæ naturam perficiunt. In similaribus quidem intemperies: in totis uero organis, unum in formatione spectatur: quod est in figura, meatu, cauitate'ue, ac superficie aspera uel leui. Aliud in cuiusque quantitate obseruatur: quartum in positura, necnon societate: utrarumq; autem partium, idest similarium instrumentaliumq; communis est ipsa unitatis diuisio. Quas obres & hæ primæ tres numero species, & singulæ quæ in de morborum differentijs commentario, alibiq; non semel exponuntur, agnoscendæ: quo & nostra quam quærimus, curandamq; præ manibus habuerimus, elucescat. Haud enim satis est generica ratione morbum cognouisse: à quo (iuxta ipsius dogmata) generalis quoque duntaxat confusaq; indicatio sumitur. Thessali nec more, in prima morborum diuisione quiescendum quidem est, nisi ad specialißimum usque (Platonis etiam uenia) descenderimus: habent enim (prout Galenus ait) singuli morbi propriam figuram: propriaq; suæ actionis indicant auxilia: totidemq; sunt, propter hæc medendi rationes, quot existunt morborum ideæ.

1.ad Glauco cir. pr. 8.meth.ca. 1. 1.meth.c.3. Ex porphirio in prædicabilib⁹, ca. de specie. 2.De crisi. cap.9.in fi. 1. de rõne uic.in mor. ac. cõ.44. post med.

Ergo etiam uetustißimus auctor Hippocrates dixit mederi & communia & propria intuentem (Celso etiam referente) contemnendumq; Philosophorum Spirarchus eum uoluit, qui solo fuerit uniuersali contentus, proprio neglecto. Ex quo tum Philosophis tum etiam Medicis uniuersalium rationem, contemplationemq;, & scientiam minime sufficisse legimus. Enimuero ad particularium quoque notitiā experimentumq; peruenire necessum fore aiunt. Adeo (Auerroe in physicis cōprobante) quod in particularibus exercitiū consistit, præparationē quandā homini exhibeat, quæ prius nō erat. Præsertimq; in uerbis, quæ de actibus habentur: in quibus (Philosopho auctore) uniuersalia inaniora: particularia autē ueriora existūt, actione in singulis (ut idem ait) uersata: & nō nisi in particularibus existēte, perinde ac ab eodē quoque cōfirmatum alibi pluries offendimus. Hūc itaque morbū curaturi perpēdimus: eumq; per pēsum nō simplicē, sed cōpositū offendimus. Cōtinui nanque dissolutionē (ut ab ea tanquam cæteris cōspectiore cum Galeno exordiamur) adesse uestrū cuiq; clarißime apparet: deinceps uero & calida intemperies annectitur, tumorq; iam patulus. Quadere tres primæ morborū species, quæ uel in sola phlegmone includuntur, repertæ sunt. Hulcus quidē (ut species quoq; uestigemus) carnosa in parte factum est: quin specialius loquēdo carnis cōtusio, cui adiūcta quoque neruearū fibrarū, carniūq; ruptio, præter has autē

2. meth. 6. circa prin. in pœ. 1. li. 2. de anima tex. 30.

7. physico. cō. 20. post med.

2. ethico. 7. in prin.

6. ethico. 8. in fine.

7. eiusdē. 5. & 10. 11.

7. meth. ca. 2. in prin.

& uenarum arteriarumq; laceratio : è quibus deinceps omnibus ecchymosis, thrombosisq;, quin etiam sanguinis defluxus, necnon urgentißimus dolor, oborta sunt. Intemperies inquam non omnis, at ignea caliditas. Etenim nedum affecta pars ob biliosos succos putresq;, & adstrictum conclusumq;, qui ad eam defluxerit, sanguinem, igneo calore inflammata est: uerum quoque cordis prius, deinceps uniuersi calidum innatum in igneum conuersum est: quam intemperiē antiqui omnes Latini febrem: Græci uero πύρετον uocarunt. utique cum adeo immodice auctus calor est, ut & hominem offendat (ueluti Galenus ait) & actionē lædat. Legitimus ergo exquisitusq; causus est, à pallida bili, haud nothus à nitrosa pituita oriundus. Instrumentarius uero morbus inest tumor præter naturam, magnitudine naturalem excedens constitutionem. Quid si figuram quæ cruris esse debet, inquiramus? eam quoque transmutatam apertißime reperimus. uias etiam cauitatesq; omnes quæcunque sint, ipsius cruris infarctas atque obstructas esse (uel Galeni testimonio) dicemus. Quinetiam totius corporis uniuersa cutis oppilata est, acrium fuliginosarumq; exhalationum transpiratum impediens. ueluti putridarum omnium necessarius modus est. Hæ sunt igitur morborum species, hoc in spectabili domino, ut abijciantur omnes singillatim perpendendæ : membrorum nanque numerus uitiatus adhuc non est : quemadmodum

8. metho. 1. & 1. de differentijs febri. cap. 3. in prin. de quo cau so. 4. de ratione uic. acut. 1. et sequentibus.

3. art. med. tex. 63.

neque instrumentalium partium situs: tametsi quædam similares particulæ, quæ prius se cõtingebant, nunc abinuicem distent abscedantq;. Agnoscimus autem morbos ipsos, eorumq; species, bifariam: ex suarum scilicet causarum notitia, à priori (ut dicũt) ac perfecta cognitione: tunc enim (Philosopho docente) arbitramur cognoscere unumquodque (simpliciter inquam, nõ secundum accidens) quum causas primas, & prima principia, ad elementa usque, cognoscimus: & quoniam causæ sunt, aliterq; se habere non contingunt. Quæ tamen agnitio rarißime haberi potest. Secundo ex suis casibus symptomatibus'ue morbum ipsum (uti sexcenties Galenus ait) umbræ instar, corpus consequentibus à posteriori. Adeo tamen nobis commodo (ut symptomata speculantes, & morbos, & causas etiam pernoscamus. Quinimmo perlibratis illis, symptomatibus inquam maxime insignibus, actionibus uidelicet læsis: uariatis item excrementis, affectibusq; nostri corporis, cuilibet sensui occurrentibus, præternaturam transmutatis, & si quæ sunt alia, familiaria propriaq; symptomata à Galeno nuncupata: non spretis quoque ijs, quæ nec familiaria nec propria sunt, quæ quidem Galenus græce, οἰκεῖά τε καὶ ἴδια συμπτώματα uocabat: sed συμπτώματα κατά τινα τύχην, idest forte quadam, non necessario incidentia, nominandi ueniam præbet. Quemadmodum non ex morbo, sed timore fortaßis, aut quauis alia causa inductus pallor

1. physic. initio. 1. posteriorũ. 5.

Symptomata.

1. Method. cap. 8.

atque ex sole nigredo. Itemq́; mox apparentia crisimaq́; præsertim symptomata existunt. E quibus omnibus & morbi essentiam, et mores terminumq́; necnon ipsius ægrotantis uires percipiemus. Quanuis & ea quæ familiaria propriaq́; symptomata dicuntur: aliorum quoque iterum causæ nonnunquam fiant, morbiq́; rationem subeuntia, ad se primam curandi intẽtionem (Galeno sexcenties teste) retrahentia: ueluti nostro in casu urgentißimus dolor adest. Hinc uero nostra omnis cognitio, uelut è nobis notioribus promptioribusq́; exorsa est: deinceps uero negotiatione facta per regressum à causis confirmatio, necnon demonstratio fiet. Innata nanque ex notioribus nobis uia est Philosopho docente, ac Platonis quoque sui præceptoris dictum, ueluti rectißimum comprobante. Sunt autem notiora nobis symptomata cunctaq́; exteriora accidentia: omnis enim nostra cognitio ortum habet à sensu. Ex quo intelligentem oportet phantasmata speculari. Maxime quoque ad noscendam rei quiditatem conferunt, quæ primum existit obiectum intellectus: ipsorum licet accidentium scientia non poßit esse demonstratiua: quoniam entia proprie non sunt, perinde ac Philosophorum spirarchi monumentis electa hæc omnia sunt. Quæ nihilominus symptomata (Galeni puoque Medicorum imperatoris dogmate) quatenus indicia trifariam distincta sunt. uel enim præteritorum rememoratiua sunt: uel præsentium demonstratiua

L.1. de symptomatum differentijs cap. 4. 12. de morbis curãdis cap. 1.

1. physic. 2. 1. ethicorũ. cap. 5. 1. de sensu et sensibili. 3. De aĩa. tex. 39. 1. de aĩa. 11. 3. De aĩa. tex. 9. 6. metaph. 6. & 1. posteriorũ. 18. 7. meth. 2. & 12. 3. In pr. 2. libri, aut. medicinalis.

(παθηγνωμονικὰ idest paßionis significatiua Gale= 4. de rõne
nus appellat) aut futurorum prognostica: ſuperue= uic. in mor.
nientiaq́; præſertim: ſiue enim iudicatoria ſint, ſiue acut. cõ. 4.
coctionis, aut cruditatis indicia, morbi ipſius manſue 62. 1. apho.
tudinem, uel malitiam demonſtrando, futurum præ= 12. li. de cõ.
nuntiant euentum. quanuis & alia quoque, tam ar. med. ca.
præſentium ſcilicet demonſtratiua, quàm præteri= 15. ante me.
torum rememoratiua, ueluti & quæ futurorum pro
gnostica ſunt, à uetuſtioribus medicis, Hippocra= 1. pgnoſt. 1.
teq́; (quemadmodum Galenus ait) cuncta pariter 2. art. med.
prognoſtica nuncupata ſint: ſiue ſalubria etiam, text. 1. in fi.
ſiue inſalubria, ſiue triplici modo capta neutra exi=
ſtant. Omißis uero his quæ præterita memoriæ
ſubijciunt (quorum quidem uſus nedum alijs minor Ibidem.
à Galeno ponitur: ſed ægrotis quidem nullus, uni=
que tantum medico, quamobrem & paruus dictus,
cui uidelicet artem ſuam oſtentare libet: ob hæc
enim uetuti bonus uates nihilominus etiam demiran
dus eſt) omißis inquam illis: occaſio nanque præ=
ceps eſt: Morbiq́; ſæuitas urgentißima, ut ua=
nis pompoſiſq́; doctrinam noſtram præferentibus
exordijs, neceſſarium tempus conterere minime li=
ceat: Ad ea quorum uſus utilißimus utrique, quin
neceſſarius eſt. Indicantia inquam prænuntiati=
uaq́; deinceps conuertemur. Cum uero nedum in
ſanis, ſecundum eſſentiæ ſubſtantiæ'ue rationem
(de quibus expreſſe Galenus ſermonem habuit) in= Ibid. tex. 2.
dicia ſumi poſſunt: atque à neceſſario cõſequentibus

operationibus, accidentibusq́;, ſed etiam in ægrotantibus, ac neutris. Idcirco præmiſſo indicio quod ſecundum eſſentiæ rationem febribus ipſis ineſt, calore inquam igneo (earum nanque ſubſtantia eſſentiá ue in genere caloris præter naturam, Galeni dogmate, eſt) quem feruentiſsimum primo contactu reperimus, mordacem, acrimoniaq́; tactui moleſtum, ut qui tangentem manum erodat, pungatq́;, inſtar medicaminis acris, atque etiam fumi (uti Galenus ait) dum oculos & nares mordeat: legitimum cauſum proculdubio, prætacta eius eſſentia, ex ſymptomatibusq́; (uelut enarrabimus) cunctis exiſtimo. Huius ergo uim & pulſus oſtendit ſua cum frequentia uelociſsimus: cui & urina rubea, craſsior, grauiter olens, abſque ullo contento coctionis indicio, quin perturbata conſentit. Itemq́; etiam lingua aſpera, ſicca, & ueluti conſpexiſtis aduſtione nigerrima, necnon urgentiſsima ſitis: non minus enim quin longe magis intus comburi ſentit, quàm nos extrinſeca tangentes machinati ſumus: perinde ac ipſius etiam relatione præter indicia audiuimus. Cordis quoque morſus quidam adeſt, orisq́; amaritudo adhuc poſt admodum ſynceram uitellinæ bilis uomitionem, perſeuerans. Hæc igitur familiaria propriaq́; ſymptomata morbi ſubſtantiam decernentia ſunt. Eius uero mores malignitatemq́; præter illi propria moſtendunt, nigra (quæ paulo ante deiecit) excrementa, opimis quibuſdam portionibus intermiſtis, adeoq́;

1. de differentijs febr. 1.

Ibidem 7. circa med.

fœtentia, ut quamuis thymiamatis, cyphisq́;, & prope thalamum ualidißimo aceto insperso restiterimus: adhuc tamen & parietes ipsi uidentur olentißimam putredinem emittere. præter lumbricos tam uiuos quàm mortuos, teretes inquam, quos heri & nudius tertius deiecit. Quinetiam sudores ab eiusdem corpore manātes mirabiliter, si sudanti aßisteretis, fœtidi sunt. Ex quibus quidem omnibus tam uirtutes omnes naturalem inquam, uitalemq́;, & animalem, quàm earum actiones, læsas esse intelligemus: affectusq́; nostri corporis plurimos præter naturam transmutatos, quemadmodum excremēta etiam perspicuum est. Acceßitq́; præter febrem quæ mitior prius erat, inopinata ac extemporanea malignitas, hodierna die: ut quum inter initia adhuc existat (hoc est in tridui interuallo) si uultum eius consideremus, qui ne uigilauerit quidem, nec fame iam affectus fuerit, nec resolutam aluum (ut scio) excedenter habuisset: ab Hippocrate nihilominus descripta facies intuentibus præsefertur. Nasus enim acutus, breuißimo temporis spatio, factus est, cauiq́; oculi, & eorum candidum in rubidum conuersum, adstricta tempora, & item cutis circa frontem duriuscula, intenta, & arida, necnon color totius uultus, qui rubidus naturaliter fuerat, ad nigrorem ferè (ut conspicimus) declinat. Quod si totius morbum, ueluti symptoma reputantibus, neglexisse libuerit: atque aspidis (ut à principio nuncupaui) morbum dunta=

1. prognost. 6. & 7.

Vt ibidem 10.

xat: uel ſaltem ordine primum perpendere animus ſit: urgentißimum quoque minoriſq; ſpei morbum definiemus. Eryſiſipelaceæ nanque phlegmonis contuſo in loco obortæ ſyndromen librantes, tumorem ſtatim liuido (non amplius florenti rubedine) infectum colore offendimus: & quanuis tumor unà cum ipſa tenſione adauctus potius ſit, dolore tamen pulſationeue, renixu, ac ignea flamma ſic remiſſus eſt, ut gangrænæ mortificationiſq; anchoram proculdubio iactam eſſe prænuntietur: undique igitur anguſtiæ ſunt. Verumenimuero cauſa cum ſit non omnibus morbis (Galeno etiam teſte) eadē: idcirco ipſa quoque pro cognitionis perfectione, ueſtiganda eſt: iuxta ipſius medicorum regis decreta. (Quanuis nedum methodici amethodiue potius nuncupandi, ſed dogmatizantium quoque rationaliumq; nonnulli (tyrannorum ritu) unà cum empiricis neglexerint actionis cauſam: ex quo uero quoque ſimile eſt eam, quæ morborum eſt, floccipendiſſe) Inquirendarum enim cauſarum (ut ipſe Galenus inquit) hic fructus eſt, ut qui intemperamentorum cauſas norit, is ad naturam ſuam reducat: cauſæ nanque abolitio (ipſomet autore) effectus quoque deletionem facit. (quare Celſus etiam ait, cauſæ æſtimatio ſæpe morbum ſoluit) ueluti eiuſdem auctio minutioue effectus etiam incrementum comminutionemq; conſtituit. Quamobrem quouis in morbo fiente, prius cauſam abſcindere, deinceps uero ad eam

Cauſa.
1. de differ. febr. 4. circa finem.
2 meth. 4. & 5.
2. de potēt. natural. 9. poſt princ.
1. de loc. affe. 2. in pr. et 3. eiuſdē in pr. & 2. aphor. 22. in prœ. 1. li. uerſus fin. 2. aphoriſ. com. 42. & 6. 5. & 10. meth. ca. 1.

quæ facta est ægritudinem accedere Galenus præ-cepit. Nedum igitur causam ipsam perpendendam esse, sed eius quoque magnitudinem paruitatemq; ab ipso medicorum summo didicimus. Quæ autem morbos paßionesq; nobis inducunt genere tres esse elicimus. uel enim euidens est latine dicta (Græcis uero προκαταρκτικὴ) quoniam extrinseca, quàm præincipientem quoque Latini, Barbari uero primitiuam nuncupare consueuerunt: atque hæc (quam duplicem ipse Galenus posuit, necessario scilicet aut contingenter occurrentem) curando commoda non est. Nullam enim (iuxta ipsiusmet leges) indicationem præsefert, quæ sistens adhuc non est: nisi prout effectus (morbi inquam) aliquando cognitionem exhibet. ita nanque ad curandum quadantenus utilis inuenta est. uel abdita à Celso nuncupata causa est corporeaue: huiusq; iterum duplex genus extat: aut enim futuri morbi præcedens: aut fientis paßionis continens coniunctaq; existit. Has igitur omnes uestigare sedulo debemus, ut nedum perfectam cognitionem adipiscamur: uerumetiam rectißimam curationem perficiamus. Quo si, dei tandem nutu, deplorandus omnino sit: nulla tamen methodus omittatur. Quam ob rem præmissa ueluti omnibus nota exteriori causa: ualidißimo inquam ictu: uiolẽtoq; & graui casu, antecedẽtes excitante: quæ iam prius etiam (ueluti rursus posthæc demonstrabimus) ab extrinsecis ortæ sunt, aßidua

3.art.med. 41. et 4. me tho. cap. 4.

3. prognost. com. 10.

3. art. med: tex. 4. 4. meth. 3.

In proœ. 1. libri.

uidelicet repletione, motibusq́;, & uenereis præter modum factis: ciborum continua (tum ob epularum diuersitatem, tum etiam ob importunam assumptionem) corruptela: ocioq́; præsertim, aggrauante interim cibatione, superfluo; atque alijs innumeris mutationem inducentibus causis, ad huiuscemodi febris gangrænæq́; repentini aduentus occasionem accedamus. Nedum igitur ob aliquantulum exiccatas uenulas, die dominico, sub æstiuo comburenteq́; hoc cœli statu, tam cursu hastiludio'ue, quàm excalfactis superlatis armis, acres & biliosas ichoras leuiter attrahentes: quem generationis modum Hippocrates, uel quisquis fuerit quarti libri auctor, qui de ratione uictus acutorum inscribitur, exprompsit: communis hic toti, exactusq́; causus obortus est: uerum quoniam fieri potest (Galeno auctore) ut modo altero similis affectio fiat. Idcirco ualidioribus etiam partibus, totoq́; fortaßis corpore, ad imbecille ac dolore oppressum crus biliosas ichoras demittentibus: ijsdemq́; deinceps humoribus, quasi œstro percitis, turbatisq́; tãdem uniuersum in corpus è corde principibusq́; transmißis: atque (ut summatim dixerim) à ualidis semper ad imbecilliores partes (malæ reipublicæ instar) expulsis, genitus etiam extemplo hic affectus est. Qui tamen circa principia, reliquorum (ut Hippocrates ait) more, maximeq́; perniciosorum, (Galeno enarrante) mitior, ac longe imbecillior fuerat. Hodierna uero martis nostri rebellis

[Margin notes: In prin. libri. — Ibidẽ cõ. 1. uersus fin. — 2. aphoris. 30. — Ibidem in com. 29. et 30.]

lis aduersißimiq́; hostis luce tertia, ne dum imparis ratione, ualidior sæuiorq́; ex proportione effectus est: uerum quasi, lætale uenenum subito ingurgitasset: uirulentá ue quæpiam uipera momorderit, adeo permutatus extemplo, secundum uniuersum corpus est. Coniectandum itaque uidetur perniciosum aconitoq́; persimilem succum, clãdestine prius quietum, ac ueluti (ut sic loquar) somno captum, hodie affatim, repẽteq́; excitatum, atque irritatum esse. Neque mirãdum est (dicebat ex Pelope suo præceptore Galenus) aut impoßibile reputandum, tam ualidam uim esse humori, qui in affecta parte aliqua genitus fuisset, ut perniciosarum ferarum uenenis poßit comparari; moleq́; quanuis minimum, facultate tamen quam maximum esse. Eorum tamen perniciosorum, instar ueneni, morborum admiranda generatio est (ueluti medicorum quoque Phœbus enarrat) quonam pacto incommode ualentes subito inuadat: Nempe non est perinde generationis subita causa, ac ipsorum subita generatio: ut si medicamentum homo lethale sumpsisset, uel bestia eum uirulentißima momordisset: sed pedetentim in corpore causæ, quæ sunt excitandis huiuscemodi malis, crescunt: quod morsis usu uenit à rabidis canibus. Nam apertum est quòd canis uenenum, (licet in morsis non ocietur, nec conquiescat) nullam sui ipsius notam prodit, multis interim proximis mẽsibus. Verum subito illis, cum uiderint aquam, formido inceßit, posteaq́; breui moriuntur.

3. De locis affec. 7.

3. De mor. uulg. cõ. 3. com. 75.

Longo enim tempore causa, quæ rabiem efficit, augetur. Quæ ubi eo tandem peruenerit, mortem affert repentinam. Ita ergo in hac comburente febre, (ueluti & in ea quæ ab Hippocrate narratur phrenitide) uitiosus in corpore humor coaceruatus existens, ueneno lethali prope adsimilis, in corporibusq; fortasse uicinis aliquid paulatim agẽs, quum uapores, atque illius qualitas ad uniuersum corpus iam extensa sint, membraq; præsertim corpus ipsum totum gubernantia, lætalia repente symptomata superuenerunt. (faxint tamen quæso, reddantq; me mendacem superi) quamobrem non adeo ab incendente febre causone'ue imminens periculum censeo: quantum potius à succorum uirulentorum qualitate, humorisq; momentanea corruptione: quæ iamiam exordientis gangrænæ causa extiterit. Non semper enim (uti Princeps quoque ait) à magnitudine apostematis multitudineq; materiæ gangræna fit: immo quandoque à malignitate ipsius. Quanuis ergo non paruus abscessus extiterit: cũ tamen bene dispositus, mitiorq; prius existens, nullumq; prauitatis indicium præseferens, è uestigio talem tantamq; corruptionem susceperit, proculdubio sæuitati potius, quàm multitudini attribuendum est: præsertim facta iam effatu digna sanguinis mißione, tam à cubiti interna uena, quàm ab affecto loco, præter eam uero & biliosorum succorum minoratione. Verumenimuero quo & morbi quantitatem uehementiamq;, &

Ibidem.

3.4.tra.1. cap.1.&2.

causarum etiam suarum, atque inde uel imminens periculum exactius prognosticari, uel aptam opportunamq; curationē adhibere queamus: contemplandum quoque (penes Galeni dogmata) naturale ipsius temperamentum: qui nanque quod secundum naturam est, (si non ad unguem, cum difficillimum sit) exquisite tamen, prout humanis uiribus permittitur, agnouerit: ocyus ijs perspexerit quicquid præter naturam existit, remediorumq; uires exactius inuenerit: haud enim quolibet contrario perficitur curatio: sed (eodem teste) in gradu æquali. Hæc autem ipsa æqualitas haberi nequit, ni curandi morbi quantitatem pernoscamus: quæ ex innato temperamento (perindeac, ex eodem, à Principe didicimus) à quo receßit elicitur. ad ipsum enim usque reducendum perpetuo præcepit. Idcirco à tribus ueluti scopis intentionem aliquando curatiuam assumpsit, inter res scilicet naturales, à temperamento: inter eas uero quas nonnaturales dicimus, à circunstante nos aere: atque inter res præter naturam, à morbo. Ab hoc enim, ut medicamenti qualitas: à temperamento uero aereq; & alijs nonnaturalibus, eiusdem quantitas (uel teste Arabum Principe) noscatur. Ex quo etiam temperamento, post morbi quantitatem, ad prænoscendum pariter usum nanciscimur. Morbus enim quilibet minus periculosus existit, qui naturæ, hoc est temperamento, congruit (iuxta

3. meth. 3.
Naturale temperamentum.
Lib. de renibus. ca. 5. & 6.
3. meth. 7. & 9. eiusdē 15 hāc cōditionē etiā supponit. 1. ad Glauc. post pr. & 3. de dieb⁹ decretorijs in pr. capitis. 12. ita Auer. 2. metap. com. 1. uersus fin. ait ſm q possibile ē, in humana natura. etc.
3. art. med. tex 42. 74 & 1. de alimentis. 1.
3. art. med. 74.
Quarta. 1. cap. 1.
9. met. 14.
Quarta. 1. cap. 1.

2. aph. 34. 1. prognost. cō. 7. in fi. & 3. 39. 1. de compositione me. sm loc. ca. 4. & sæpe.

cani præceptoris, illumq́; enarrantis Galeni sententiam) at posterius de prognostico sermocinabimur. Temperamentum ergo eius (prout nedum uobis omnibus doctißimis, expertisq́; uiris, sed reliquis etiam, uel idiotis notum esse opinor) calidum est picrocholumq́;, bili abundãs, & sanguine deinceps intemperato, calidiori uidelicet atque humidiori, putrediniq́; uehementer obnoxio: quadere cholericum sanguineum (prout uulgo dici solet) nuncupabimus: sanguine inquam intemperato, quia calido & humido. Etenim (si Galeno, Celsoq́; confidimus) cum naturæ suæ proportionalis est, non calidus & humidus, ueluti quamplurimos aberrãtes uidimus, uiuaq́; hominum uoce intelleximus, (nisi reliquorum respectu, non simpliciter, dixerimus) sed temperatus: id quod de uere quoque à Galeno, cui Princeps assentit, disputatum est. Huius uero sanguis intemperatus est, ad humidiusq́; magis quàm calidius decliuis, ac per hoc putredini uehementer obnoxius: tam eius, quàm Philosophi quoque, & Principis testimonio. Ideoq́; carnosus est, molliorq́;, & calidior) quum sanus est, temperato, colorq́; (ut scitis) ex albo & rubro commistus est: facillimeq́;, ac sæpius à morbis putridis corripi consuetus: quæ calidioris esse humidiorisq́; habitus indicia, ex Galeno, uel medicinæ candidatis liquet: utriusque enim principij, cordis inquam iocinorisq́; temperaturis in unum conuenientibus (ut idem ait) totum exquisite secundum il-

Li. 1. de natura hominis, cō. 35.

1. de tēp. 4. Secunda. 1. doc. 2. sum. 1. cap. 3. post pr. Vide. 2. ar. me. 41. 49.

2. art. med. tex. 64.

Ibidē text. 48. & 57.

las afficitur corpus. Est autem huiusce spectabilis cor calidius humidiusq; secundum primigeniam ipsius naturam. Id quod thoracis amplitudo, respirationisq; magnitudo indicant: quin expirationes (ut obseruaui) maiores ueloci oresq; inspirationibus: ut humidior esse quàm calidior indigitetur: qua ratione pulsus quoque magni, ac molles cum sint, uelocesq;, & frequentes, systolen depreßionem'ue eleuatione uelociorem habent. Haudquaquam uero cerebrum temperatum fere suis indicijs apparens, thoracis amplitudini resistere ualuit. pectus tamen pilis nudum non est, sed hispidum, quanuis nõ pluribus pilis coopertum. Ad actiones autem obeundas homo promptus (utinam uero piger potius, frigidiq; cordis extitisset, haudquaquam enim uulneratus, ad hastiludium reuersus esset) qui quidem tametsi ad irã pronus aliquãdo est, ferociore tamen animo non existit, sed mitior, et qui facile sedari queat. Totum denique corpus (uti prædiximus) mollius, humidiusq; (cum minime iecur impediat) tactu percipitur, temperatoq; calidius. Eiusdem nanque naturæ iecur esse (Galeni quoque dogmatibus) cognouimus, ex uenarum amplitudine, cum mollitie, sanguinisq; abundantia, cuius aßidue putrefacti tenuior pars in bilim cõuersa mistaq; uel tota uel eius portio remanens, picrocholum quoque nuncupari causa est. Vtriusque autem uisceris temperamento, febre putrida, quauis ex leuißima causa, correptũ esse, manifesta ratione,

Vt ibid. ex tex. 35. 36. 39. & 41. colligitur.

Ibid. t. 44. 47. & 49.

(præter quotidianum experimentum, quod multos nobis aureos perhibuit) comprobatur. Notes quæso ueram ipsius temperamẽti descriptionem ab ingenio so Ioanne Baptista positam: quam quidẽ ego quoque Philippus illi, discipulus adhuc existens, olim familiaris & amicus, exacteq; illud noscens affirmo. Quinimmo (dij nos adiuuẽt illustrißime Doctorum tutáne) eo mense pluries hominem conspiciens adeo uultum eius mutatum, quasiq; ad liuidum colorem decliuem, cõtemplabar: ut putridæ febri (cui frequenter obnoxium cognoueram) propinquißimum, citóq; ægrotaturum mecũ ipse iudicarim. Quãquam Hypsea cæcior impudẽtißimusq; nouus Thessalus, Iliensium instar tragœdos conducens, medium in hominum specie (ut σύμμετρον cum Galeno, Latine uero quadratum nuncupemus) existimarit. Viua nanque uoce mihi syncretismum simulans, perfectißimam hominis temperaturam existimasse retulit: qua quidem & nobis fidenter ostensa, ueluti mus gustata pice timidulus euasit: caputq; tandem sine lingua: donec septima noctis hora, quinto kalendas Nouembris, à Virgineo partu, 1540. diui Simonis festo celebrando, instar Dædali pennas sibi compingens, manus nostras euaserit. Verum de his nunc obiter. Ad facundißimi ergo præceptoris nostri sermonem conuertamur, sic præterea pergentis. Nec omittenda est, pro exacta morbi, causarumq;, & præsidiorum admouendorum notitia, ipsius ægrotantis particu=

1. de temp. 6. post pr.

Propria natura habitusque seu propriæ conditiones ægroti.

laris natura, propriusq́; habitus, atque cõditio. Haud enim satis est, calidum humidumq́; ipsius temperamẽtum esse, uerum abditas quoque proprietates omnes cognouisse necessum est, prout ex Galeno, Celsoq́; collegimus. Quemadmodum enim fieri non potest (ipsomet Medicorum imperatore nonnunquam testante) ut unum calopodium ad omnes homines sutor accommodet: ita nec medicus unam omnibus uitæ speciem quæ conducat, adaptare potest. siquidem curatur homo non communis, generalisq́;, sed nostrum quisque. Ex Hippocratis ergo physiologia, tum Plato, tum Aristoteles, Chrysippus, Stoiciq́; ac ferme reliqui omnes sapientiæ professores (eodem referente) ostendunt, nemini fas esse morbos commode curare, qui corporis uniuersi naturam non perspexerit. Cognita uero (Philosopho etiam teste) bona corporis habitudine, ea quæ faciant ipsam cognoscuntur: ueluti ex his eadem innotescit. Quæ quidem omnia inuenire promptum non est, sed & hoc (ut Galeni uerbis utar) exercitato homine indiget: qui tum per rationis exercitium, tum per multam & assiduam affectionis ægrorum inspectionem ea cognoscat. proprietates enim aliquæ quidem omnino dici non possunt: quædam uero ægre circa ægrotantia corpora ostendi queunt: ut pote quæ tantum ijs, qui eas sæpe uiderunt, cognitæ existant. Abdita igitur

In proœ. 1. libri. 7. meth. 6. uersus fi. 1. de mor. uulga. cõ. 3. in pr. 1. pdic. cõ. 5. 3. metho. 7. 2. de rõne uict. acut. 36. 1. ad Glauc. in princ. & sæpe. 9. met. 16. & 5. salubrium, uersus finem. 3. meth. 7. 1. met. ca. 2. uersus fin. 5. ethico. 1.

2. de cõpo. me. fm loc. post prin.

huiusce spectabilis conditio mihi iam pluries curanti nulla patefacta est: præter ipsius laxum habitum, effœminatumq́; , & perfacile difflabilem: adeo ut, leuißima quauis ex causa, uires eius prompte succumbant præsertimq́; crurium, ac tibiarum, ut quolibet etiam ex minimo labore incessu'ue pedestri facto lassus extemplo quietem, sedem'ue, aut equum efflagitet. Quamobrem Neapoli quoque olim degẽs minimum ob hulcusculum (defluentibus ad imbecilliorem partem succis) in tibia factum (prout ab ipso met audiuimus) parũ defuit, quin ad sphacelon peruerteretur. Quæ sedis etiam affectæ dispositio (quã floccipendere, Galeni quoque documentis, neutiquam debemus: oculum nanque, aut corpus curaturi, uel Philosopho docente, cognoscere ipsum debent) quam promptam imminentemq́; minitetur (ut in se est) ruinam, lippis etiam & tonsoribus liquet. Cuius etiam affecti loci temperiem uniuersi corporis naturæ conformem, compositionemq́;, & partium unitatem, quæ omnia præcognouisse necessum est, itemq́; actionem, & usum: omisisse in præsentiarum, ueluti uobis omnibus liquidum, breuitatis causa decreuimus. Quibus omnibus perpensis, iudicio saltem coniecturatiuo ueritati (secundum Galenum) proximo, affectus quantitatem pernoscemus. ueritati inquam proximo. Etenim exquisita penitus ueritas in pluribus haberi nequit. Ipsum nanque ad unguem certum nec scribi omnino potest, nec dici: ueluti certa

Sedes affecta.
1. de lo. aff. 1. de cõpos. med. fm lo. circa pr. de consti. art. med. & sæpissime in lib. metho. 1. ethi. c. 17.

1. aphor. 12. 3. de lo. aff. 3. post me. 1. de crisi. c. 5. in prin. et sæpe.

quorumcunque quantitas (eodem autore) existit. Quadere si cuiusque priuatim naturam explorare ad unguem (ut idem ait) scirem, utique qualem fuisse Æsculapium mente cōcipio, talem me esse putarem. Sed quoniam id fieri non potest, certe ut quoad homini licet quàm proxime accedam, tum ipse me exercere decreui, tum alios, ut idem faciant, adhortor. Compertum uero cuncti habemus, praecedentem uictus rationem, ut antea tetigimus, perpendentes: praeter caetera sui temperamenti, tum communis, tum proprij indicia, cacochymiam in eo corruptionemq́; , nedum succorum prauitatem existere. adeo ut prauo sanguine alimentóue utentibus membris, uitiari naturale temperamentum proculdubio necessarium sit. Quater enim aut quinquies (ut minus) in hebdomada symposium domi suae paratum est. Interdum uero à caeteris patricijs, illustribusq́; uiris ipsum magnopere adamantibus conuiua (ut in unum omnes conuenirent equites dignum aliquod exercitium agentes) effectus est. Adeo ut ueluti nulla dies ab Apelle sine linea praeteribat, sic quoque delicate, prae delicijs, perpetim, aßidueq́; facta nobilium uirorum symposia, praeter ipsum ferè nulla erant. Heros enim adeo illustris est, dulcis, & probus: ut nulli displicere uocitium (perinde ac in alijs quoque omnibus negocijs) decreuerit. Vobis itaque librandum omitto, quos humores quamúe putredinem, talibus, tantisq́; , & uarij, & exordinatis, ac supra modum ferculis

3. meth. 3. & 7. & 9. 15. primi ad Glauco. 8. circa fi. & libello, de Exercitio paruae pilae in fine.

3. meth. 7.

Victus praecedēs

(uel impellentibus, uti mos est, socijs) corpus eius aceruarit. In hoc præsertim anni tempore, cœliq; statu, corpora nostra (ut sentitis) quin & uestes mirum in modum assante, regione quoque hac calida, & ferè exusta. Itemq; & motu, & quiete præter modum, ordinemq; factis. ubi enim quiescendum potius fuerat (à cibo inquã) uiolẽte motus est: ubi uero mouendũ erat exercẽdumq;, quiescebat. Noctu quoque, propter ludos, aliaq; diuerticula, familiaria'ue negotia uigilãs, diu uero nonnunquã dormiens fuit. pluribus interdum curis occupatus: minusq; in dies excrementa deijciens, quàm pro copia ingesti cibi opportunũ sit. Verumenimuero, quod omnium principalißimum est, ad uirium inquam robur conuertamur. id enim præ cæteris aduertendum, ac semper (uti Celsus ait) seruandum est, ut ægri uires subinde aßidens Medicus inspiciat: cum natura morborũ prima (Galeni Hippocratisq; testimonio) medicatrix sit: ex ea nanque (Galenus ait) totum negotiun dependet: eiusq; robur solummodo morbos profigat (quanquam delirus ille Asclepiades, alijq; nonpauci) eodem enarrante (id negarint) quadere ab u sumitur præcipua curandi intentio, pro custodia uitæ: quando uiuere nobis ex earum custodia consta. Medicus uero naturæ ipsius minister (si perfectus est) nuncupatur, qui quidem ab hac, ualida si fuerit, nedum sanitatis spem, sed curandi quoque, uauandiq; intentiones: Sin uero debilis, atque exoleta, mortis

Anni tempus. Cœli status. Regio. Motus et quies. Somnus & uigilia. Animi affectus. Inanitio & repletio. Virium robur.

3. li. ca. 4. 6. epid. cõ. 5. text. l. 3. meth. 3. in pr. 3. art. med. 29. & 48. & sæpe. Lib. de renib. aff. ca. 4. & 5. 3. de crisi. cap. 8. 9. meth. capi. 10. 13. 3. art. medi. 29.

aliquando prænuntiationem, ac pro hoc deploratos omittendi intentionem assumet. Ipsaq; sola (uel inuito morbo) alimoniam clamitante. quum casus uirtutem deijciunt, quicunque morbus sit, cibum extemplo adhibendum præcipit. Medicos licet adeo peritos minime uiderit Hippocrates: qui ut oportet dignouerint eas, quæ in morbis cõtingunt, uirium infirmitates. quarum quidem inuenire quantitatẽ tametsi impoßibile (si exquisite inquirimus) est: posse tamen nos artificiosa quadam coniectura ad ueritatem proxime accedere, neminem inficias ire Galenus asserit. Agnoscemus ergo uitalis roboris fortitudinem imbecillitatemq;, uel sub primo statim ingressu, ex pulsu præcipue: quem profecto nobis paulo ante palpantibus, comprimentibusq; debilem, neque ut oporteret tactui resistentem (uenenosa iam materia eam deijciente) offendimus. Naturalis nutritoriæ'ue facultatis constantiam, atque debilitatem, ex concoctionibus: quæ suis quidem, præ cæteris, excrementis indigitantur. Quibus porro tum lotio (inquam) tum deiectionibus perpensis, nullum uictoriæ antesignanum reperimus. Quin oppositum potius (uel inuitis nobis) proindeac in ipso etiam cruris hulcere recrudescente inuentum est. Quas ob res, priusquam ad curandi reparandi'ue intentiones descendamus: ad prognostica prius (quanquã inuitus, plurimaq; mœstitia affectus) peruenire

1. ad Glauco. 8. uersus finem.
8. metho. 3.
9. eiusd. 7.
1. aph. 3. 4.
9. 2. de rõ. uic. ac. 36.
45. li. de rẽ nũ digest. & cura, ca. 4.
1. de rõne uic. ac. 45.
10. meth. 3. uersus fin. & 5. & 1. aphor. 9.
2. de rõne ui. in mor. acut. text. 47.
1. aph. com. 12. cir. pr.

Progno= stica. impellor. Medicum nanque uti prouidentia (perinde ac Hippocrati, Galenoq; enarranti uisum est) optimum fuerit. Ita enim uel curationem optime moliemur prænoscendo futuras affectiones: uel fieri quum non poßit ut omnes in sanitatem ægri perducantur: malaq; omnia à medicina superentur, (id enim melius foret, quàm præsentire futura) idipsum utilitatis consequemur, ut postquam ijsdem supradictis symptomatibus deplorandum iudicaremus: coniecturis inquam signisq; omnibus consideratis, prout in singulis singula relata sunt: secundũ impetum præcipue suum, atque etiam temporis conditionem: inter se inuicem cunctis librando cõparatis, atque eorum uiribus perpensis. (quæ quidem, quia non discipulis enucleare, sed nobiscum doctoribus, celerius cuncta perpendentibus, quàm exprimi à me queant, loqui occeperam: Minutius enarrare tædiose non aggrediar.) Ni è magnatibus huiusce urbis esset, iuxta ueterum decreta, omitteremus: ne euentus tandem rei nostro ascribatur errori, atque insontibus remedijs, quæ multos adiuuare consueuerunt, infamia paretur. Quoniam uero uir magni momẽti est, ac nobis (quod maius est) adstrictißimus amicus, nec omnifariam desperatus, coniecturis, signisq; medicorum cunctis non perpetuo, sed magna potius ex parte uerum indigitantibus. acutorum nanque morborum non omnino certæ sunt prognosticationes salutis aut mortis. præsertim quia putridus hic morbus,

1. pgnostic. tex. 1. Ibidẽ, text. 3. & 1. topicorum, 2. Lib. de ar. post prin.

3. pgnosti. tex. 39. ibidem 35. ibidem 38. Ibidẽ 37.

Vt 1. aphocõ. 8. & 2. 29. 11. met. ca. 9. in fi. & 12. 3. in me. Hipp. lib. de arte. Cels. 5. 26. Pau. 3. 10: in fi. Mes. in pr. grabadin. Alexan. cõ. de sec. com. 2. circa med. 2. apho. 19.

tam corpori quàm cruri tibiǽue proportionalis, congruésq́;, (uelut antea tetigimus) minus periculosus, cum faciliori ex causa producatur, ab Hippocrate atque Galeno præscriptus est. Corpusq́; etiam omne æque calidum molleq́; existit: nec adeo graue, ut pessimum cubandi modum, cruribus uidelicet manibusq́; extensis, supinum iaceat. quin leue resurgendo, tum brachijs, tum altero insalubriq́; crure existens, nunc in dextrum nunc in sinistrum latus, eadem cum ceruice paulum reducta sæpicule habens, bene ualentium instar cubare offenditur: tametsi spirando non adeo facile est, quin crebrior magnusq́; spiritus existens, inflammationem supra septum defatigantem prænuntiat, sudorq́; (ut uidetis) circa caput tantummodo, uultum, & ceruicem emanans: tam & si calidus, acerrimi tamen pessimeq́; olentis odoris est. Hypochondria uero, dolore penitus uacātia, molliaq́;, & tumore tam dextra, quàm sinistra parte æqualia (quāuis exurens ueluti flamma dextram tangentibus occurrat) somnus quoque placidus, quo hac nocte detētus est, iuuasse potius quàm læsisse ad octauam usque horam (uel ipsomet ægroto cōfirmante) uisus est. Mente demum constare, beneq́; se habere ad illa quæ offeruntur, quantum in ipso est hoc aliquid, bonum est, ut spem timori admistam, quæ bonum aliquod ostendentia indicia prænarrata sunt, nobis exhibeant. Nullis præcipue ad hanc usque horam extreme perniciosis desperatisq́; oblatis. Celsoq́;, ac

2. aph. 34. 2. pgno. 5. Ibidem 7. & 1. 14. Ibidē 6, 2. & 1. 13.

1. pgn. 24. Ibidē 26. ibidem 27.

Ibidē 2. 11. et 2. aphorism. 1. 2. aph. 33.

Lib. 5. cap. 26. sec. 26. in fine.

Tertia. 4. tr. 1. ca. 16. in prin. 2. ad Glauco. 10.

Principe sic (præter Galenum. cuius monumenta transcripsit) de gangræna testantibus: quod dum in principio perseuerat speratur quod sanetur: eius enim mali exordium, curationem recipit. præmisso igitur iterum prognostico, ad perniciem imminentemq; iam desperationem decliuiori, quam hoc mane solus expresserim: idq; magis ut abolitionis crimine (Galeni præcepto) uendicemur: ad ea quæ dogmatice à uetustioribus præcipiuntur, ocyßime (quoniam occasio præceps est) accingamur. A medicorum imperatore pro gangræna curanda exordium sumentes. Curatur enim, inquit ipse (quem deinceps, & Græci, & Arabes comprobarunt) euacuantibus nobis quam possumus multum sanguinis, qui in membro patiente compingitur: cuius causa fiunt mortificationes: ob id quod arteriæ ex angustia loci nequeunt se attollere: reliquo autem transpirationes exhibere. Aut igitur cutim plurimis scarificationibos altisq; incidere oportet (ubi uidelicet putrescere incipit, cui scarificationes dũtaxat, simplicesq; cutis incisuræ sufficiunt,) aut eam totam, unà cum subiecta substantia carne ue multis sectionibus profundis discindere (quum uidelicet maius uitium totam carnem occupans, ad carnem usque perueniat) cui quidem affectui hirundines quoque (ipsius Principis testimonio) admouere licet. Sanguinem uero manare permittens, imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentia utilibus: cuiusmodi est ex

1. pgno. cõ. 4. in pr. li. de cõst. art. me. ca. 16. et 12. meth. cap. 3.

Curatio futura.

2. ad Glauco. 10.

Tertia. 4. tr. 1. ca. 16.

oxymelite farina orobi uel lolij : pluraque tum ab ipso medicorum Spirarcho, tum ab alijs posita sunt. nostro tamen casui, orobi, lolijq; & fabarum farinæ, necnō aristolochiæ rotundæ ex oxymelite, adiectáq; interim salis portiuncula, idoneæ sunt, ab irrigatione scalpellati loci ex lupinorum amarorum in marina decocto facta. Circunstantes ne morbus ultro serpat, bolo armenico, terraq; lemnia, ex aceto, cum Principe leniendo. Quanuis autem & his fortiora præsidia ab autoribus prænarrata sint: animum nihilominus aduertere oportet ad ipsius ægrotantis (Galenomet autore) corpus: nam si rusticum fuerit, & natura durum, ualidißima desiderasset medicamenta. Laxum uero cum sit, mollesq;, & effœminatas carnes habēs, atque in ocio degere, magna ex parte consuetus, mollia non secus ac fœminæ pueriq; requirit medicamenta. Incendētem uero febrem, sua cū ualidißima siti, quā primum extinguere conemur: quoniā in acceßionis excrescentiǽue suæ uigore nunc est, hora ferè uigesima secunda, ubi maxima urget neceßitas (Celsi quoque adminiculo, Aetijq; quum serio ac propria ex opinione loquitur, quandoque ex philumeno aliàs, ad declinationē usque potu faciendam refrigerationem protelauit) hordeacea quidem aqua, ueluti practicantium cōmunis usus est, adiecta syrupi de acredine citri sesquiuncia: ut refrigerando quoque, succorum acrimoniæ, malignitatiq; resistamus. Simulac uires, temperamenti

Vbi supra.

2. ad Glauco. 10.

Li. 3. c. 6. in prin.
Li. 5. c. 71.
Ibidē. 120.

instauratione, quadantenus refocillare enitamur. Declinante uero febre, noctis hora circiter secunda, post admotas cordis ac iecinoris refrigerantes embrochas, epithemata'ue, (ut uulgo nuncupamus) atque omnibus notam rosaceo factam renum, iecorisq; inunctionem, ptisanæ cremorē propinabimus: quemadmodum leuiori adhuc (modo superis placeat) facto morbo: hora iterum septima, uel octaua, gallinacei pectoris contusum adiecto limonis succo (prout moris est) exhibebimus. Tenuiorem uero uictum adhibere non decet, tum quia casus uirium robur prosternunt, ex quo & illico & quouis in accessionis tempore (Galeni, Principisq;, & Aetij præcepto) cibus exhibendus est: tum etiam quia pluri cibo consuetus erat. Etenim cum gaudeat natura consuetis (Galeno cum Hippocrate autoribus) condonandum summopere consuetudini est. quæ uel secunda natura, uel ipsam naturam transmutans aliquando nuncupatur, quadere & consueta quanuis deteriora sint insuetis tamen minus molestare solent: consuetudinesq; ueluti naturæ etiam repente nequaquam mutandæ sunt. omne enim nimis, ut est naturæ inimicū, ita etiam consuetudini. Quam ob rem consuetus cum sit ciborum multitidini: parsimoniæ, tenuißimoq; uictui indulgere non poterit. corpore præsertim difflabili existente, ac symptomatibus uirtutem prosternētibus obruto. Crastina uero die, diluculo protinus atque ante solis ortum conueniamus. Interim chirur=

1. aph. cō. 9. 10. met. 3. uersus fi. & cap. 5. 5. li. ca. 90. Prima 4. tr. 1. cap. 9.
Consuetudo.
1. apho. 16. 17. com. 12. 2. reg. acu. 36. 3. met. 7. & 7. 6. 9. 16. & sæpe. 2. de temp. 4. 2. apho. 49. 50. 8. meth. 9. 2. de rōne ui. in mor. ac. a tex. 18. usque ad 35. indeq; usq; ad fin. quo modo sit recte transferenda. uid. 7. ethic. 14. lib. de memor. & remini. ca. 2. 1. physi. 71. & sæpissimæ. 2. apho. 51.

chirurgus noster qui astans remanet, ipsius hulceris assiduas perpetim alterationes obseruabit: renuntiaturus extemplo, si quid effatu dignum transmutationis conspexerit. Hæc sunt Collegæ celeberrimi, quæ mihi, pro uiribus, antiquorũ ueris methodis innixo, post hæc agenda uidentur. Quoniam uero ad hoc in unum conuocati sumus, ut quod uel à me, uel ab alio ignoratur, unus & item alter suppleat: Idcirco iterum atque iterum uos rogito, siquid præter hæc habetis, in medium omnino adducatis: ac si errorem fortasse quempiam nostris in dictis, factis'ue, uestrum quispiam aduerterit: æquo, promptoq; animo, ac detecta fronte, propalare non desistat. Haud enim ea regnat in nobis opinio, atque arrogantia (ubi præsertim de tanti Herois uita agitur, pro cuius utilitate, Hippocratem quoque nostræ medicinæ protoplastũ, simpliciter suum quandoque errorem confessum esse Cornelius testatur) uel melius loquentibus non cedere, uel doctiorum censuræ minimæ submitti. absit enim tanta nostris ab auribus nedum cerebro dementia. His itaque relatis, pluribusq; alijs, maxime de his quæ admota prius fuerant: quæ quidem omisisse decreuimus, quoniam prius enucleata iam à nobis sunt: ad pristinum è uestigio silentium reuersus est. Respondentes autem reliqui omnes, tum medici uulgo physici nuncupati, tum etiam chirurgi, sigillatim, quæ ab ipso prædicta sunt, absque discrimine comprobarunt. Victus ergo regimen, scalpellatio-

8. lib. cap. 4. post pr.

nemq́;,ac topica,perindeac ab eo propositum fuerat, exequuti sunt. Quibus quidem factis recesserunt: proponentes interim occidente iam phœbo,priusquã cibaretur,simul omnes reuersuros. Iterum uero & & tertio redeuntes,hora uidelicet prima noctis, talem tantamq́; huiusce affectus inobedientiam, rebellionemq́;,ac refractariã naturã (ob totius corporis, non dico secũdum uires pleuitudinem,sed Galeni nomine διαφθορὰν,latineq́; corruptionem)adeo ut cũcta præsidia derideret,negligeretq́;, ac medium deniq; illis unguem porrigeret:pgliscere igitur potius affecto ipsa cernebatur,ac magis in nigrum colorem uergere.Quo perspecto quamprimum nedum cutim, sed subiectam quoq; substantiam carnem'ue ad ossa usq; profundius disciderũt:quam quidẽ die, ob ægrotantis clamorem, plurimum adhuc affectam tibiam sentire indigitantem,non adeo inciserant, satis esse reputantes uniuersam cutim profunde scarificasse. Rursusq́; post multi craßiorisq́; sanguinis euacuationem,ad embrochas reuersi,ex amarorum lupinorum in aqua maris(prout antea quoq; fecerant)decocto: unguen(quod ægyptiacum uulgo appellant) ex flore æris,melleq́;, & alumine compositũ Principis descriptione:quæ ualidior quidẽ est quam Damascenus edocuit,admouerunt, adiecta nihilominus aceti portiuncula.prohibet nanq; medicamen id corrosionẽ(ueluti Princeps ait) & facit cadere illud quod putrefactum est,& seruat illud quod sequitur.Quorũ uerborũ sententiam,cum nonnihil difficultatis,ap

2.apho.cõ. 17.circa. fi.

Tertia.4. tr.1.ca,16.

parentisq; falsi in se occludere uideantur, in nostris in illum librum factis annotationibus uidere (ne sæpius idem repetamus) perfacile fuerit. prænarratum quoq; linimentum circunstantibus partibus imposuerunt. Deinceps autem & epithemata, et inunctiones principalium refrigeratiuæ, ac demum ptisanæ cremor exhibita sunt. propinquas autem uenas incidere (Principis dogmate) minime uisum est, perindeac neque hirudines admouere. Quoniam satis superq; uacuatam sanguinis superabundantiam, ac malignitate potius, quam multitudine membrum extingui liquebat. Sanguisugæ autē plurimæ uenenosæ, malignæq; reperiuntur, ne igitur afflictionem afflicto, equoue currenti calcar adiungerent, tutius esse ab illis abstinere, non temere iudicarunt. Superpōdiū uero esset singula, quæ (præter enarrata) pro corde, ac totius robore idonea, ipsiq; affectui aduersa propinata sunt, clysmataq; etiam opportuno sibi tempore suffusa. Ea nanq; duntaxat attigisse uoluimus, quæ quidem rudibus ignauisq; quibusdam medicis difficultatem enixa sunt. Verumenimuero tanta tyramnis huiusce affectus extitit, ut per totam noctem sensim morbus augeretur, donec mortis habitum tota contusa pars contraxerit. Quadere à gangræna in sphacelon, siderationem ue conuersio facta sit. Accedente igitur luce quarta, priusquam sol nostrum hemisphærium perlustrasset, sexies acerrimam bilim, & pallidā, & atram admistam utranque,

Ibidē cā. 6

neque non quibusdam rubeis großisq; teretibus emortuis tamen coniunctam olentißimamq; irritata natura eduxit: irritata inquam, haud enim iudicij, sed casus ratione: cum nulla inde leuitas, quin potius maior affectus exacerbatio oborta sit. Quas ob res conuocati & Medici & chirurgi omnes sunt. Sphacelumq;, pro Galeni ac reliquorum methodis curaturi, emortuam carnem ad uiuam usque frustillatim resecarunt; donec totum quod sensu priuatum prorsus erat, ablatum fuerit. Quin multis in locis, ex Cornelij quoque præcepto, sanæ partis aliquid recisum potius fuit, quàm ex ægra nonnihil dimitteretur. Quo perfecto opere, ob maiorem quippe securitatem, eam quæ ueluti quædam radix erat, sanæ parti adiunctam putredinem adurere decreuerunt: atque ubi quid emortuæ carnis residuum foret (impoßibile nanque est, aut sanè difficillimum nouacula totum abscindere quod sideratum est) igne consumere. Idcirco ab incisione quamprimum facta, ignitis pluribus (quorum aliqua magna, nonnulla uero parua erãt, iuxta Albucasis dogmata) ferreis instrumentis, omnem affectam partem exusserunt. dein uero nostro doctißimo Ioanne Baptista proponente, cæterisq; assentientibus, ad dimouendas crustas, simulq; (si quid praui remanserit) consumendum: Nicolai Florentini, ex priscorum quoque dogmate selectum medicamentum addidere, sic scribentis. Quod si ali- „ quid de dispositione praua, post cauterizationem, re „

2. ad Glauco. 10.

Lib. 7. ca. ult.

Lib. 1. suæ chirurgiæ, cap. 54.

sermone 7. sum. 1. cap. 31. uersus finem.

mansisse dubitaueris: abluatur omni dia locus, bis, uel ter cum aceto acuto calido: & post ablutionem superponatur emplastrum quod recipit, farinæ hordei, & mellis utriusque uncias sex, myrrhæ drachmas decem, & ouorum crudorum uitella numero quatuor. Id ergo, post cauteria, medicamen (cuius quidem uires rectificando sunt, crustas ad suppurationem, iuxta Galeni præcepta, perducendi) affecto loco imposuerunt. 2. ad Glauco. 10.

Duodecimus aduersorum error, de caustìcatione post incisionem in sphacelo facta.

Sed ecce in apes ignauum fucum insurgenem Thessalum, ac nos (ueluti Dares Entellum) irritātē. prius nanque ab emortuæ carnis incisione, uel Ægyptiacum, uel adurentia medicamēta (ignem frigidum ipse cum uulgo appellat) medicos addidisse, secum ipse fingens, summopere absurdum, nocuumq; ratus est, ut uel id duntaxat mortis causam extitisse comprobarit. Horum nanque alter ignis solummodo admouendus erat. Dein uero certe iam sciens ignito ferro combustionem cauteriumue extitisse, eandem quoque de illo sententiam prosecutus est: sui Principis uerba, negligenter tamen percepta in medium afferens, dum inquit. Et quando apparet putrefactio, non expellas cum incisione, & consum- Tertia. 4. tr. 1. ca. 16. tex. 10.

ptione, quoniam magnificatur malum. Intelligit autē per uerbum {consumptione} ipsam necessario causticationem. Quapropter paulo prius quoq; disiunctione utens, alterum fieri (si pars carnis incipit
xxi.9 corrumpi) iam præceperat. Ast negligenter inquam percepta Principis uerba sunt: ob annexã fortaßis ignorantiæ etiam auaritiam, ut qui nolit castigatum Bellunensis codicem uel emere, uel si emptum poßidet, conspicere, ac æquo animo perpendere. Dicit enim (prout rectius ex Arabico Bellunensis enarrauit) Et cum apparet putrefactio, non prætermittas incisionem: aliter enim magnificatur malum. cuius quidem dicti sententiam tempore suo latius, prout oportebit, ostendemus. Sin autem corruptæ quam correctæ (perindeac ipsius, huiusceq; farinæ reliquorum moris est) literæ confidat: eamq; ueluti antiquã & à cunctis doctoribus expositam admittat, consumptionis nomenclatura cum illis, causticationem à medicamentis factam intelligendo: Quis uel natura & cæcus & mutus, modo una sibi ratio superſit, nihil contra nos dixisse aperte non conspiciat? Eam enim quæ ignito, uel ferro, uel auro, aut id genus aliquo perficitur, una cum incisione fieri, ipsiusmet Thessali expositione condemnat. Morboq; huiusmodi per initia existente adhuc, affligereq; exordiente: de ipso nanq; loquitur: si pars carnis incipit corrumpi, & cum putrefactio apparet. Eo siquidem tempore doloris ab utroque in=

ducti uehementia, læsionem iuuamento longe maiorem inferret, præsertimq; incisione ad sanum usque facta. Medicamerta enim combustiua, hanc sectionem insequentia, præter dolorem cruciatumq; ingentem, quem inducerent, residuum quoque sanum quod circunstans est, ad corruptionem facillime disponerent. Nec enim quæ adurunt medicamenta, uenenosa quadam substantia prædita sunt. Cum uero magnificatur apostema in circuitu putrefacti: non'ne præmissa super incolumi parte polenta (quam sauich uocat) cum alterci cremore, ut ob ipsa probibeat repellatq; : deinceps quod putre iam est prius incidere, postea (Galeni adurere distinguens) uel igne, feruentiq; oleo (prout alibi dixerat) uel adurentibus etiam medicamentis, circunstantia cauterizare præcepit? ut abscissio quidem curando, exustio uero præseruando magis existat? Est enim hæc (ut inquit) curatio bona, & cum cautela, ex qua prouenit securitas. Ad græcos autem tutiores medicinæ autores conuersi, Paulum nostrum familiarem perlibrauimus: posita nanq; emortuæ carnis, qua sanam partem uicinam attingit, amputatione, sic tandem ait: Nonnulli uero ubi putridam partem præciderint, quo securius mali radicem euellant, candens ferramentum adigunt, exurutq;. Nec id tanquam ex aliena opinione dictum à Paulo, uel spretum tamen, uel reprobatum est: at ueluti ra-

2.ad Glauco. 10. 4. l. ca. 272

4. lib. c. 19

tione dignum præceptum à Galeno præpositum, (ab ipso licet fortaßis non expertum) admitti credendum

Lib.14.ca. 57. 2.ad Glauco.10.

proculdubio est. Ab Aetio tamen, absque ullo dubio, aliorumq; opinione comprobatum. Medicorum nanque imperator (cuius iam simia Paulus est) his hanc litem diremit. Etsi quando etiam putrefactam, atque emortuam partem abscideris: quo securius agas, his utere medicamentis, quæ scilicet antea præscripta iam fuerant: qualis Andronis, & Polyidis, & Pasionis pastillus est: ac tandem Musæ medicamen ad hæc aptißimum: naturam corporum simul attēdens, atque eius insuper partis quæ male affecta est: quædam enim sunt quæ citißime ad putredinem ueniunt (prout cacochymū huius spectabilis uniuersum corpus esse ostensum est) & satius erit, ob maiorem securitatem, quando abscindis, aut circuncidis, id quod iam putruit: eam quæ ueluti quædam radix est sanæ parti adiunctam adurere.

Decimustertius aduersorum error, circa numerum cauteriorum.

Sed quoniam impoßibile quidem est (uti medicorum Phœbus ait) imperitis inuenire medelam: Idcirco Thessalicæ ignorantiæ morbus in dies gliscere (illius instar sphaceli) non cessat. Nanque replicans fatuus hic Stentoreq; clamosior, adurētium ferrorū numerum (quem tamen ignorabat) superfluum ex=

1.de crisi. cap.4. uersus med.

titiße ait. Quosdam nanque quinquaginta dicere audiuit, nonnullos etiam sexaginta: quin & ipsum quoque Ioannem Baptistam numerum quasi maximum significare uolentem (ne adustionis defectus extitisse fortaßis ab aliquo existimetur) octoginta. Nonnunquam uero & mille (quasi iuxta quendam uulgarem loquendi modum eorum, qui magnum numerum indigitare cupiunt: ac pro maiori simiae caudatae confusione, derisioneq́;, pauca prius extitisse cauteria obijcientis) aliquando autem, & ab ipso, & ab alijs quoque non amplius iocose, at serio loquentibus neminem numerasse audiuimus. Quae proculdubio ueritas est. Quis enim auctor inuentus unquam est, qui certo haec numero perstringat: nisi uelut suus
" quoque Albucasis praecepit: igni cauteria multa, cla- Lib. 1. suae chirurgiae, cap. 54.
" uilia parua, & magna secundum quod illi conueniet
" loco, in quo est corrodens: deinde cauteriza ipsum ab
" omni parte, donec eradices corruptionem totam, &
" non remaneat ex ea aliquid penitus. Tot igitur admouerunt, quot loci dispositio exigebat. Idipsum nihilominus uerum est, quod circiter decem uel fortasse duodecim fuerunt: prout à quibusdam testibus eodem die operi astantibus audiui, talem numerum, aut paulo plus, minus'ue, coniectantibus. Quod uero cercopithecus ille subijcit, quinq; aut sex tantum superfluere: atque senarium qui excesserit numerum potius uirtutem, temperamentumq́; innatum destruxerit, quam roboret: Ridiculũ profecto uel suum dũ

4.1.ca.29. taxat Auicennam perpendentibus: illiusq́; uerba nostro casui applicantibus liquido apparebit. Tribus nanq; in casibus fortem cauterizationem concessit, adeo ut magna crusta fiat. Quum scilicet carnem corruptam proiicere intendimus: secundo ut sanguinis effluxus prohibeatur: ac demum tertio, ut ossis corruptionem destruamus. Quoniam uero iam tria hæc omnia simul aderant, præter hæc uero & sanguis effusus quam primum cauteria extinguebat: Ideo ad perficiendum opus, quamplurimis ignitis instrumentis eguerunt, quin eorum nonnulla extincta iam, igni rursus admota excandescentiaq́; repetebant. Quorũ tamen numerum (prout iureiurando confirmarunt) nullus est qui attenderit, quum præcipue dodecadactylõ interuallum exhulceratum deniq; fuerit. Eum ipsum duntaxat scopum attendentes, ut opportune ac pro ipsius corruptionis necessitate, & numerum, & uices cauteriorum (haud neglecta interim, quæ in omnibus prima semper est, ipsius facultatis tolerantia) admouerent. A manutigio uero deinceps expleto, uirium robori consulentes, pectus gallinacei caponis contusum (prout modernorũ omniũ practicantium in Italia usus est) multo limonum succo admistum propinarunt. Iterumq́;, hora iam duodecima, ad uisendos alios ægrotos accessere. Vespere autem bis ter'ue reuersis nullam adhuc, ad uigesimamquartam usq; horam, transmutationem effatu dignam ipso in crure factam esse apparuit. Quanuis incenden-

tis febris excrescentia ualidissima, à decimaseptima deinceps hora, cum extremorum (quod peius est) tepiditate, manuumq́;, colli, et alterius cruris inæquali dispersione, cæterisq́; (ob uniuersi corporis corruptionem, lethalibus perpetim symptomatibus munita non defuerint. Quamobrem & si ob adustionis corrupta corrigentis uim, pars ipsa affecta nullum peius ostenderet, quam ipso iam mane præsetulerat, febris tamen sæuior suis cũ perniciosis symptomatibus ad deterius continuo delabitur. Ex quo ad omnimodam desperationem proxime accedit, tametsi bis iam hora uigesimatertia spumosa quædam glutinosaq́; colore uiridia quibusdam nigris partibus admista, odoreq́; tandem fœtidißima deiecerat. Vrinaq́; turbulentior ad nigrum decliuis, pingue desuper natans araneorumq́; speciem referens habebat: sedimentumq́; subnigrum, porraceamq́; bilim, subputrisq́; odoris, duobus admistis uiuis adhuc teretibus, hora tenebrarum tertia euomit. A qua deinceps uomitione, genitale, testesq́; conuelli quadantenus (singula continuo obseruante, qui astabat, medico) exorsi sunt. Sudor uero uomitus uiolentia excitatus, circa caput tantummodo ac ceruicem frigidus emanare occepit: crebrior item spiritus, maiorq́; statim factus est. Somnoq́; deinceps destitutus magna ex parte: quod si paucula temporis intercapedine, difficili quodam somno, lædẽteq́; potius quàm iuuante, correptus extiterit, dentibus stridere, non consue

2. prognost. 4. 4. aphor. 48. 7. eiusdẽ. 1. et. 69. 1. prognost. 16.

2. prognost. 20. 21. 22.

Ibidẽ. 33. 35. 4. aphoris. 70.

Ibidẽ 39. 42.

ibidem 10. 1. eiusd. 26. 4. aphoris. 37. 42. 1. pgnost. 24.

2. pgnost. 11. & 12. 2. aphor. 1. 1. pgno. 21.

tus tamen à pueritia,(prout familiares eius compro babant) ſentiebatur. Hypochondriaq́; demum inten
Ibidē 27. *di, æqualiterq́; inflammari, ac ſummopere dolere inceperunt. Quæ quidē omnia ſymptomata, quam praua ſint, lethumq́; præſeferētia, Hippocratis progno*
Ibidē 22. *ſtica ſententiasq́; percurrentibus liquet. Luce uero ab ictu quinta, liuidum ſiccumq́; fieri hulcus cœpit, circunſtantesq́; partes ſideratio repens occupabat: adeo ut Auicennicorum more loquētes, eſthiomenon ingreſſum eſſe protulerint. Quoquidem perſpecto, maioremq́; oportere ſemper remedij, quàm ægritu-*
In prin. 4. libri. *dinis uim eſſe (prout Cappadox Aetius, Pauli teſtimonio, dixit) cōſiderato: inde fieri, ut curari affectus hic minime gentium poßit, (quod ſcilicet nulla ſuperior medicina inueniatur) concluſerunt. Reliquum igitur cum eſſet uniuerſam tibiam abſcindere, tantam uirium imbecillitatem inuenere, ut nedum partis inciſionem fieri poßibile non ſit, uirtutem ualidißimam requirentem: ſed nec ullum præterea præſidij genus effatu dignum ueſtigarent. Ob uirium nanque imbecillitatem, multoq́; hac minorem (cum patiens ipſe*
2. lib. ſuæ chirurgiæ, cap. 89. *incederet) Albucaſis cuiuſdam uiri manum trucidare pertimuit, quanuis ille ſponte adueniens id petierit. Sed utinam ea nunc pauca imbecillitas fuiſſet. Adeo igitur proſtratam inuenere, ut præter pulſus exilitatem, ſupinum cubare, manibus & cruribus extenſis diſtractisq́; ac deorſum ſubinde ad pedes delabi,*
1. ꝓgnoſti. 24. & 18. *ſiquis eum eleuare puluinaribus enixus eſſet, offen-*

derint. Hiantemq́;, & conniuentibus oculis, ut candidæ horum partes uniuersæ apparerent. quæ quidem superuenientia quoque symptomata, prænarratis lethi aduentum comprobantia (Hippocratis quoque testimonio) sunt. Adeo ut tanquam omnino deploratum, religiosisq́; omittendum condemnarent: illud interim lugubri uoce concinentes: Vna salus uictis nullam sperare salutem. Quibus quidem recedentibus, caput paulatim, manusq́;, ac pedes, frigida fieri, uentre nihilominus costisq́; calentibus, inceperunt, quin graue totum corpus adeo euasit, ut nedum ungues digitiq́; liuescerent, uerum & totum ipsum liuiditatem grauitati coniunctam ostenderet. Hora autem decimaseptima oculus alter altero minor factus est: amboq́; sponte illacrymantes, superiusq́; labrum, ac nares peruersæ sunt, à quibus statim symptomatibus nec uidere nec audire amplius hora circiter uigesima potuit. Pauloq́; deinceps è naso & ore emissus spiritus, frigidus euasit, quibus perceptis astans proximam esse mortem prænuntians, extēplo receßit. Miserabilis uero demum ad Iouis cœnam, eius quoq; die ab ictu quinto (sicut mortalium quoq; non paucorum sæpe uitam degens consueuerat) recedente iam phœbo, cōuiua nostro cunctorum luctu effectus est, cuius animam deus optimus maximus beare dignetur.

ibidem 15: Ibidem 17: Ibidem 11: & 6: aph: 52:

2. pgnosti: 4.7.aph.1: ibidē 7: & 8. pgnosti:

1: pgnostis 10.

4. aphoris. 49.

Decimusquartus aduersorum error de incidendi tempore.

Obijcit autẽ insanus ille Thessalus, quoniam tribus ante diebus tibiam incidisse circa ipsum articulum debuerat: Secunda igitur die faciundum erat. Cui proculdubio respondendum à nobis est, qui cum insanis insanire (Galeni etiam more) coacti sumus: longe tutißimum uel ab ictu extitisse, si priusquam ad ludum accederet, crus ipsum integrum prociderit. Aliàs autem sobrietati uicinior inquit die quarta amputandam particulam fuisse, cuiusdam ex accusatis medicis uerbo motus, quod scilicet eo die in ignẽ sancti Antonii esthiomenon'ue affectio conuersa sit: tunc igitur euestigio recidẽdum ense fuerat, ne pars syncera trahatur. Expedit enim (uti Redemptor humani generis præcipit) ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. recidendumq; inquit in ipso articulo. Emortuæ uero carnis tantummodo ablationem frustulatim facere, donec ad sanum perueniatur, superuacaneum penitus cẽsuit, perindeac si arenæ semina mandaret. Cui proculdubio & nos concedemus quarto die, quũ scilicet incisio combustioq; facta est, ne dum sensu omnino destitutam partem inuenisse, uerum circunstantes quoq; phlegmone affectas: ob quæ quidem duo dicemus: primum quod esthiomenon uocare possumus, modo inflammatio uiciniã occupet, quæ prius

1. de pot. natu. 15.

Matthei. c. 5. post. me.

non occuparit: tametsi eam nec gangræna, nec minus adhuc sideratio comprehenderit. Si ergo in altero significato nomen protulerit, hic uero Thessalus in alio accipiens sermonem redarguerit, non eum qui protulerit (Galeno teste) si uerum fateri uelimus, at suam potius existimationem redarguit. Modo enim serpat affectio, ac (uti Princeps etiam ait) perambulare incipiat, esthiomenon, pro ipsius quoque consuetudine, nuncupare possumus. Id quod, ut notius euadat, perambulare serpereúe Cornelii prius dicto propalemus ita scribentis. Caro in hulcere uel nigra uel liuida, sed sicca, & arida (hoc est emortua) proximaq́; cutis plerunque subnigris pustulis impletur. deinde ei proxima, uel pallida, uel liuida, fereq́; rugosa, sine sensu est: ulterior in inflammatione est: omniaq́; ea simul serpunt: hulcus in locum pustulosum, pustulæ in eum qui pallet, aut liuet: pallor aut liuor in id quod inflãmatum est: inflammatio in id quod integrum est, transit. Tunc ergo perambulare incipit, ac serpere, quum inflammatio (quod apostema Princeps nominare consueuit) in id quod integrum est transit. Atque idipsum (si recte deductoq́; liuore perpenderis) à Principe quoque innuitur dicente: Et cum eius corruptio incipit perambulare in membro, & apostematur quod est in circuitu corrupti, tunc dicitur totum accidens corrosio, siue, ut antiquior habet litera, esthiomenos. Modo igitur apostema uicinas partes obsidere inci-

1. apho. cõ. 14. ante me.

3. 4. tr. 1. c. 15. uers. fin.

Li. 5. c. 26. sec. 26.

piat, esthiomenos uocatur (interdum licet reliqua prius dicta ex ordine consequantur) quadere subiungit, & fortasse peruenit ad corruptionem.

Decimusquintus aduersorum error de incisione ad arctum semper facienda.

Cur itaque statim ethiomenon audiens, turbatus es impudentissime Thessale? dissectionemq; totius (ut secundum quoque dictum attingamus) ad iuncturam usque necessariam ratus es? Non'ne satis superq; erat, secundum Græcorum omnium, Latinorumq;, & Arabum methodos, non ad uiuam duntaxat, sed incolumem etiam usq; partem, quod affectũ est amputasse, igneq; tandem opus securius reddidisse? Quis cum serpere incipiat, totum abscindere in articulo membrum exprompsit? Principis autoritate motus es, quum ait. Et quum inciditur membrum quod putrefactum est, tunc oportet ut cauterizetur illud quod continet ipsum, membriq; incidendi nomi ne, totum quod ad arctum usq; extenditur, intellexisti. O insaniam fatuitatemq; maximam. Quis ẽ Principe sub conditione loquente, ad articulũ usq; amputationem colligeret? Nisi quum inciditur, uel si inciditur membrum, uicinas partes comburendum. Admirari mehercule hominis stultitiam cogor, uel pueris nota minime cognoscentis. perpẽdant enim totius medicinæ consultos, hi qui morionum quoq; capiti, fabu

latori

latore nugacißimoq; Thessalo patrocinātur: afferāt q;(si queūt) q hoc ipsū præceperint auctores: si nā que Galenū medius fidius inspexeris, suosq; sectato res, Paulū, Aetiūve, eodē profecto dicēdi charactere utētes cuncti, nō in iunctura: sed qua uicinam partē sanā attingit incidendum efflagitant. Deinceps ut securius agas, exustionem comprobarunt, quanquā Galenus alio in casu, Scorpionis. s. uel aspidis siue cuiuslibet uenenosi animali morsu, propter imminēs subitaneæ mortis piculū, substātia quadā spiritali transmissa, uel qualitate duntaxat alteratis cōsensu partibus, perindeac Pelopi, Galenoq; ipsius discipulo placuit, incisionē quo fieri modo protinus poßibile, magisq;, in promptu est, agendam extemplo cōmisit. Id enim opus in iunctura promptius uelocius q; fieri, uel coquis omnibus liquet. Si quoque Razem, maximum expertorem, perquirere malueris: nil præter id quod à Græcis scriptū est (corruptis licet non parum uoculis) offendimus. Sed quid est apud Principem, aut alium quempiā auctorem, quod eius uiri opinionem affirmet? Quanuis. n. incidēdum membrum, uel ipse, uel quiuis alter dixisset, duplex tamen esse membrorum genus neminē præterit. Simplex. n. uel organicū. Carnis igitur parte qualibet incisa, membrum incidi nuncupabimus. Si quoque tibiæ medietas, aut os ipsum diuidetur: eodē pacto membrum iam abscindi nominabimus. Ob id tamen ad iuncturam usq; intelligendum non est, nisi eorsum corruptio extendatur. Quin potius fa-

2. ad glauco. 10. 4. libri ca. 19. 14. libri ca. 57. 3. de locis affec. ca. 7. idē albuc. 2. suæ chirur. ca. 89.

13. contin. ca. 8. et. 10. litera. R. et 14. c. 4. R.

7. libri ca. ultimo.

cienda sic præcisio est (inquit Celsus) ut neque contra articulum id fiat. Sin uero totum etiam membrum, tam ipse Princeps, quàm cæteri omnes amputandum expreßissent: subaudiendum quidem omnino foret, totum ipsius, quod .s. sideratum corruptūq; fuerit, ad partem usq; sanam. Atq; idipsum proculdubio uerum est, ex sana potius parte nōnihil excidendum, quā ægræ portiuncula relinquatur. Nec aliud suis à chirurgiculis præceptum inuenio. Omnes .n. nonnisi ad sanum usq; amputandum præcipiunt, ueluti Albucasis, qui ne tangat serra locum sanum edocuit atq; in articulo dissectionem facit, quoties uidelicet ad ipsum iā corruptio puenerit. Itēq; Nicolaus Florentinus, Argellata, Gulielmus Placētinus, itemq; Guido de Cauliaco, Theodoricus, ac super Auicennæ uerbis ipse Dynus. idem quoq; affirmat Gordonius, Valescus de Taranta, & tandem cæteris iunior Ioannes de Vigo. Præcidendæ uero prius (ne modus quoque omittatur) corruptæ partes, & quæ sensu priuatæ iam sunt: dimißis omnino stuporē inducētibus (narcotica græci appellant) medicamentis: ne pnicioso affectui, ueluti currenti equo calcaria adiūgamus. Deinceps uero incolumē uersus, ordine quodā frustulatim procedendo, corruptum totū expurgabimus, expūgemusq;. sic .n. minus dolorificum opus fuerit. Terminusq; concidendi securius patebit. Qui (Principe teste) ibi existit ubi dolor fortior fuerit: quēadmodū ubi doloris quispiā sensus est, uiuæ carnis indiciū existit. Quoqui

2. lib. suæ chirurgiæ. cap. 89.

Sermone. 7. sum. 1. capi. 31. lib. 1. tra. 1 ca. 18. lib. 1. suæ chirurgiæ. ca. 58. in fi. tra. 6. doc. 1. cap. 8. lib. 3. cap. 10. 3. 4. tract. 1. c. 16. circa fi. parti. 1. ca. 19. rub. 4. lib. 7. c. 24 lib. 2. tra. 1. cap. 17.

4. 1. cap. 27

dem pfecto opere, exustione (quẽadmodũ prius quoque dictũ est) roborãdum. Nõnulli autẽ ignito ferro ad incidendum cõmodo, sectionem simul cõburendo perficiunt. Quod si totum ab arctu mẽbrum amputandum fore concesserimus: haudquaquã tamen euestigio simulac serpere morbus conspicitur, diro ense recidendum est: uerum ad ultimum protelandum fuerit. Tuncq; ad id puenire, uelimus nolimus omnino debuerimus: quum nulla prorsus in reliquis spes remãserit præsidiorum generibus. Si Princeps .n. musculi præcisionem, quantum poßibile est post ponendam uoluit, ob periculum duntaxat ne mẽbri motus pdatur. Multo mehercle magis totum articulum amputari differẽdũ, ob imminẽtis uicinæq; mortis timorẽ. Id .n. (uti Celsus ait) summo ẽt cũ piculo fit. Nã sæpe in ipso ope, uel profusione sanguinis, uel animi defectiõe moriuntur. ob hoc igitur, in eiusmodi casu primũ q aridũ est, et intẽtione quadã proximum quoq; locũ male habet (id q serpere affectũ indicat) usq; ad sanum corpus concidere præcepit. Dein uero et secundo, si nihilomagis malum cõstitit: uri id q est inter integrum ac uitiatum locũ debere. Quoniam uero solent nonnunquàm nihil omnia auxilia proficere: ac nihilominus serpere his cancer: Idcirco inter ea miserum, sed unicum tertium auxilium est, ut cætera pars corporis tuta sit, membrum quod paulatim emoritur, abscindere. Si ergo ipsum os præter superficiem putre

4.4. tra. 1. cap. 3. uersus finem.

7. lib. capi. ultimo.

lib. 4. capi. 26. sec. 29.

ſphacelatum'ue non eſt: cur incidere uiuam carnem ſuper altera oßis parte exiſtentem uoluerimus? Nõ ne præter ſanguinis effluxum, ob doloris uehementiam uirtus neceſſario ſuccumbet? præſertim ſi difflabile corpus eſt, atq; acutißimi ſenſus: opinandum nanq; illum noſcentibus proculdubio eſt, quouis tẽpore totius inciſio facta fuerit, præ chirurgorum operantium manibus obijſſe. Quid ſi proſtratam (uti prædiximus) uirtutem offenderimus? Abiecto ſiquidem quolibet præſidiorum genere, tanquàm deploratus diui Dominici fratribus dimittendus omnino fuit. Clament igitur hi rabulæ, ac tumultibus omnia compleant, qui cœlum terrasq; uociferando cõcutiunt: Galenum qui primus curandi methodum ab Hippocrate inceptam ſufficienter illuſtrauit, cæterosq; et græcos, et latinos, minime neglectis Arabum præcipuis (modo non ſint à nobilißimo Galeno, præter rationem, difformes) ad fatum uſq; ſectari certum eſt. Quo quidem ueluti ſtella, mihi Homero duce'ue, ueteris tibicinis exemplo, uel cum muſis ipſis audacter (Momo etiam iudice) certauero. Nec me mihi (Galeno Achate, ac potius Theſeo) ſicuti Marſyã aliquando detrahet Apollo. Suos uero, quos à prandio uel cœna machinantur canones: uti nec, quos ſibi domi pingunt, auctores uel uidere, uel audire dignabimur. aures.n. oculosq; cera pro his obſtructos poßidemus. Re præſertim pro ephebo illo inſanoq; Theſſalo, quiquidem à carceribus ad me

Vt ipſe met Galenus dicebat. 1. methodi. in fine.

tam errasse medicos, & auctoribus, & rationibus comprobare innumeris promiserat: ob quæ à spectabili Ptolemai, magno cum stipendio conductus, ut illius ueluti patronus, Panormitanos medicos, & Chirurgos ad mortem condẽnandos demonstraret: igneq́; dignos quotidie paradoxologus, suo in sterquilinio propalabat. A nobis uero quò ad tale honestißimum, quo ad nos, certamen, ne dum uocatus sed irritatus etiam, timuisse ait, ne ab his medicis proditione interficeretur. At quis uel elephantus uel acerrimus leo murem curaret? Spondentibus autem nobis Themistocle tutiorem nostros lares aduenturum, iuxta uulgatam à Pythagoricis (Philosopho teste) legem, quam quidem uiri omnes illustris animi obseruant: quanquàm (perinde ac Plato inquit) excusationes certamen minime admittat. Tandiu nihilominus distulit, adeoq́; cunctatus est: quousque tutam occasionem (illustrissimi inquàm Lichudiæ Marchionis, tunc temporis hoc in regno præsidentis, patrocinium, fotumq́;) sibi patrasset. Id quod ueluti laude dignum admittimus: præsertim cum tempore iam opportuno ad disputandum paratus accessisset. Sciscitantibus uero (prout moris est) quamplurimis, ad quid uenisset? Respondens quidem ait, ut accusatos medicos ad letum disputando pro domina Baronis genitrice perduxerim, præcipueq́; quoniã nescio quis Philippus est (sic.n. crispis superciliјs aiebat) qui me ad hanc prouinciam hortatum iam,

1. œconomicorum. ca. 4. lib. de republica. 6.

ſphacelatum'ue non eſt:cur incidere uiuam carnem ſuper altera oßis parte exiſtentem uoluerimus? Nõ ne præter ſanguinis effluxum,ob doloris uehementiam uirtus neceſſario ſuccumbet? præſertim ſi difflabile corpus eſt,atq; acutißimi ſenſus:opinandum nanq; illum noſcentibus proculdubio eſt,quouis tẽpore totius inciſio facta fuerit , præ chirurgorum operantium manibus obijſſe. Quid ſi proſtratam (uti prædiximus)uirtutem offenderimus? Abiecto ſiquidem quolibet præſidiorum genere,tanquàm deploratus diui Dominici fratribus dimittendus omnino fuit. Clament igitur hi rabulæ,ac tumultibus omnia compleant,qui cœlum terrasq; uociferando cõcutiunt:Galenum qui primus curandi methodum ab Hippocrate inceptam ſufficienter illuſtrauit, cæterosq; et græcos,et latinos,minime neglectis Arabum præcipuis(modo non ſint à nobilißimo Galeno,præter rationem,difformes) ad fatum uſq; ſectari certum eſt. Quo quidem ueluti ſtella,mihi Homero duce'ue,ueteris tibicinis exemplo,uel cum muſis ipſis audacter (Momo etiam iudice) certauero. Nec me mihi(Galeno Achate,ac potius Theſeo)ſicuti Marſyã aliquando detrahet Apollo. Suos uero, quos à prandio uel cœna machinantur canones : uti nec,quos ſibi domi pingunt,auctores uel uidere, uel audire dignabimur. aures.n. oculosq; cera pro his obſtructos poßidemus. Re præſertim pro ephebo illo inſanoq; Theſſalo,quiquidem à carceribus ad me

Vt ipſe met Galenus dicebat.1.methodi.in fine.

tam erraſſe medicos, & auctoribus, & rationibus comprobare innumeris promiſerat: ob quæ à ſpectabili Ptolemai, magno cum ſtipendio conductus, ut illius ueluti patronus, Panormitanos medicos, & Chirurgos ad mortem condẽnandos demonſtraret: igneq; dignos quotidie paradoxologus, ſuo in ſterquilinio propalabat. A nobis uero quò ad tale honeſtiſsimum, quo ad nos, certamen, ne dum uocatus ſed irritatus etiam, timuiſſe ait, ne ab his medicis proditione interficeretur. At quis uel elephantus uel acerrimus leo murem curaret? Spondentibus autem nobis Themiſtocle tutiorem noſtros lares aduenturum, iuxta uulgatam à Pythagoricis (Philoſopho teſte) legem, quam quidem uiri omnes illuſtris animi obſeruant: quanquàm (perinde ac Plato inquit) excuſationes certamen minime admittat. Tandiu nihilominus diſtulit, adeoq; cunctatus eſt: quouſque tutam occaſionem (illuſtriſsimi inquàm Lichudiæ Marchionis, tunc temporis hoc in regno præſidentis, patrocinium, fotumq;) ſibi patraſſet. Id quod ueluti laude dignum admittimus: præſertim cum tempore iam opportuno ad diſputandum paratus acceſſiſſet. Sciſcitantibus uero (prout moris eſt) quamplurimis, ad quid ueniſſet? Reſpondens quidem ait, ut accuſatos medicos ad letum diſputando pro domina Baronis genitrice perduxerim. præcipueq; quoniã neſcio quis Philippus eſt (ſic. n. criſpis ſupercilijs aiebat) qui me ad hanc prouinciam hortatum iam,

1. œconomicorum. ca. 4. lib. de republica. 6.

irritando calcaribus accelerauit. Huic ergo et me, & doctrinam meam, ut alias pertimeat, ostendam. Tumens itaq; et inflatus incedebat, ac per hoc (uti Philosophus testatur) dementiam simul & ignorantiam ostendens, holosericisq́;, ac magna comitāte caterua, se ex tribus (uti Philosophi uerbo utar) elenchice fingens, canina quadam facundia, & caudices & libros, paragraphos, atq; capita, sic scribens prius: dein coram strabonibus, uulgaribusq́; quibuslibet, per plateas adducebat, ac ψεύδόπυρα (ueluti græcorum paræmia est) ostendere cupiens, seipsum adeo iactitabat: ut liuorem prius, deinceps et inscitiam, et gerras, cuiuis ēt inerudito facillime præsetulerit: nō secus etiam hercle quàm ueteres principiorum unitatem opinantes, testimonia, & coniecturas indiciáue, quæ nullius sunt (Hippocratis testimonio) momenti afferens. Qui quæ uult, dicit operaturq́;, ea que non uult audiet. Hominem denuo intus & in cute nouimus, Calliphanes alter est Parabrycontes: quem Thessalum quoq; interdum nuncupare consueuimus. Vt qui præ cæteris Thessali moribus, medicos chirurgosq́; reddere perfectos (ueluti ipse non est, neq; fore unquàm sperat) sex mensibus promittat. Scimus.n. cui Pergulēsis logiculā, atq; una Principis arabum librum medicinæ primū inceperit. Id quod nihilominus absurdum simul & difficile Peripateticorum summus reputauit, scientiam scilicet ac modum sciendi copulatim inqui=

4. ethicorum. 10. 1. elenchorum circa principia.

lib. 1. de natura hominis tex. 2.

2. metaphy. tex. 5.

rere. Infixo tamen aculeo uelut apis effugit. Facile quidem est post terga linguam exerere, sannasq; propalare: pedē uero sistere, hoc opus hic labor est. Verūenimuero ò insane deridēdeq; Thessale, quem cruce magis dignū te ipso, in errādo, existimas (si tū ob inscitiā puniēdus aliquādo medicus esset) Perpēdamus ergo, et ab Auerroe exordiētes, quoniā cum Barbaris loquimur, ostēdamus prius medicū nō esse obligatū ad sanādū, at potius ad faciēdū illud, q̄ potest fieri recte. s. canoniceq; procedēdū, tū, in q̄titate, tū in tēpore cōueniēti (id. n. satis est) fieri cū nō poßit, ut omnes in sanitatē ægri p̄ducātur (ueluti diuinior auctor Hippocrates determinauit, Aristotelesq; philosophorū spirarchus affirmat) Recte autē methodiceq; in omnibus procedere, nōnullū in se (apud mortales) errorē necessario copulat: difficile nāq; est (homo cū sit) nō oberrare à multis, de Archigene Galenus asserebat. Quinimo, nūq̄ hallucinari ultra captū hominis est, sed q̄ miminime aberrare solius artificis. Nemo nāq; mortalium omnibus horis sapit, ueluti uulgata Plynii sentētia refertur Medicus ergo optimus p̄fectusq; simpliciter dictus, cui nihil (auctore philosopho) deest, nullibi unq̄ reptus est: si nanq; ullum cōfiteri cogamur: hunc uel Aesculapium (quem omnium Galenus optimum concepisse, ac diuinum potius quàm humanum innuit: ut qui cuiusq; priuatim naturam ad unguem pernouerit) uel Hippocratē, aut Galenum deniq; ipsum extitisse pronūtiabimus. Inq̄t autē ad Democritū scribēs

1. colli. ca. 1. circa prīcipia.

1. progno. tex. 3. et libro de arte post princ. 1. topicorū 2. circa fine. 2. de cōpositione medi. sm loc. capi. 1. sec. 8.

3. progno. sti. 41.

7. lib. capi. 40.

5. meta. 21 3. metho. 7.

Hippocrates:nemo hanc artem penitus nouit. Nam nec ego ad ſummum artis perueni, quanuis ſenex iam ſim:nec ipſe huius inuentor Æſculapius. Nam & ipſe in multis recantauit. Quamobrem & Hippocrates met in cranei ſuturis, quas fracturas eſſe nonnunquàm opinatus eſt, & Galenus in proprio coli dolore: More ſcilicet magnorum uirorum (ut Celſi uerbis utar) deceptos eſſe confiteri minime uerentur. pluraq́; iam ignorare Galenus non ſemel exprompſit. Sin autem perfectum intellexerimus medicum, non ſimpliciter, ſed cui nihil (quoad homini licet, humaniſq́; uiribus permittitur) deſit: hic profecto (tametſi perpauci adhuc huiuſce farinæ, Galeno etiam comprobante, ſunt) quamuis raro: aliquando tamen aberrat. Idipſum nihilominus uerum eſt, eum eſſe inter medicos perfectiorem nuncupandum, qui quidem longe rarius à ſcopo deficiat. Quadere Peripaticorum quoque princeps ait, facile quidem aberrare, difficile autem eo ad quod intendas potiri. Sed quid eſt quod tantopere admiremur? ſi quando in coniecturali arte defectus errataq́; reperta ſint? cum in naturæ operibus, quæ nequaquã errantis potius intelligentiæ ſunt, nonnunquã etiã monſtra, defectuſq́; uel errores quàm plurimi (Ariſtotelis atq; etiam Galeni, præter experimentum, teſtimonio) contingant? longe igitur aptius, atq; decliuius in arte longa, breui noſtræ uitæ ſpatio requiſita, præcipiti occaſione, iudicioq́; hominum diffici-

lib. de fractura Cranei.
2. de locis affe. ſ m antiq. diuiſionem ca. ul.
8. libri. c. 4

2. de rõne uic. acu. 37 & lib. quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi ante medi.
2. aphoriſ. com. 19. in fine.
3. progno. 41. et. t. eius de. n. com.
4. uerſ. finem.
2. ethicorũ 5. verſ. fin.
2. phyſic. tex. 82.
lib. de cõſt. art. med. c. 12. uerſ. fi.
15. de uſu partium. 7 et. 17. l. poſt medi.

li,cum experimento periculoso,longisq́;(cõtra Hippocratis intentionem)uerbis à medicorum turba nostris temporibus perscripta,ipsam naturam,uel ipsius naturæ uestigia recte operantis, pro uiribus æmulãte,obliqua, & extra rectitudinẽ facta eueni re possunt.ob interiorũ nãq; abditarũq́; causarum obscuritatẽ,materiæq́; præ cæteris fluxũ,ac nostri ingenii naturalẽ imbecillitatẽ, atq; imperfectionẽ, corporisq́; humani(circa ꝙ ars uersatur) momentaneam mobilitatem coniecturalis ars,non certa compertaq́;,nec sciẽtifica,medicina(Galeni testimonio) existit:coniecturæ autem ratio talis est(Celso Galenoq́; auctoribus)ut cum sæpius aliquando responderit,interdum tamen fallat nos: De his ergo medicorum Phœbus ait,Omnes artificiosæ in actionibus coniecturæ aliquando aberrant:similitudines enim, ut ipse inquit Hippocrates,non solum uulgares medicos:sed etiam eruditos aliquando decipiunt.Quãobrem Celsus quoq; ait. Neq; respondet ei plerũq; (cum ars coniecturalis sit)nec solum coniectura,sed etiam experientia,similitudoq́; non semper aliquid confert.Cuius autem rei non est certa notitia, eius opinio certum inuenire præsidium non potest, inde est,ꝙ non semper feriet quoscunq; minabitur arcus.Quasobres si perfecta quidem ars perpetuam in se ueritatem continere non potest : sed errorem sua in essentia commistum aliquando (prout inquã in nobis mortalibus existit) annectere comprobatũ

1.aphoris. primo.

Ars naturam imitatur recte operantem.

1. aphoris. com.2. & 5. eiusdem 32.4. met. 6. uers. fi. 2. physicorum.22.79 4. meta. 28.et sæpe. lib.2.ca.6. in fine : & in pro. 1. 3. de locis affe.c.3. 4.aphoris com. 2.circa,medi.

6. epidemiorum in fine.

in procœ: libri.1. post medi.

est: Medicus qui sæpißime ac triginta fere annis re ctißime operatus fuerit, semel tamen, aut bis fallatur, tantum abest ut culpandus sit, ut summopere laudandus, extollendusq́; tanquã rarißime inter medicos hallucinans fuerit. Idcirco etiã quãuis ex ignorantia nonnunquã medicus peccasset, haudquaquàm tamẽ ignarus dici potest, philosophorum spirarcho testante, aliud esse per ignorãtiã peccare, aliud uero ignorãtẽ esse. Esto igitur famosißimos celeberrimosq́; medicos, hac in curatione falsos (ut hic suis cũ asseclis opinatur) extitisse: qui tot annos (quẽadmodũ publica fama est) innumeras optimasq́; curationes gesserint, quid miri esset? qua pœna afficiẽdi multãdiq́; sunt? Quinimmo (ut ualidius omnia cõprobem, si crassa supinaúe (ut dicitur) ignorantia medico inesset: nulla tamen lex est (inquit historiarũ omnium, et græcarũ, et latinarũ peritißimus Plynius) quæ puniat inscitiã capitalẽ (ni uel à Zeleuco, uel ab Agrigẽtino Phalaride noua huiuscemodi quæpiã instituatur) nullũ exemplũ uindictæ, medicoq́; tantũ hominem occidisse summa impunitas est. Impunitas inquã si ob inscitiã interemerit: eos .n. medicos qui curãtes sponte suos ægrotos occiderint, morte plectẽdos esse nedũ diuina, sed humana lex cũ Platone sanciuit. Itaq; et canus ẽt Hippocrates inquit, soli medicæ arti nulla alia pœna in urbibus posita est, et irrogata, præterquã uitupatiõis infamiæúe. Medici ergo qui sæpißime recte curãtes, aliqñ tñ ac

3. ethicorũ cap. 3.

lib. 29. c. 1. uers. med.

lib. de legibus. 9. libello suo de lege.

rarissime aberrẽt, nedũ pœnas dare nullas debent uerũ nec aliquo pacto iniuste, ac temere infamandi sunt. Cũ artis nostræ cõiecturalis ea uis perpetuo sit (quẽadmodũ prædiximus) ut sæpius uerũ dicat, rectumq; operetur: quamraro tamen fallatur. Qua de re si nec ulla pœna doctis medicis (uel interdum deceptis) irrogata est: quid nam uis ineptißime nugator, cõtra insontes, celeberrimosq; doctores disputare? Quẽ putas horũ ab ingenuis, almisq;, et incorruptis iudicibus cõdẽnãdũ? Sin autẽ rudes atq; ignauißimos hos medicos audacter opinatus sis, quid nã aliud præter infamiã, cõtra ipsos, tuo cũ Theonino dente paraueris? uerum.n.uero illustrißime Marchionũ istius regni spirarche, q hic deridẽdus Thessalus effecerit, quæsimus intellige. Ratus nãq; secum ipse nouẽ medicis in iudiciũ accersitis infamiã dedecusue paraturum: Quo deinceps facto, ne dum solis his: sed quatuor quoq; aliis è primatibus medicis, eorum facta tuentibus, ignominia cõis fuerit. Quod si et his tredecim proculdubio principalibus iniuriã fecisset: absolute cũctis Panormitanis medicis magnũ dedecus impegisse, proferri potuerit. Iterum uero secum uoluens Panormum Regni caput esse: propterea conclusit, eũ qui medicos chirurgosq; omnes Panormitanos dedecore affecerit, ac disputãdo superit: cũctis ẽt Siculis medicis ignominiã induxisse Adeo ut tota in ista insula (siqdẽ Panormi desunt) nullus, præter ipsũ, cõprobãdus medicus inueniatur. Huius uero tã nefãdi piaculi cõisq;

infamiæ misertus: Necesse (inquit) est, ut unus moriatur pro populo. Totam igitur suis humeris infamiam dedecusq́; imposuit, tamq́; turpiter, maximoq́; cum dedecore, & omnibus pernota igmominia, hora noctis septima, ruente (ut ita dixerim) atq; innumeros in imbres conuerso toto cœlo, quin terrifico, admirabiliq́; (præter ingentem uentorum impetum) undiq; tonitruorum strepitu, inceptam iam ineptissimis, falsisq́;, & deridendis suis Theorematibus, disputationem, imperfectam, cunctis adhuc Paradoxa morantibus, dimittens, & uerba, & uela uentis dedit. Montibus igitur cepphoq; nonnunquàm parturientibus, ridiculus mus exortus est. At iam tempus est (Galeni more) ceu freno quodam equum ferocius currentem, ita & mensura sermonem ipsum ualide in contentiosis orationibus coercere. primo igitur huic nostro commentario colophonium imponamus, ad secundum transcendentes.

lib de theriaca ad Pisonem ante medi.

Primi libri Finis.

IATRAPOLOGIAE.

LIBER II.



IXI statim per initia, cādidißime Marchionum coryphæe, quod iam antea quoque oretenus obtuleră: prius qdē clypeo scutoue, deinceps uero ense atq; hastis, necnon & saxis, aduersantes contra mediculos usurum. persoluimus autem primum, quod iam spopondimus pensum, occasione tantisper nobis ad respondendum, gestaq; nostra tuendum permissa, quoad dulce sibi cor (ueluti ex Pindaro Philosophus recitat) et spes mortalium sibi multiplicem alat uoluntatem. At iam tempus est, ubi ad sequendum fenestra nobis aperta est, ac frigida equos nostros asperserunt: ad secundum (q. promisimus) conuerti. gloriati nāq; hi iactantesq;, quia cecidisse opinātur, quiescunt iam, Inq; uicem præbent crura sagittis, manticæ quod in tergo est interim haudquaquàm uidentes. Dii boni nolim horum inscitias, uecordiasq;, ac fatuitates detegere, ni tanta forem pietate, officioq; adstrictus, ut ueritati

2. œconomicorum circa finem.

non fauere nequeam. Pro huius nanq; tutela etiam propria impugnare oportet, præsertim philosophos (iuxta Aristotelis decreta) duobus.n. existentibus amicis pium quidem est ueritatem præhonorasse: cũ ipsius contemplatio, secundum scientiam, atq; sapiẽtiam, uera sit apud eundem beatitudo. Quis itaque ueritatis exquisitus indagator, aures horum multiloquio, nugisq; saburratus nobiscum insimul existẽs summo tædio non afficeretur? ac animo ringeretur, labrumq; non morderet? tot tantaq; nedum errata, sed deliria ab his prolata, & scripta percipiens? Atqui habet uel musca splenem, ac formicæ serphoq; bilis inest. Inuita igitur licet Minerua, quæ ab his dicuntur exordiemur: hoc ipso duntaxat præassumpto, quod lucelli cupidine spondente casca omphacizarunt.

1.ethicorũ. cap.7. 10. eiusdẽ cap.8.

Primus error præsertim seniorum doctis iuuenibus detrahentium.

Audi ergo præ cæteris, uiuum cadauer, cuius astaphis caluaria, antiquius cum sit, quàm Chaos: uiginti enim ferè festorum Iouis glandes comedit. Iuuenes itaque nos esse fatuus hic inquit, innuens ob hoc, & doctrina, & experientia inopes. Senioribus ergo ut expertis credite: iuxta illud, experto credite Ruberto. Adducitq; sæpenumero uulgatam illam rudium chimæram: ideo scilicet dæmonem multa scire, calli-

dumq; in omnibus esse, quia senex est. His igitur dictis uult suis insanis phantasmatibus fidem adhiberi. Sic (inquiens) est, credite mihi tanquàm seni & experto. Hoc uero se tutamine defendunt, armantq; reliqui etiam cuncti rudes, ignauiq; senes, doctioribus se peritioribusq; iuuenibus, nec respondere, nec obijcere ualentes: quo suis dementiis atq; socordiis uulgares libentius, quàm illorum ueritati lucubrationibus'ue applaudant, nullo fortasse in illis reperto, nec inuento errore: iuuenem tandem, eo nomenclaturæ accentu, crispis contractis'ue superciliis, leni fronte, extenso labello, naribusq; conuulsis appellitant: ac si iuuenis nomen latens in se conuicium ignorantiæ occludat. O miseram iuuentutem, ò uana iuuenum studia, ò labores irritos, ò inanes iuuenum lucubrationes, si solo ætatis processu unoque senii tempore, absq; studio, absq; labore, absque demum omni disputatione, uel exercitio, aut experimento, hominum genus et artem et sciẽtiam adipiscitur: adeo ut illis cum Fabio nostro Quintiliano gratulãdum sit, sine labore, sine ratione, sine disciplina disertis. Verumenimuero ab re nequaquàm fuerit, an senex an uero iuuenis doctior prudentiorq; existat, perpẽdere. Inexpertus enim iunior est (ut eorum dicta confirmemus, eorũ qui secundũ uitã sunt actuũ, q̃ de re (phil. auctore) politicæ nõ est proprius auditor.

2. oratoriarum instit. ca. 13. in fi.

1. ethicorum. 3.

In proœ. 1. metaph. et. 6. ethicorum. 8. et 13. lib. de spiritalibus uẽtosisq; flatibus circa princ. 10. ethicorum ulti.

Expertis uero magis credere (eodẽ quoq; teste) cõsueuimus. in his præsertim, quæcunq; manibus tractanda sunt (ut Hippocrates ait) Quãsobres, & philosophorum quoque spirarchus inquit: neq; medicos ex libris fieri, quanquam conantur illi non solum curas dicere, sed etiam modum per quem medicinã sit tradenda, & (ut conuenit) curare: cuiusq; distinguendo habitudines. At hæc expertis quidem uidentur utilia. Antiquioribus igitur, tum quia consũmati, ut sine cortice nare queãt (senescimus.n. sẽper multa addiscentes, atq; ætate prudentiores reddimur. Quare Pan deus hoc etiam iactantiæ genere se extollit, in Asino aureo, dicẽs: puella situla sum quidẽ rusticanus & opilio, sed senectutis prolixæ beneficio, multis experimentis instructus) tũ etiã quia ab animi affectibus longinquiores existunt: ueluti ab eodem quoque Philosophorum Protogymnasiarche scriptum est (anima nanque in sedendo, & quiescendo sciens fit, & prudens) confidendum procul dubio magis est. Neq; enim pueri possunt addiscere, neq; iudicant sensibus, similiter senioribus. Multa.n. turbatio circa hos & motus. Quin ita et motus & turbatio superuenit, ut cito amici fiant (eodem auctore) citoq; desistant, cumq; affectu uiuentes atq; (ut Flacci uerbo utar) iuuenãtes, id maxime sequuntur, quod sibi ipsis, commodiori neglecto, iucũdißimum est. Seniores uero stabiles firmiq; existentes: uoluptati commodum præponunt. Quãobrem

li. 5. Asini aurei Apuleii.

3. topicorũ 2. et. 7. physicorũ. 20.

8. ethicorum. 3.

obrem non temere ſenum prudentia ex prouerbio comprobatur. Id quod rationi quidem diſſonum non eſt: inquit enim philoſophorum princeps, ſapientiores ſunt ſenes iuuenibus, quia moderatiorem habent calorem. ex quo & ſobrij exiſtunt, magis quã iuuenes: ueluti etiam loca habitantes calida, his qui frigida colunt. Rationeq́; ſecunda deinceps idipſum comprobat, dicẽs, ſenes facti amplius intellectuualemus: quia natura parens, & omnium auctor duo nobis inſtrumenta exhibuit, quorum opera organis extraneis uti ualeremus, corpori quidem manum, animæ autem intellectum. Eſt .n. intellectus quoq; rebus à natura impartitis adnumerandus, uicem ſane gerẽs inſtrumenti. Quemadmodum igitur manu non iam inde ab ortu naturæ uti poſſumus, ſed quum eam natura abſoluit perfecitq́;: procedente nanq; ætate manus ſuum opus maxime efficere poteſt: ita etiam intellectus, quæ res naturalis eſt, non protinus, at in ſenectute maxime nobis contingens, atq; tunc potiſſimum conſummatur. perficiturq́;, & abſoluitur: niſi detrimento aliquo lacera læſaq́; ſit. Quemadmodum cætera quoq; opera naturæ, pluraq́; naturalia orbari ſolent (perindeac eodem quoq; alibi auctore didicimus.) Idipſum uero detrimentum, & extrinſecus aduenire ſibi poteſt, ueluti à ſomno, (ut idem inquit) ebrietate, ac cæteris id genus, & intrinſecus, ueluti à morbo: quo læſio cerebri, ac per hoc phantaſtici organi fiat. Intelligere .n. & con=

14. proble. 15.

30. partic. proble. 4.

4 de generationẽ animaliũ, c. 4.

7. phyſicorũ, tex. 20.

1.de anima tex.66. siderare(eodem docente(emarcescunt,quodam quod interius est corrupto. Tertiam uero huius rationē alibi quoq; iterum ab ipso legimus,ita nobis testante. Duplex quidem cum sit uirtus:altera intellectiua,moralis altera: intellectiua profectò plurimum ex doctrina generationem habet,atq; incrementum. Quapropter & experientia indiget, & tempore. Moralis autem ex assuetudine fit: unde & nomen habet parumper à more declinans. Ex quo manifestum est moralium uirtutum nullam natura nobis inesse. Nihil enim eorum quæ natura sunt, aliter assuescit. Quadere nec lapidem sursum, neq; ignem deorsum(etiam si milies in hoc intendas)ferri assuescet. Neq; natura ergo neq; præter naturā insunt nobis uirtutes. Sed sumus nos ad illas quidē recipiēdas apti natura,perficimurq; consuetudine, in qua temporis longitudo requiritur. Præterea inquit, quæ nobis natura insunt,eorum potentias prius ferimus,posterius uero actus reddimus:quod in sensibus liquet: At uirtutes prius operādo acquirimus, quemadmodum & in alijs artibus. Quæ enim oportet postquàm didicerimus facere,ea faciendo addiscimus,ceu fabricando fabri, & cytharam pulsando cytharedi(quibus addere possumus, medicando medici) sic iusta agendo iusti, & modesta modesti: & fortia fortes efficimur. Testatur autem id, quod fit in ciuitatibus: ac tandem(ut uno comprehendam uerbo) ex similibus actibus ope-

2. ethicorū cap.1.

rationibusq́;, omnes habitus fiunt. Natura igitur nemo sapiens est alibi quoq; determinauit. At sapientiam habere, & sagacitatem, & intellectum, signũ est quod secundum ætatem putamus illa sequi conuenire. Itaq; non minus inhærẽdum est expertis, et senioribus, uel prudentum opinionibus atq; sententijs sine demonstratione: quàm demonstrationibus ipsis. Veluti enim oculum per experientiam habentes, principia discernunt. Quanuis autem naturales functiones (Galeno principeq́; testibus) ualidiores in iuuene sint, sicuti etiam motiuæ, secus tamen de animalibus comprehendentibus contingit. hæ nanq; in sene potius uigent. Quadere non immerito in politicis dicitur: uires qdẽ iunioribus insunt, prudẽtia uero senibus: q̃ qdẽ in his eligẽda magis, ex topicis ẽt præcipitur. Nemo.n. iuuenes eligit duces, eo q̃ nõ cõstat ipsos esse prudẽtes. fortitudo aũt ecõtrario: in iuuẽtute.n. magis necessaria secũdũ fortitudinẽ opatio. Quis igitur senes antiquiores ve, ac sancta (ut Apuleii uerbo utar) canitie coloratos, et prudẽtiores, et doctiores nõ cõcederet? atq; ut tales (calistrato iuriscõsulto auctore) iuxta ppetuã cõsuetudinẽ) nõ ueneretur? Iuuenes aũt uiribus præpollere nõ admittat? adeo ut græcis adagiũ hoc celebretur. Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. q̃ est, facta iuuenũ: cõsiliaq́; mediocriũ, et uota senũ. solẽt nãq; senes ut pote religiosi à supis optima precari. At qui uolumus, hæc, pro comprobandis

6. ethicorũ 13.

6. salubriũ post prin. l.1. doct. 3. cap. 3.

7. politicorũ. ca. 9. circa med.

3. topicorũ cap. 2.

lib. 4. asinariæ, uers. fi.

titulo da iure immunitatis.

ſenibus dixiſſe: Ne inuidi fortaßis alicui apparentes, ullum ſua laude defraudemus. Verum enimuero non abſq; ſale quæ dicta iam ſunt percipiendum. Ac uelut impium quidem bonos deturpare, ita quoq; malos falſa indignaq; laude extollere iniquum eſt. Quamobrem quæ ſeni haud immerito coaceruentur laudes, gloriæq; non ultimo decrepitove, cui uiui ſepulchri cadauerisve nomenclatura ab antiquis indita eſt: ſed primo ſeni, quem quidem uergentem nunc inclinãtemve, aut inclinatũ: græce παρακμάζοντα nunc uero conſtitutum conſiſtentemve, ſuoq; nomine καθεστηκότα Galenus cum Hippocrate appellat. Quinimmo nec ſenis nomen ſimpliciter adeptum eſſe: at ſemicani, crudiq; uel immaturi ſenis interdũ ab eo teſtatum offendimus, μεσαιπόλιον & ὠμογέροντα græcis nominibus uocante. Huiuſce autem ætatis uiros græcorum adagium mediocres nuncupauit, βουλὰς μέσων, hoc eſt conſilia mediocrium extollens. Seniorum uero (quos, nedum γέροντας ſed πρεσβύτας etiam Hippocrates nuncupare non nunquam, uel Galeni teſtimonio, conſueuit) decrepitorumve ut pote religioſorum potius uota. Sunt uero hi mediocres crudiq; ſenes (Galeno docente) in duabus poſt quintam annorum ſeptimanis. quadere eorum terminus in quadrageſimonono anno magna ex parte iudicatur. in cuius quidem etatis intellectu florentis latitudine celeberrimus non minus quàm doctißimus Ioannes Baptiſta tunc tẽporis cõſtitu-

lib. de ſalubri diæta: com. 7. 3. apho. 3 1. aphor. 13.

2. progno. com. 69. & 5. ſalubriũ in fine 3. apho. 30 in p ri. c. õ. 3. aph. cõ. 30. in principio

tus erat, quanuis nunc quinquagesimum superet. Ego autem perindeac primum iuuentutis annum agens hæc omnia scripseram: quo tempore casus accidit, sextum uidelicet ac uigesimum meæ ætatis annum habēs: ita nunc trigesimum sextum attingens, ac per hoc prænarratæ iam ætatis primordia capiens, reuisa cuncta confirmo, illi tamen imperfectiori (si quid tibi displiceat) æuo attribuas. Altioribus nāq; speculationibus occupatus nūc, currētibus ferè oculis, celeriq; calamo singula pcurrebam. Verum enimuero (ut ad nostram declinantium uidelicet ætatem conuertamur) cum non sit horum certos limites aßignare: quin hos ponentes obiurgarit Galenus, haud.n. parua est pro temperamentorum uarietate latitudo. Adeo ut ad sexagesimum usq; annū protendi arabum princeps non temere coniectasset. Idcirco neq; absurdum, aut rationi uel antiquis dissonum est, quampiam offendi temperaturam, cuius quidem animi uigor ad septuagesimum usque, uel prope ipsum fortaßis perducatur. Quemadmodum sæpenumero uidisse huiusce farinæ homines recolimus. Quibusdam uero contrà: nam ante annum quadragesimum, uel morbi uel naturæ propriæ aut de prauati uictus ratione, patens uirium, & corporis, & animi decrementum conspeximus. Sin autem eū qui post sexagesimū exıstat, neutiq̄ sub tertio æuo, at quarto potius contineri oppugnando resistas. Nolo circa hoc quidem immorari: Galeno hanc quartā

6. de tuenda ualetu. post princ.

1.1. doct. 3. capit. 3. in prin.

1. apho. cō. 13. uers. fin.

in duas adhuc partes secernente. Quarum profecto prima ueluti ieiunium facillime suffert, ita & consilio præpollet, ac mediocrē (suprema cū nō sit) adhuc nominare nō dedecet. Nec poterit quispiā ab omni liuore semotus, inficias ire, hāc, iuxta tēperamenti sui perfectionē, ad septuagesimū fortasse annum aliquādo protelari posse. Ab hac uero ætate senē repuerascere quis dubitat? cū in prisco tritoq; scribatur græcorū adagio. δὶς παῖδες οἱ γέροντες quod latine uertitur, bis pueri senes: unde fit ut senes pueris mire delectentur: quasi similes ad similium amorē propensi. Auctor quoq; Aristoteles in politicis est, post annos duodequinquaginta ingenij uigorē euanescere. Deinceps ueluti in ebrietatibus et infirmitatibus eorum anima (penes philosophū) cōsistit. Adeo ut deliri similiter pueris euadāt (Galeno docēte atq; aßiduo experimēto idipsum cōprobāte) Est quoq; horū ætas (ut idē ait) obliuiosa: ex quo parhœmia celebratur, in senē ne q̄ collocaris beneficium. Et quid quæso aliud est senium (ut summi medicorum regis uerbis utar) quā uia ad interitum, ab Aristotele marcescēti stirpi cōparatum. De quo quidē Hippocrates ait: flos et uigor ætatis cuncta gratiosora, et meliora habet: Desinētia uero decrepitas ve cōtra. Huius siquidē functiones omnes oblæsæ sunt, uitioseq; administratæ: adeo ut nedum naturalem impotentiam, sed morbum quoq;: ueluti et morbum ipsum, aduētitiā senectutē philosophorum pro

1. de anima tex. 65. lib. qđ animi mores corporis tēperaturā insequantur. ante medi. 7. met. 1. li. de differentiis pulsuū 3. ante me. 2. de tēperamētis. c. 2. & lib. de tabe. lib. de præceptis uers. finem.

2. de cœlo. 37.

togymnasiarches appellet. Simulac tabē Philippus ex morbo senium (Galeno teste) indigitet. Tangenti quoq; senes frigidi apparent: frigidumq́; in statum facile mutantur: Et nigri & liuidi fiunt, frigidisq́; morbis facillime corripiuntur, apoplexia, neruorum resolutione, stupore, tremore, conuulsione, destillatione, racedine. porro perijt eorum omnis paulo minus (prout alibi quoq; firmatur) sanguis: atq; unà perijt et coloris rubor. Quāobrē (uti prius ab Hippocrate scriptum est) ad spirādi difficultatem prōptißimi fiunt: tußimq́;, et urinæ tum stillicidia, tum quoq; difficultates, arctuum dolores: renum passiones, uertigines, malosq́; affectus, totius corporis pruritum, uigilias, sōnumve, alui, oculorum, atq; narium humiditates, uisus obtusionē, glaucedines, auditus graues, atq; id genus q̃ plurima incōmoda. Quæ omnia deinceps difficulter coctionē admittunt: adeo ut commori senibus cōsueuerint. ꝑpulchre igitur à poeta scriptum est: Optima quæq; dies miseris mortalibus æui: Prima fugit, subeunt morbi, tristisq́; senectus, Et laboret duræ subit incremētia mortis. Senescētē itaq; ueluti bouē ita priores aspernabantur: ut eis in morē trāsierit, sexagenarium quemlibet de pōte deijcere: huiusq́; tēpestiua mors luctu domesticorum uacabat. Quare in adagium transiuit, Γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισι, quod est, bos senex uacat luctu domesticorum. Quinimmo ipsorum libitina (nulli cum sint uiuentes cōmoditati) uoluptatem & emolumentum affert

5. de generatione animaliū. c. 4. uers. fi.
7. meth. ca. 6. uers. fin. et lib. de tabe. trac. 1. cap. 5.
3. de symp. causis. ca. 3 uers. finem.
3. art. med. 84.
3. aphoris. 31.

2. apho. 39 et. 40. 3. li. georgicorū

hæredi. Auarus.n (pindeac Publiana sentẽtia est) nisi quum moritur, nil recte facit. Testatur autem maledictos senes auaritia oppressos Peripateticorũ princeps, dum ait: uidetur senectus & omnis impotentia illiberales facere: post quem latinus ille poeta inquit: Multa senem circumueniunt incommoda: uel quod Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet uti: Difficilis, querulus. Adeo ut ueluti larus hians, à statuis etiam farinas, atq; à mortuis tributum exposceret. Sunt uero his maiora, nefandaq́; incommoda hoc in centenario, uiuoq́; cadauere, manifestißime reperta. Natu igitur grandiores (modo ad extremam senectam, decrepitatemve, minime peruenerint: Ita ut & sensus et intellectum amiserint, in quibus beneficium collocare Diogenes et Aristoteles uetuit) Minoribus, cum doctiores, tum quoque sapientiores, prudentioresve existere, compertum habemus. crediderim tñ haud inueniri posse quempiam ita socordem, fatuumq́;, ut canone comparationis, (quem sæpenumero Galenus exposuit) neglecto, id ipsum simpliciter proferat: seruetur.n. in cæteris cõformitas: (præterquàm in eo, in quo quidem fit comparatio) necessum est. Verumenimuero quò iam dicta liqueant (impellunt.n. me, licet inuitum, ad sermonis longitudinem, quorundam ignauißimorum senum grauißima uerba) inde exordiemur, ubi medicorum summus Galenus septem ostendit, quæ homini adesse oportet, ut quodcunq; uestigans, aut uerita=

4. ethicorũ capit. 4. in prin.

Horatius.

2. de temperamentis 2. et. 2. aphor. 18. & 20.

lib. de consti. art. me. cap. 7. uersus finem. & uide. 3. natural. x

tem cognoſcat, aut non ab inuentione deſperet, ſi adhuc ignoret: ac uere præſertim artis medicæ cognitionem prudentiamve ſibi paraturus eſt (uel Hippocrate ante ipſum auctore) commodeve ad eam ſeſe accingat. Quorum quidem omnium primum, natura pertinax ingeniumve eſt: hæc. n. ſi ad optima ducat, quomodocunq; rationalis diſciplina perdoceatur, prompte aſſequetur: ita ut artis ſcientia facile paretur, & fiat. Repugnante uero ipſa, & contra faciente, cuncta caſſa, & uana ſunt. Adeo ut nedũ longo tempore indigere, qui artem medicinalem diſcere cupiat, ſed naturam ad hoc eſſe aptiorem Galenus indigitarit. Ex quo Fabius quoq; teſtatur nihil præcepta atq; artes ualere, niſi adiuuante natura, perindeatq; in his, quæ terra gignuntur, uidere eſt. Noſtra nanq; natura ſeu ingenium tanquã ſeges & ager eſt. Quapropter idẽ Quintilianus ait, cui deerit ingenium non magis hæc ſcripta ſunt, quàm da agrorum cultu ſterilibus terris. Eſt autẽ natura ipſa (iuxta Hippocratis, Galeniq; decretũ) nil aliud, quàm temperamentum calorve innatus, aut (ſi Ariſtotelem ueridicosq; Theologos potius inſequimur) temperamento ſaltem utens, prout interdum quoq; diſiunctione Galenus ipſe innuit: ita ut animi mores corporis temperaturam inſequãtur. Quemadmodum de hoc ab eo commentarium editum eſt. Temperamẽti ergo calidive innati ratione, præ cæteris, ſenes iunioribus ſapientiores conſtituit

libello de lege.

1. apho. cõ. 1. circa me. lib. 1. oratoriarum inſtitutionũ in prologo in fine. Hip. lib. de lege ubi ſupra.

1 apho. cõ. 15. 2. eiuſdẽ 34. et. 51. 3 eiuſdem. 2. et. 4. 37. 3 met. 3. poſt prin. 2. de ratiõe uic. auc. 47. & alibi pluries.

3. de locis affec. poſt prin.

philoſophus perindeac prædictũ iã eſt: quia.ſ.mode
14.proble. 15. ratiorẽ habẽt calorẽ. Ex quo et ſobrii exiſtũt, et q̃e
ti, magis quã iuuenes: Recipit uero q̃ dictũ eſt non
paruã (Galeni documentis) inſtãtiã. ſi (ut diximus)
2.de temperamentis. 2 abſolute (deſpecta comparãdi norma) intelligatur.
Quãobrẽ ab eo nunquã recedentes, ita dicemus. ſi
plures puellos pluribus cõferre florẽtibus ætate ue
lis, aut utroſq; ſenibus, natuve grãdioribus, graci=
les gracilibus, quadratos quadratis cõferens, et craſ
ſos craßis: æque uero et qui colore, et reliquis omni
bus, quo ad fieri poteſt, ſimiliter ſe habeãt: Quippe
ſi differentiã in ætatibus inuenire ſtudeas, in ſimili
bus quàm maxime licet naturis, eã inquiſitionem tu
tius facies: porro in contrarijs naturis hanc diſqui=
rere, nõ parui erroris eſt occaſio: quũ interim nõ tã
exploratorũ corporum ætatis, quã naturalis tempe
ramenti gratia, differentia exiſtat. unde huic ſimile
2.apho.cõ. 18. &. 20. de alimentis quoq; in aphoriſmis ait: oportere qui=
dem ea quæ inuicẽ cõparantur, eſſe ſecũdũ ſubſtan
tiam ſimilia: Nõ autem hoc exquiſitehumidũ, hoc ue
ro exquiſite ſiccum. Ad eundem quoq; modum ait tũ
3. apho, 2. uictu uniuerſo, tũ tẽporũ, quibus exploratur, ſtatu
(Naturarũ.n.ut Hippocrates ait, hæ quidẽ ad æſta
tẽ, hæ uero ad hyemẽ bene maleue ſe habẽt) pari mo
do ſe habẽtia corpora eliges nõ exercitatũ requieto
cõparãs, nõ balneo uſum illi, qui eo nõ ſit uſus, non
ieiunum ſaturo: nõ ſitiẽtem ebrio: aut qui Alexãdri
norũ uictu utatur, ſalſiſq; alimentis, et porris: ac

Zithum superbibens, ei qui horum oppositis uescatur, tẽperatis ve alimẽtis. nõ eũ qui sole incaluit, ei qui ex frigore riget: nõ eũ qui uigilauerit, ei q̃ dormiuit: nõ salubre quidẽ corpus, insalubri: Nec deniq; eos quibus cõtraria quouis modo est, uel natura, uel uictus ratio: uel quelibet alia rerũ circunstãtia: sed reliqua omnia sint (q̃ fieri licet) paria: una dũtaxat ætate excepta. pari modo si unũ eundẽq; puellum sibi ipsi uel iuueni, uel seniori reddito cõferes: oẽs quidem eius externas circumstantias similes ad unguem seruabis. Quo. s. si qua harum alicuius causa, in calore et frigore differentia contingit: ætatis mutatiõi nõ imputetur, sed quæ imputãda, illi est dumtaxat ascribatur. Secundum uero q̃ necessariũ fore, ei qui medici nomẽ desiderat, Hippocrates cum Galeno determinarunt, est à pueris institutio exercitatioq;. (Hæc n. rectior est disciplina, ueluti platonis testimonio in ethicis quoq; cõprobatur) Idque ut in primis uersetur disciplinis. Maxime uero felicitatẽ si nactus sit, q̃ Galenus ad annum usq; ætatis suæ. 15 sub patre adeptum fuisse refert: ut exerceatur in demõstratiua Methodo, necnõ arithmetica, et geometria, quemadmodum Plato cõsuluit: anteq; ipsum Hippocrates ad Thessalum filium scribẽs epistolio præcepit. Quisquis ergo nosce q̃d supra uulgum debebit, statim nõ natura mõ (uti Galenus ait) uerum ẽt primis doctrinatum rudimentis, multum cæteris prestet, oportet. A puerili autem

2. apho. cõ. 20. in prin.

li. de lege. lib. de cõst. art. me. c. 7 2. ethicorũ 3. post prin. libello de ordine librorũ suorũ uers. fin.

in prin. epi. ad Thessalum.

3. de pot. naturalib. 10.

breuißimo temporis interuallo aſſequi: Ni(quod dictum eſt) aßiduis ictibus eandẽ perpetuo incudem tundat, Haud igitur omnes qui ad medicinæ ſacra acceſſerunt(libri de renũ affectibus auctor ait) licet ſint alioqui argutißimi, ſed qui pertinaciter aduigilabunt, et explorabunt, naturæ motus aſſequẽtur, rerũq; proprietates agnoſcẽt. Quapropter diuinũ illud græcorũ adagiũ, præ oculis ꝑpetim celebrandũ eſt, θεοὶ τ᾽ἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται. i. dij bona laboribus uẽdũt. Erit aũt(Gal. quoq; præcepto) huiuſce laboris præcipua uis: ſine ulla diei noctisve intermißione properare, ac cõtẽdere ea, quæ à clarißimis ueterũ tradita ſunt, diſcere. Eadẽq; ubi didicerit, iudicare. multoq; tẽpore explorare, ac conſiderare, quæ ijs quæ rebus ſenſui patentibus cõſentiant: quæ rurſus ijſdẽ diſſentiant: et ſic illa quidem ſuſcipere hæc reſpuere. Additur uero his quintum (quod paucißimis cõtingit) ueritatem .ſ. expetere: eiq; ſoli tota in uita ſtudere ac incumbere, neglectis aliis omnibus, quæ uulgus admiratur. eius ergo, ue luti afflatus, inſano quodã teneatur amore. cũ præcipue ipſius cõtemplatio ſecũdũ ſciẽtiã et ſapiẽtiã uera ſit(prout diximus) beatitudo, uitæq; hominũ ita ſalubris, ut falſitas pernicioſa. Poſtulant ergo Hippocratis ſemina non malos(uti Galenus precipit) agricolas, qui ea corrũpãt, ſed tũ augeant, tum etiam perficiant. præter hoc igitur, et bonos mores neceſſarios fore ſuperaddit Hippocrates eã medici-

capi. 5. poſt princ.

3. de pot. naturalib. 10.

7. meth. c. 2. cir. prin.

ji. de legge.

nã cũ prudẽtia acquirẽdũ: sacra.n. sanctave negotia cũ sint, sacris sanctisq; uiris (quibus est omnimoda ueri cupiditas) demõstrãtur: prophanis uero fas nõ est, priusquã disciplinæ orgijs initietur. Quam obrẽ in animã maleuolã introire sapiẽtiã Salomon negauit. Sextũ deinceps à Galeno adiũgitur: Methodũ uidelicet quãdã prædiscere, qua uerũ à falso discernere queat. Haud.n.ad earũ rerum: quas quærimus, inuẽtionẽ satis erit dũtaxat ueritatis desiderio teneri, sed et facultatẽ quãdã inueniẽdi paratã habere oportet, paratã inquã antea: Absurdũ nãq; (prout philosophus inquit) insimul sciẽtiã, & modũ sciẽdi ꝓquirere. Septimũ deniq;, præter hæc omnia, Galenus annectit, exercere methodũ, quo nõ ipsam solũ cognoscere, sed uti quoq; ea liceat. Nã si nõ satis eẽ oratoribus uideri inferiorẽ artẽ profitẽtibus, methodũ nosce oportet, sed in uita uniuersa studiũ eius ꝑtractãt: an ijs qui tã magna ambiũt, methodũ solũmodo didicisse sufficiet? Adsciscit uero Hippocrates hæc, loco ad disciplinã cõmodo, agẽdũ. Nec.n.parui momẽti est bonas urbes, literatis uiris, omnigenaq; uirtute præditis, excultas, inhabitare, ueluti et segetes sub placido iã cœli statu regioneq; satas. Multas ẽt oportet uagatus fuerit urbes (ut ex ipsomet Hippocrate, ac Galeno, nonũ adiũxerimus) ut.n.experimẽtis iudicet quæ didicerit, oportet ipsũ oẽs ciuitates oculis intueri. Indigebit autem pro omnibus his (philoso. quoq; testimonio)

de cõst.ar. med. ca.7.

2.meth. 15

li.de legge.

ibidẽ & li. de aere & aquis cir. prin.

lib. ꝙ optimus me. sit philoso. circa.med.

10.ethicorũ 10.

externa prosperitate, cum homo sit: Natura enim per se sufficiens ad contemplandum non est, uerum oportet sanum esse corpus, & alimenta, cæterumq; famulatum adesse: impoßibile nanq; est, aut certe non facile, ab eo præclara agi, cui desunt facultates. Subditq; medicorum Phœbus (ut ad sermonis primordia reducamur) Si unum aliquod ex prædictis ei desit, qui ad ueritatem sedulo uiam affectat, æquum est se diffidere, minime quod intendit assecuturum: sin uero omnia iam adsunt: quid prohibet quominus ueritatem, bona spe, inquirat? Quasobres nescio qua dementia, quove comate arrepti sunt, qui natu grandiores minoribus, tum prudentia, tum doctrina, perfricta fronte simpliciter præponere nequaquàm uerentur: iuuenis nanq;, aut forte adolescens, quinimmo & impuber esse potest, optimo tamen ingenio, naturaq;, ueluti & excellenti temperie præditus: à teneris quoq; unguiculis, sub optimis præceptoribus, aßiduo labore, ueritatem omnibus neruis uestigans, methodumq; à uero falsum discernendi à præceptoribus receptam continuo exercẽs, utensq;, adeo ut corporis sui robur, inquieta cogitatione, nocturnaq; uigilia (uti Celsus præcipit) minuerit. Videmus.n. (Aureliano quoq; teste) studentium corpora ob has causas fieri tenuiora, limatione quadam animi iugium cogitationum, atq; disputationum, præter hæc autem & loco uarijs studiorũ generibus ornato uitam degens: qualis est nunc ur-

bium

1. ethicorũ c.12. lib. de constit. art. me. 7. in fi.

in prooe. 1. post princ.

5. lib. cronion in fine.

bium nobilißima Neapolis, pluribus, uel patri-
tiorum (præter publica Gymnasia) proborũq;
uirorum academijs referta: adeo ut parietes
etiam ipsi, tum Græce, tum Latine (præser-
timq; potioris academiæ principe, raro naturæ
miraculo, Francisco Brancaleone, tum medico,
tum philosopho doctißimo) loqui uideantur, om
nigenam doctrinam, uirtutemq; redolentes, ut
nedum ratione prædita, sed bruta quoque ani-
malia ad disciplinas excitentur. Quid si iunior
hic multas urbes, uariasq; consuetudines uagan
do perlustrarit? Salubris iam, & patrimonio si
ne querimonia, ne dum possessione, sed animo
quoque ditißimus existens? Senior uero contra
(uelut hic est, qui nos ad huiuscemodi sermonem
impulit) lapidea potius, ac squamosa membro
rum densitate, cum spirituum craßitudine, tum
pituitoso, atque excrementis crudis redundante
temperamento: ætateq; prouectus, aut senectu-
tis forsan tempore, rudi suo cum ingenio artem
aggressus, Marte proprio, lucrandi cupidine,
uel ignauioribus rudibusq; sub magistris: fami
liaribus quidem negocijs, ac uarijs occupatio-
num generibus distractus: uxorisq;, & nato-
rum, atque etiam consanguineorum onere op-
pressus: ac per hoc rarißime propriam artem,
præter ipsius lucrum, salutans: ueritatem negli
gens, modo sibi crumena grauior fiat. Cuius fa-

rinæ innumeros agnouimus. Quiq; operam parum feriam demonstrationi collocarunt, nihil (ut Galenus ait) inuenerunt, nihil didicerunt, nihil quia sunt stoliditate præditi, exercuerunt. At sophistarum potius modo nonnulli ut alijs detrahant, nauibus atque quadrigis falsa prosequentes, omniq; methodo immunes exercitium abhorrent. Quid si ruri duntaxat, uel minimo quouis oppido, à rusticis morionibusq; duntaxat exculto, uniuersam, ueluti carcere adstrictus, uitam degerit pauperrimusq; à patre relictus, ac sine libris, alijsq; necessarijs: Morbosusq; ac natura imbecillimus extiterit? Sin uero quibusdam senior iuuenem, alijs uero hic senem superarit: interstinguere perlibrareq; singula oportet, nec non utriusq; syndromis uires æstimare: prius quàm, comparatione facta, prudentiorem hunc sapientioremve, aut alterum pronunciarimus. Quantũ uero ad manutigium pertinet. Cum nostro quoque ijsdem uerbis detraxerit marcidus hic tabidusq; senex primitus operanti chirurgo: qui quidem annum circiter 35. agebat: celsi quoque tutamine, præter iam dicta, respondebimus ita scribentis: Esse autem debet chirurgus adolescens, aut certe adolescentiæ propior, manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente, eaq; non minus sinistra quàm dextra promptus, acie oculorum acri, claraq;, ani

lib. de Multitudine post princi.

lib. 7. in prohœmio.

mo intrepidus, atque immisericors: (qui iuuenis adolescentisve affectus nō senis existunt) Quid ergo doctißimo mediæq; ætatis physico, iuueniq; chirurgo, temerarie uiuum cadauer contradicis? ultra quod sexaginarius ferè quidam physicus, pluresq́; ad eandem ætatem accedentes chirurgici in collegio cuncta horum dicta factaq́; comprobarunt. Me hercule deliria perdelira sunt hæc, quæ ab his quamplurimis proferuntur, seniores inconsulte atque absolute comprobando. Atqui maiori proculdubio mediocres laude dignos existimandum: Natuq; maiores iunioribus, seruata nihilominus in cæteris paritate, una duntaxat ipsa ætate excepta, in qua cōparatio facta est, præcellunt enim hi (quemadmodum prædictum est) pluribus de causis: eoq́; magis extollendum senem concedimus, quo in prædictis ad perfectionem requisitis iuniorem excellerit. Ex quo paræmiam celebrabimus. Leo senex uigēte potior hinnulo. Sunt uero nūc temporis huiusce claßis paucißimi. plures enim adorant solem orientem quàm occidentē. Nunc tēporis inquam, quo (ut græci dicunt) Ἀλλογένος κώπης idest aliud genus remi repertum est. Dißipata enim laceraq; prius medicina, nunc iam è tenebris in lucem prodire incepit. Quin potius facile cum sit inuentis addere (ut philosophus ait) atque eò perspicatiores simus, 2. Elenchorum ulti. Ex 4. de cælo 11.

quò recentiores, perindeac nedum philosopho rum, sed leguleorum quoque famosa propositio existit: membris ne dum priscis, proprijsq́;, at nouis quibusdam, nuperq́; inuentis erigitur: totaq́; mutato etiam idiomate noua penitus doctrina conspicitur, adeo ut non temere interpol- lib.29.ca.1. lis à Plynio nũcupetur. Ad quam quidem senes utpote barbarie, falsisq́; innumeris interpretum phantasmatibus imbutos erigere, atque à profundissimo somno excitare, adeo difficillimũ est, ut impossibile reputemus: senex namque psittacus, cui nos manum subduximus, ferulam negligit. Vulgaris quoque parœmia celebratur, serum esse canes uetulos loris assuefacere. Sed uel senis mutare linguam periculosa est, apud Hieronymũ, præsumptio. proinde recte inquit Theognis: Μή με δίδασκ᾽ οὔτοι τηλίκος εἰμὶ μαθεῖν: quod est, ne doceas me, ætas iam facit indocilem. Hos igitur docere, mortuum esset unguento perungere. Sed ne ueluti cascum ducens, illicq́; nimium conuersans, pituita obrutus ipse quoque cascus euaserim, ad iuniores, ruditate tamen, & fatuitate compares, iam peruenire tempestiuum est. Sum nanque Echo, quoniam ipsis loquentibus silere haudquaquam potui, desistentibus uero, ac peractis eorum obiectionibus (si tamen obiectionis nomenclaturam meritæ sunt: fatuitates enim deliriaq́; potius nuncu

pare consueuimus) colophonium dictis nostris imponemus. Quibus profecto delirijs nec respondere certum fuisset, ni falsa illorum famositate, opinionisq; celebritate, quamuis magni res momenti non sint, aliquid tamen contra nos dixisse Cumanis persuaderent. Id quod Hippocrates quoque (uti Galenus ait) quo priscorum decantatis garrulitatibus resisteret nonnunquam obseruauit. 1. de elementis ca. 7. circa princi.

Secundus aduersorum error circa expositionem uocabulorum cancrena, esthiomeno, & ascachillos.

Quis uero interim sufferre queat, latinarũ uidens, ac græcarum literarum penitus expertes, tantam uel dialectices uel grammaticæ, uel rethoricæ cognitionem atque intelligentiam habentes (ut Galeni uerbis utar) quantam asinus lyræ, in messem tamẽ alienam falcem imponere, græcissantesq; ἐσθιόμενον Græcorum participium, paßiuum, uel medium, quasi Latine exesum, uel exedentem, (ἀπὸ τοῦ ἐσθίομαι, quod est comedor, uel comedo) ex hoste, & homine, Latinis dictionibus: quasi hostis hominis componi audacter, atque attico uultu protulisse. Exponunt enim ipsorum nonnulli, alteram quoque dictionem adiungentes (herpes inquam) ab her- 1. de diebus decretoriis cap. 4. uersus finem. Vt Bertapalea tr. i. cap. 7. & Ioan. de uigo. lib. 2. tr. 1. c. 16.

pe, quod est hostis, & menos, quod est homo, quasi hostis hominis. Alij autem in hac sola dictione laborantes, ab esthi deriuant, quod est hostis & omenos, quod est homo. Quidam uero ex his qui nobis aduersari conantur, se scopum attigisse opinantes, ab herpes componunt, quod est corruptio, & esthi, quod est mens, & omenos, quod est homo, quasi corruptio mentis hominis. Aliqui tandem ab herpeto quodam (ut secundum Papiam credunt) serpentis genere seipsum (animali quod mordeat, non inuento) corrodente, ac uulnerante. Quis unquam Latini glossematis, (ommisso Græco) uel mediocriter eruditus hæc audiens, suis cæram auribus non apponeret? Cum præcipue solum non hoc nomen, sed (quam secundam speciem appellant ascachillon resoluere conentur, in escha, uel echa, dictionem (ut dicunt) arabicam: quod est corruptio, & chillos græcam, quod est nutrimẽtum. Vnde ascachillos, idest corruptio carnis et nerui, usque ad ossa sana, cum toto eorum nutrimento. Neque in his delirium terminatur. uerũ & (quam primam speciem appellant) cancrenam (etsi abutantur hoc nomine quidam, pro fœtido duntaxat hulcere capientes, alijq; matrem ascachilli nuncupent) uel à cancro animali denominãt, uel à carne: crosis enim (ut aiunt) idem est quod caro. Ex quo cancrena dicitur:

Vt Guido tr. 2. doc. 1. cap. 2.

Vt Philonium li. 7. ca. 24.

Vt Gulielmus Placẽtinus lib. 1. suæ Chirurgiæ ca. 53.

uel quia ſicut cancer, corrodendo, & putrefaciendo, adiacentem particulam manducat. uel quaſi carnem corrodens nuncupetur. Papè quid audio? neminem opinor bonarum literarum uel mediocriter alumnum inueniri, qui horum nugis dementiisve aures ſuas ſaburrari permitteret: cũ Boetij quoq; ab omnibus celebrato præcepto aduerſentur, dicentis: animaduertendum eſſe ut fideli reſolutioni ſubiaceat Latina traductio, & addiſcentis idioma uerbotenus explicatum. Quis enim unquam herpe, uel heſti, hoſtem: omenos, uel menos, hominem: herpes, uel echa, uel eſcha, aut aſcha, corruptionem. Eſthi, mentẽ, chillos nutrimentũ, gãgrænã, uel (ut ſuo potius modo uocibus utamur) cãcrenã: cãcrum: & croſis carnem ſignificare, uel apud Græcos, Latinosve, aut arabes inuenit? niſi nouũ proq; libito idioma conſtituamus. tametſi uerum ideſt gangrænam cancri ſpeciem à celſo interdum nuncupari. Verum enim uero ne nos quidem in his diu uerſari intendimus. Etenim cum claudis habitantem, uel balbis, claudicare aut balbucinari hominem temporis progreſſu neceſſum eſt. Coacti uero pro extirpanda ſenſim barbarie ſummus hinc exordiri. Triplex cum ſit, apud principem, non eſthiomeni (ut imperite horum nonnulli aiunt) ſed corruptionis, uel ſpecies, uel (rectius loquendo) gradus. Horum quidem pri

lib. de diſciplina ſcholariũ cap. 1.

lib. 5. cap. 26. ſec. 26.

3. 4. tr. 1. cap. 15.

mus is eſt (quam gangrænam græci appellant, cancrenam barbari, Razes anacram, aliqui uero corruptius chiphroniam ex aphorismo uocitant.) Inquit ergo Princeps. Et quod de hoc eſt in principio, & non corrumpitur cum eo ſenſus eius, cui ineſt ſenſus, nominatur cancrena: & proprie quod eſt phlegmonides in principio. Sunt autem uerba hæc à medicorum luce, ita ad Glauconem ſcribēte, aſſumpta: Nominãt (ut noſti) gangrænas eas, quæ ex magnitudine inflammationis fiunt; mortificationes: quæ nondum tamen integræ factæ ſunt. Nam cum omnino membrum effectum eſt mortuum: ut punctũ, uel ſectum, uel aduſtum non ſentiat quæ patitur, ſtatim recidere oportet, quà ſanam partem uicinam attingit. Sed quod ita affectum eſt, denigratur. Eſt autem talis affectus (ut dicemus) ſphacelos: quod uero in medio eſt conſtitutum, ita ut tendat ad mortem, gangræna nominatur. atque idipſum in Sententijs quoque confirmauit, ac alibi non ſemel, communi tamen dictione ſphacelos quoq; (ut ait) interdum à græcis nuncupata eſt. Neque oportet in hoc nominis rationem ueſtigare: cum inter ea à Galeno numeretur, quæ nec locũ affectum dictione repræſentet, neque cauſam, quæ eos efficit effectus: Neque ullam ipſius compoſitionem deriuationēve (quia ſimplex eſt) græcorum aliquis inquirit.

13. cõtin: ca. 8. litera R. 7. aphoriſ. 51. ſecundũ antiquã literam ibidem ubi ſupra.

2. ad Glauco 10.

7. apho. 51. li. de tumo: præter naturã cap. 9. & 12.

li. de tumo. præter naturam 12. 2. meth. c. 2

Secundus autem gradus à principe ponitur, quē ipse corrupte ascachillon, græci uero σφάκελον, communi & propria nomenclatura, indigitant: Latini autem siderationem uocare cō sueuerunt. Quamobrem Princeps ait. Et quod ita confirmatum est, ut destruatur sensus eius, cui inest sensus: & illud est, ut destruatur caro, & quod ipsam sequitur, usque ad os, siue sit incipiens, aut succedens apostemati, nominatur ascachillos. subditq; deinceps, & quandoq; gangrænæ fiunt ascachillos, immo sunt uia ad ipsum: Et totum hoc accidit in carne, & accidit in osse. Idipsum uero nihilominus à Galeno præscriptum est, dicente: uoco sphacelum siderationemve omnem solidarum partium corruptelam: ut etiam oßibus innascatur (quibus nihilominus gangræna, utpote minime sentientibus non aduenit) nedum carni aut uasis: Quibus quidem oßibus alia ex occasione (ut inquit) non oboritur, quàm ex phlegmonis quodam abscessu persimili. Quamuis autem sphacelos sideratiove (arctius loquendo) idem cum gangræna (uel Galeni monumentis) sit, ab ea duntaxat ueluti extremus terminus à uia mediove distinctus: communißima tamen, atque æquiuoca intentione, plura solet apud priscos significare. Inter eos enim circa id est non parua (Galeno referente) dyscolia. Nam ex his sunt, qui dicunt

3.4.tr.1.ca. 15.

li. de tumo præter natu rā 12. ī fine.

6. meth. ca. 5. circa me.

Ex. 1. de locis affec. 2. colligitur ubi uult q morbus in prin. & in fine eiusdem speciei est. 2. de locis affec. 2. post princi.

hanc uocem, uehementem dolorem nobis declarare: Alij tantum inflammationis excessum: ut partem ad corruptionis periculū inducat: quæ dispositio à nonnullis gangræna appellatur: Alij partis affectæ corruptionem ipsam sphacelon dici uolunt: Alij conuulsionem. Quidā nō eam quæ fit conuulsionem, sed quæ ex inflammationis magnitudine expectatur. Alij non simpliciter conuulsionem, sed neruosorum corporum quæ inflammatione laborant, alij simpliciter fortem tentionem: alij putredinem. Sunt ergo licet plurimi apud antiquos sphacelorum modi, duo tamen, præ Hippocratis Galeniq; manibus, in usu extant; Quorum primus quidem (uti Galenus ait) nomen singulare, præter commune, sortitus est: gangræna enim nominatur. Secundus uero, proprij nominis defectu, generis nomenclaturam retinuit. Sunt uero (eodē autore) multa huiusmodi, quæ scilicet generis nomen (ob uocabulorum penuriam) assumunt: uelutí quædam phlegmonis, herpetisq;, & (uelut in metheorologicis liquet) exhalationis species perinde ac etiam (quæ per uenæ sectionem fit) euacuatio. Mirandum itaque non est, si sphacelare ossa sæpius dixerit Hippocrates in libro de articulis, pro corrumpere utens eo uerbo: In libro autem sententiarum, sphacelatum cerebrum, communiori uoce pro eo quod est gan-

li. de tumo: præter naturam cap. 12.

2. ad Glauco post pri.

li. 1. methe. & 2.

Ex 1. apho. 2. & 2. 17. colligitur.

7. apho. 51.

græna affectum intellexerit. Nos itaque dunta xat gradus, & Hippocrates & Galenus, eorumq; sequaces meminerunt. Ex quo apud Paulum, Aetiumq;, sic legitur. Cum inflammatio neque discutitur, neque in pus mutatur, sæpe in gangrænam, & sphacelon syderationem've incidit: Gangrænas enim appellant cum membrum aliquod, ob inflammationis (qua conflictatur) magnitudinem emoritur: Neque iam confirmatas sic dicunt, sed quæ etiam num fiunt. Eius mali uis est, ut (nisi celerrime succurras) facile affecta pars quatenus uicina comprehendit, mortis habitum repræsentet, & hominem iugulet. Vbi uero membra sic uitiata, in totum sensu fuerint destituta, affectum non amplius gangrænam: sed iam sphacelum nuncupant, Haud tamē prætereundum est, quòd cùm Galenus, Paulus, Aetiusq;, & princeps sphacelon uel ascachillon describentes, ad ossa usque descendere protulerunt: potentialem potius latitudinem (prout ex ipsorum uerbis apertißime elicitur) quàm necessariam actualemq; eius extensionem intendebant potest enim sola in carne iam emortua corruptio (perindeac experimento indies comprobatur) terminari. Verum enim uero cum princeps Galenici sit sermonis quampluries dilatator, atq; interdum expositor, tertium superaddit corruptionis gradum, dicens. Et cum eius

Vt Paulus 4. lib. 19. 14. 57.

3. 4. tr. 1. cap. 15.

corruptio incipit perambulare in membro, & apostematur quod est in circuitu corrupti, & fortasse peruenit ad corruptionem: tunc dicitur esthiomenos: siue (ut alia habet litera) corrosio. Et dicitur dispositio partis, quæ iam corrupta est, putrefactio. Intelligit uero per putrefactionem, sphacelon. patetq́; hoc ipsum clarius in alio caudice, ubi mors loco putrefactionis, posita est. Arabum itaque principis sententia, & nequaquam contemnenda hæc est: Morbo circunstantes partes manducante, si totum consideremus pathon, ἐσθιόμενον idest exedentem (nonnulli ignem Sancti Antonii, quidam uero Sancti Martialis dicunt: quem rectius fortasse ignem diaboli nuncupassent) si uero partis tantummodo iam corruptæ atque emortuæ affectũ aduertimus, sphacelon appellari. Atque illam tertiam speciem, siue corruptionis gradum: tametsi Galenus cæteriq́; & Græci & Latini, subintellexerint (dicebat enim Galenus de gangræna loquens, cuius quidem uerba tum Paulus, tum etiam Aetius excripserunt. Nisi quis ei celeriter medeatur, facile mortificatur quæ sic affecta pars est, quæq́; continua sunt, apprehẽdit) Haud quaquam tamẽ alio quàm sphaceli siderationisve (ueluti Celsus gangrænæ semper) nomenclatura indigitarunt. Aliud.n. herpetis hestiomeni nomine intellexerunt.

Guido uocat ignẽ sancti Martialis.

li. de tumo. præter naturã cap. 9. in princi.

li. 5. ca. 26. sec. 26.

Tertius error ἑσθιόμενον Græcorum Arabum Latinorumq; confundentium.

Apud eos igitur herpes, nomẽ est (Galeno teste) ut à medicorum lucerna exordiar, à symptomate sumptum similitudineq; : Ac licet non semper hulcus existat, quoties tamen cum exhulceratione est, solam cum afficiat (perindeac alibi firmauit) cutim, non utiq; seruata ueteri sede, uicinas partes depascit, sed sicuti nomen ipsum indicat, ritu serpentis bestiæ, relicto priori loco, transit ad alterum. Estq; (ut idem ait) ex abundantia bilis natum: quadere non temere inter calidos inflammatosq; connumerantur affectus. Est enim ueluti & quæcunq; exedunt reliqua, tum cacoethe, tum malorum (ut inquit) succorum soboles: quod quidem Romæ illustris mulier ostendit, in malleolo tale hulcus patiens, dum cholagoga felagiave (eodem teste) respueret medicamenta. Quasobres cum exhulcerato erysipelate eiusdẽ generis esse ponitur, ac phagedænis quoque hulceribus, eandem cum his recipiens curationem: Eandem dico, nedum quoad totius corporis euacuationem attinet, uerum etiã q̃tũ ad ipsius exhulcerati loci exiccationẽ. Quo ad hãc licet, cũ nõ exhulcerato erysipelate, nõ omnino (ut docuit) similis curatio adhibeatur. Ab ipso tñ erysipelate humoris tenuitate

2. Metho. cap. 2.

li. de tumo. præter naturam 14.

li. de tumo. præter naturã 10. 4. metho. 6. 14. eiusdẽ 17. 2. ad Glauco post princi. ibidẽ & li. de cibis boni & mali succi c. ulti. & 4. reg. acut. 21. in princi.

4. Meth. 6. ante mediũ. 14. eiusdem cap. 17. 2. ad Glauco 2.

14. Meth. c. 17. post pri. differẽs. Est.n.admodũ tenuis (ipsomet autore) q̃ herpetẽ excitat, adeo profecto, ut nõ solũ omnes interiores partes, quæ utiq; carnosæ sunt, transeat: sed etiam cutim ipsam ad summã usq; cuticulam (ἐπιδερμίδα græci uocant) quã solam propterea quòd ea remoratur, tum erodit, tum exedit: quando si hanc quoque sudoris uice 4. de ratione uic. acu. 21. in prin. 2. ad Glauco in prin. transiret, haudquaquam hulcus excitaret. Hi tamen cuncti affectus, communiori quodam nomine φλεγμαίνοντα, hoc est flammantes appellantur. Sunt præterea herpetis species (quas Super 3.4. tr.1. cap.1. cõ.8. Auicenna formicas uocat, perinde ac deinceps, nostris in commentariis, cõmodius ostendetur) tres: quarum prima generis nomine herpes simpliciter nuncupatur: formicam ambulatiuam Auicenna uocat. Secunda uero, quoniam granorum milii instar, pustulas gignit: herpes miliaris à quibusdam post Hippocratis ætatem, dicta est: à principe uero formica miliaris: tertia tandẽ ab ipsomet antiquo sene Hippocrate (uti Galenus ait) herpes esthiomenos nominatur, 11. de tumo. præter naturã 10. & 2. ad Glauco 1. quam Auicenna formicam corrosiuam nuncupat. Fiunt uero hæ omnes species in sola cuti, carne intacta, suntq; à syncera bili, præter nõnullas miliares, oriundæ. Intelligo autem synceram, cum Hippocrate & Galeno, quæ per se 2. progno. 38. 46. 47. 48. tantummodo in permixta alienæ materiæ est: tametsi quæ exedens esthiomenos've nuncupa-

tur, ex acriori calidioriq́; materia cōstituitur. Adusta enim quadātenus crassior euadit. Haud enim impossibile est, neque difficile, crassiorem reddi posse syncerum humorem (ueluti Galenus enarrat) pituitosum quidem propter frigiditatem quasi concretū: biliosum uero propter exuperantiam caloris euaporatum, & tanquā assatum. Hæ enim duæ causæ contrariæ crassitudinis sunt, calidum admodum, ac frigidum: calidū enim euaporat, frigidum adstringit crassior ergo biliosus humor, syncerus tamen, adhuc remanens efficitur, ob exuperantem calorem ueluti assatus: ex quo & maiorem acrimoniam nactus est, adeo ut exedat. Quæ nihilominus exustio si quā minima sit, à biliosi à dhuc pallidiq́; uel flaui terminis minime submouet. Sin uero effatu digna in atrā bilem potius, rubiginosam ve, aut uiridem conuertet. Distat autem (iuxta græcorum decreta) ab erysipelate herpes, quoniam tametsi ex bili utrunq; factum est, hic tamen ex syncera, illud uero ex bili magna ex parte, uel sanguini, uel cæteris humoribus admixta, quin ex tenui feruentiq́; nonnunquam sanguine gignitur. Quamobrem herpes cutem magis exhulcerat, erysipelas uero magis partem in tumorem attollit. Quemadmodum ipsomet Galeno sic scribente liquet. cum biliosus fluor decubuerit, qui exactus quidem est, cutem hulcerat:

2. progno. cō. 38. in fine.

li. de tumo. præter naturā 10. & 2. ad Glauco. circa prin. ibidem de tumo. præter naturā 10.

qui uero aquosa sanie, sanguineve mistus, minus est acer, magisq; in tumorem attollit partem, quàm hulcerat: hoc quidem erysipelas nominatur: alterum herpes. humorem uero qui fecit, & color & calor affectionũ indicat. Aduertant itaque, & aures arrigant stulti, qui caput Galeni de herpete esthiomeno loquentis, tam quoad ipsius essentiam, causasq́;, quàm etiam quoad curationem, cum Auicennæ esthiomeno, idest igne Sancti Antonii confundunt. Aequiuocum igitur nomen idipsum est apud Græcos atque Auicennam. Illi enim parui momenti morbum ostendunt, utpote quod cutim duntaxat, atque solam aliquando cuticulam corrodat: hic uero sæuißimum perniciosumq́; affectum, cui nullum (præter incisionem) præsidium adhiberi potest, indigitat. Tertium uero adiungitur æquiuocatũ apud Celsum Razemq́; (ut uidetur) diuisionum nãque libro, herpetis esthiomeni nomenclatura (prout ex ipsius met curatione iam elicitur) aptius apparet, corrodens quoddã hulcus intellexisse: quod genus græci nomas, phagedænasq́;: recentiorum uero nõnulli, Rasis iã uerba excribentes, lupum alio nomine, apostematibus connumerando, appellitant: perindeac Theodoricus, Rogerius, Gulielmus Placẽtinus. Quãquam innumeri fatui morionesq́; sint, græcorum herpetem ἐσθιόμενον, cum Auicennæ, ac Rasis

lib. 5. ca. 28. fer. 3. lib. diuisionũ cap. 134.

li. 3. cap. 9. tr. 2. cap. 6. li. 1. Chirurgiæ cap. 58.

ac Rasis, et Celsi esthiomeno, turpissimo, errore, confundentes, simulac præsidia ruditer commiscentes: quemadmodum Valescus fuit ille de Tharanto (Philonium cognominatur) atq; etiã Gordonius: Id quod quantam inducat, unà cum ægrotorum damno pernitieve, confusionem, quisq; consideret. Sed neque id solum: at innumeros esse errores, ob nominum, æquiuocationumq; inscitias pullulantes, proprio singulorũ loco, nostris in commentarijs in ipsum principem factis ostendimus. Hæc uero in tantum dicta sint: ut nugiuenduli conspiciant, uel in his quæ per se nota machinantur, tuto loquendum non fuisse. Haudquaquam tamen uolumus principem corrigere: si tertium corruptionis gradum, terminũve (si tamen ita est) uocarit. Dicata nanq; & propria eius significatio est, ut serpendo uicinas partes deuoret. Nil tamen ostẽdere aliud uidetur, quã eandem, quæ prius erat, inflammationem, hulcusve idem, eandemq́; gangrænam, & sphacelum uicinia permeare. Idcirco (ut Galeni dogmate liquet) nõ à substãtia indicatæ rei, sed ab accessorio prisci appellationem indiderunt: quia. s. serpendo exedat: ueluti νόμην quoque, alium quendam affectum omnes indigitant: à uerbo quod pascere significat: propterea quod pergere pascẽdo id uitiũ ab ægris particulis ad eas, quæ integræ sunt, soleat: atq;

lib. 7. cap. 24.
partic. 1. ca. 19. rubr. 4.
5. Meth. 4. uersus fines

barum ſemper aliquid ægris adijcere. Diximus uero (ſi ita eſt) quod.ſ. eſthiomenon princeps Arabum uocarit: Traducētis enim interpretis ve nomen eſſe poteſt: perinde atq; alias fortaſſe non ſemel conſueuit: latini nominis nonnunquā inopia, græcum apponere. ueluti qui græcum Galenū latine loqui cogunt, Arabicis interdum nominibus interpretādo abutuntur. Bellunenſis ergo corroſionem, eſthiomeni loco, habet: ueluti deinceps Ægyptiacū uocatum unguentum corroſionem prohibere manifeſtat: Similéq; nomine albucaſis quoq; uſus eſt: corrodentem nanque appellat. Quod tamen uerum ne ſit, quia arabicorum gloſſemata ignoramus determinaſſe non audemus. Aſt ad Galeni medicorum regis lares cōfugimus: Non ſemel aut bis auctoritatem cuiuis imponendi nomina præbentis, modo ſibi rerū differētias obſeruet. Ob quæ neq; Celſum quoque deturpamus, aliud eſthiomeni herpetis nomine quam ſuus (cuius interpres eſt) Hyppocrates acceperit, intelligentem. Tresq; hos omnes mortificationis gradus antea ſub gangrænæ nomenclatura coaceruantem. atque hanc ſub cancro, ueluti ſpeciem ſub genere, una cum eryſipelate, atque hulcera nigro collocantem. ſub cancro inquam, à græcorum tamē carcinomate diſtincto. Horū uero duntaxat (prout diximus) nominum genealogia à rabulis iſtis exquiſita

Lib. 1. cap. 54.

Lib. 5. cap. 28. ſec. 3.

Ibidem ca. 26, ſec. 26.

de q̄ carcinomate ibidē cap. 28, ſec. 2.

nunc est: quæ nostras aures magnopere offendit. De falsa enim equiuocorum compositione, locis proprijs, à nobis pertractatum est. Verũ enimuero non in hoc tantum huiusmodi fiunt (ut Galeni uerbis utar) nominum abusiones: sed in pluribus alijs, quæ per uitam sermone usurpamus. Quod maxime fit in ipsa arte medicinali. 1. aphoris. cõ. 14. post princip.

Quartus aduersorum error circa distinctionem physici à chirurgo.

Sed quoniã logiatros chirurgos, physicosq́; uulgo nuncupatos exequimur. Idcirco deridenda illorum uerba, notando, perlibrandoq́;, prosequemur. proh deum quis Atheniensium inconsultam temeritatem animo sufferre queat, dum ne chirurgos quidem duntaxat, sed artium & medicinæ doctores (prout huius æui moris est) ac magnificos, magistri nomen (secus quam omnipotens redemptor noster fecerit) respuentes (ille enim bene dixisse apostolis concessit, magistrum uocantibus) nuncupari audacter, atticoq́; uultu præcipiunt, utrarumq́; tamen expertes sunt, ac ueluti ad lyram abuti se habent. Nedum enim in medicis considerationibus, atque axiomatibus: uerum & in logicis quoque, ac puerilibus potius (in quibus præexercitatum

ſore Galenus nõ ſemel præcepit) impudẽtißime delapſos offendimus. Nanq; almam diſſecantes medicinam, duas eius eſſe partes aiunt, alteram quidem Phyſicam ab ipſis uocatam (quæ ſcilicet uictus medelatũq; rationi incumbit) alterã uero Chirapſiã. Hac uero ſectione iam poſita, deinceps bilingues inuenimus. Nõnulli.n. hæc ueluti diuerſa ſcientiarum genera ab inuicem ſequeſtrant: ita ut ſicuti phyſica nihil ad chirurgiam (ut opinantur) pertinet, neq; ad phyſicam chirurgia: nihilq́; alterius altera conſiderat, ita nec phyſicus debet ad manutigia, neq; chirurgus ad phyſica ſe intromittere. Quamobrẽ δὶς διὰ πασῶν inter ſe diſcrepare machinati ſunt. Dein uero ne incaſſum hæc ipſa protuliſſe uideantur. Aduerſus doctißimum, & philoſophũ, & medicum, ac noſtrum olim præceptorem uerba dirigunt: ipſum nanq; diu, atque à tempore quo è uulgaribus Italiæ ſtudiis in patriam reuerſus eſt eorum nonnulli ſeniores iam, ac ferè decrepiti, tanquam phyſicum, non autem chirurgum nouiſſe proferunt. Ex quo iterum conati ſunt inferre: chirurgicis hunc uel ſecantibus, uel adurentibus, aut quicquam ad manutigium ſpectans agentibus adſiſtentem, nullo pacto potuiſſe de his operibus recte iudicare: ac per hoc male quippiam fortaßis operantibus præcepiſſe. Satius igitur eſſe duxerũt, ſibi ipſis ueluti

chirurgicis (tametsi stolidißimis) quã illi tam docto & experto confidendum. Quidam uero hanc partem ab illa secernunt, tanquam subalternatam à subalternante scientia. Quamobrẽ chirapsiam subalternatam esse ei parti, (quam physicam uocant) ineptißimi opinantur. Ast uide quæsimus quam pulchre suam deliniãt chimeram ex uariis rebus fabulose cõfictam. Dii boni quis crederet, hos magnæ auctoritatis atq; gymnasii primos apud Cumanos reputari? Qui primas facillimasq; distinctiones abhorret, uero simile est et alias præsertim difficiliores ignorare. Quorum quidem inscitia uel error prima & præcipua causa est (uti Galenus ait) quare medici in ægrotantium curatione delinquat. In methodis enim logicis haudquaquam exercitati non secus ac imperitorum coquorum ritu (Galeno met auctore) non per membra incidunt, ueluti decens est, sed conterunt, collidunt, ac dilaniant. Nostrũ itaq; sit has partes ostendere: quò tanta totq; barbarorum ne dum in aliis, nominibusq; ferè omnibus: sed in rerum quoq; differentiis errata deleantur. Medicina ergo (ut hinc exordiamur) cum doctißimo latinorum, re, & nomine, celso, apud græcos aliquanto magis quam in cæteris nationibus exculta fuit: cuius quidẽ auctor Aesculapius ab Appolline (ut ex Galeno liquet) patre institutus: qui rudẽ adhuc

1. ad Glauc. post princ. & lib. quod optim' me. sit philosophus post princ. etiã 2. Metho. cap. 6. uersus finem.

In Prooe. 1.

lib. ad bonas artes.

exhortatorio post pri. & introdu. medic. 1.

& uulgarem, uel emperie quadam, aut casu fortaßis, uel exemplo, uel deorum relatione, aut quouis modo repertã paulo subtilius excoluit, adeo ut in deorũ quoq; numerum receptus sit. Cum uero fieri non poßit, ut idem incipiat, ac perficiat (Galenomet *auctore*) Idcirco *ne Æsculapium quidẽ fuisse perfectum uere dixit* Hyppocrates: *in multis enim recantauit: (cuiusque licet priuatim naturam ab eo ad unguem cognitam* Galenus *mente conceperit)* Quamobrẽ *huius, atq; podalirii, machaonisq; natorum sæculo (uti* Celsus *idem ex* Homero *testis est) duas apparet partes medicinæ solas esse tentatas: easq; uetustißimas, pharmaceuticam scilicet atq; chirurgicam.* Nihil *enim de diæta, quod effatu dignum sit, ad cnidiorũ quoq; medicorũ usq; secula* (Hyppocratis *testimonio) conscripserunt ueteres, q̃quã id magnũ esset.* Neq; *huius fortasse prolixum sermonẽ condere opus erat: cum neq; desidia, neq; luxuria priscos adeo uitiarant, sicuti deinceps corpora prius iam in græcia, deinde apud nos afflixerunt: scientibus ipsis naturale quadam, cõmuniq;, & usucapta continẽtia rationeq; semetipsos regere.* Adeo *ut* Hyppocratis *etiam æuo,* Et *si non tanta uictus continentia, non parua tamen adhuc perseuerarit: ob quam neque febre immunem rigorem* (Galeno *etiam præter ipsius uerba enarrante) conspe*

1. apho. cõ. 1. & 2. naturaliũ i fine epho. quodã ad Democritum circ. princ. In proœ. 1. circ. princ.

1. de ratiõe uic. i mor. acut. tex. 5.

lib. de inequal in tẽperie ca, 6.

xerit: ueluti neque ſpadones podagra laborantes, aut caluos factos, nec fœminas etiam, priuſquam mẽſtrua defecerint, uidiſſe, reliquis etiam cum antiquioribus, Hyppocrates fatetur. Quorũ nihilominus ſingula, tum à Galeno, tũ ab alijs ipſo recentioribus, perſpecta ſunt: quanquam ad Ariſtotelis uſque tempora, idem (quod apud priſcos uidebatur) protenſum adhuc fuerit. Adeoq; tamen ingluuies noſtris temporibus pergliſcere uiſa eſt: ut multiplex iſta medicina (Celſo etiã referẽte) neq; olim, neq; apud alias gentes adeo neceſſaria, uix aliquos ex bonis ad ſenectutis principia perducat. poſt eos uero Aeſculapii natos, de quibus iam retulimus, non nulli clari uiri medicinam exercuerunt: donec maiore ſtudio literarũ diſciplina agitari cœperit. Ex quo ante Hyppocratis adhuc ſæcula, ſapientiæ pars habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio, ſub iiſdem auctoribus (Alexãdro etiam teſte) ſcilicet hanc maxime requirentibus nata ſit qui corporum ſuorũ robora, inquieta cogitatione, nocturnaq; uigilia minuerant. Videmus enim (Aurelianus ait) ſtudentium corpora fieri tenuiora, limatione quadam animi, iugium cogitationum, atq; diſputationum. Eorũ uero qui ſegni, ac pigro ductu uitam trahunt, ſolidiora & pleniora fieri corpora, ob contrariam rationem: Ideoq; multos

1. de morbi uulg. cõ. 3. cõ. 22. 2. de differentiis febr. 6.
2. de ſymp. cau. 5. et ſæpe:
6. aphoriſmorum 28.
ibidem 29.
ibidem. 30.
x. colligit particula problema. 37.
In proœ. 1.

lib. de ſenſu & ſenſili commen. 2.

lib. v. chronið in fine.

ex sapientiæ professoribus, medicinæ peritos fuisse accepimus, clarißimos uero ex ijs Pythagorã, & Empedoclẽ, & Democritũ. Huius autem (ut quidam crediderunt) discipulus Hyppocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignus, Plynio quoq; (præter Galenũ,) cõprobante, ab studio, sapientiæ disciplinam hanc separauit uir & arte et facundia insignis: post quẽ Diocles Caristius, deinde Praxagoras, & Chrysippus, tũ Herophilus, & Erasistratus sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diuersas curandi uias processerint. Iisdemq; temporibus in tres partes medicina diuisa est: ut una esset, quæ uictu: altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. primam διαιτητικὴν, secundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν, græci nominauerunt: In tres inquam partes secta quæ operibus propinquior medicinæ pars est (θεραπευτικὴν græci quoq; uocant) Ad quã quidem, apud dogmaticos rationalesve, inuitis Methodicis, Thæmisone Laodiceo Syrio, ex Asclepiadis (à quo in senectute q̃dã deflexit) successoribus, Thessaloq; tralliano hanc sectam ab soluente, inuitis quoque ijs, qui se Empericos ex ipsa profeßione appellarunt, Serapione Alexãdreo, ea secta, ad quam quidẽ Philinus Cous, ante alios inclinauit, primitus florẽte, nec nõ Apollonio, & glaucia, Heraclideq; tarentino, ac cæ

lib. 26. capi. 2.

Vide cum Celso, auctorem introductorii capit. 4. & Plyniũ li. 26. cap. 3.

teris huiusce farinæ uiris, quattuor aliæ partes necessario (perinde ac nostro ex Galeno didicimus) ordinem habent: quarum quidem primam φυσιολογικὸν appellant, hoc est rerum naturæ contemplationem, eo tamen modo (prout ab eodem didicimus) quo ad medicum spectat. Secundam uero partem αἰτιολογικὸν uocant, causarum notitiam, affectusq; considerantem: quæ nanq; præter naturã sunt, morbos inquam, & eorum causas, ac symptomata perquirit: Tertiam ὑγιεινὸν dicunt, quæ uel præsentem sanitatem tuetur, uel quo minus corpora in morbos incidant, præcauet, aut conualescentes reficit. Quartam deniq; σημειωτικὸν nominant, præsentia, præterita, uel futura præsentientem. Primo igitur sæculo nec artis nomẽ, tam rudis erat, medicina sibi uendicarat, multo igitur aminus scientiæ physicæ naturalisve. Quod si artem nuncupare cuipiam placuisset, hic profecto neq; scientiam, neq; physicam adhuc dicere ausus esset. Donec hi uenerint, qui eam ita limare nixi sunt, ut sapientiæ partem (prout diximus reputarint. Quo quidem æuo totam physicam nominasse potuerant, scientiamq;. Nec alter (ut patet) quam ueluti pars à toto, chirurgia à physica distinguebatur. post Hyppocratis uero ætatem, ad nostra ubiq; tempora: licet à philosophia, nõ ueluti pars à suo toto, sed sicuti amo

Ex lib. de consti. artis Med. colligitur & clare in introduc. medicorum. 7

li. 8. de decretis Hip. & Platonis & sæpe.

do quopiam, ſatisq́; in proprio, (uti dicemus) ſubalternante, tota medicina diſtinguatur: optimus tamen medicus, philoſophus quoque (uelit nolit) eſſe debet. Qua de re tametſi medicina, ſcientia phyſica dici non poteſt. Ars enim (ſi Hyppocratis, Galeniq́;, Ariſtotelis, et Auerrois etiam dogmata ſectamur) non ſcientia eſt, nedum theorica. Medicum tamen omnem (ſi optimus exiſtet, dogmaticusq́;, nõ empericus, aut ſub theſſali ſtatutis amethodus) ſcientem phyſicum fore neceſſum eſt. Quo pacto nonnunquã (Auerrois quoq; documento) ſcientiam medicinæ, ſciens uero medici genus eſſe concedemus, tametſi nec medicina ſcientia ſit, neq; medicus ut medicus ſciens, uere proprieq́; loquendo, exiſtat. Nec ſolum, quas paulo ante numerauimus, quatuor partes habere, ad perfectionem ſatis eſt, ſed omnes therapeuticæ portiones, diæteticam ſcilicet pharmaceuticam, & chirurgicam pernoſcere operepreciũ fuerit. Quis ergo phyſicum uulgo nuncupatũ medicum (cum mancus ſit, utpote chirurgiam, quæ tertia eſt pars curatiuæ medicinæ, tertiumq́;, ut alij dicunt, inſtrumentum ignorans) perfectum cui nihil deeſſe debet, doctiſsimumq́; comprobaret? Quin ne perfectus quidem chirurgus eſſe poteſt, ſi reliquas medicinæ partes (uti uidebimus) ignorauit. Quas ob res ſi perfectiſsimũ eſſe medicum,

5: methaphyſicę cõ. 30. in fine.

doctißimumq́;, & optimum Ioānem Baptiſtam, uel alium quemuis confeßi iam ſunt, chirurgum quoq; (uelint nolint) neceſſario fateri neceſſe eſt, omnesq́; morborum ſpecies, ad ultimas uſq; pernoſcere, & earum curandi methodos callere: Niſi Iouem quidem phidias optime fecerit, illa autem quæ in ornamentum eius operis accedunt alius melius elaboraſſet (ut Quintiliani pulchro dicto utamur) aut oratore loqui neſciet, aut leuiores morbos curare non poterit præſtantißimus medicus. Ei uero quod iamiam à nobis determinatum eſt, illud minime aduerſatur, ſi nūquam uidelicet manuum operatione, uel utatur, uel uſus fuerit. Infortunium nanque non paruum medicina paſſa eſt: quò nedum in falſorū, ac barbariei mare naufragium fecerit, ſed ut tota in pernitiem ducta penitus rueret, omnis eius factio corrupta eſt olim nanque ipſimet medici manuum operatione, non tantum ſecando, urendoq́;, & cæteras idgenus operationes faciēdo utebātur: uerum ſeplaſearij quoq;, ac uenarum ſectores erant: ſua enim ſibi quiſq; medicamenta domi parabat, parataq́; obſeruabat: quibus obſeruatis ubi opus eſſet, pro arbitrio, & ægrotantiū neceßitate, uteretur. Quin & ſimplicia ſibi quiſq; uel ipſemet colligebat, uel nonniſi ab optimis, doctißimisq́; (non ut nūc ruſticis) pharmacopolis comparabat, ueluti

De lib. pictore phydia, necnon & alio uocato. praxitele galen⁹ meminit. 2. de potētiis naturalib. 3. poſt prin. 2: orato. inſtit. cap. 3.

Oblatiōis ſolutio.

Vt inepheso quodam ad crateuã herbarium patet.

crateuam sibi amicum, alioqui peritißimum cõciliauerat Hyppocrates. A quingẽtis uero plus minus annis citra, ab ipsis medicis, nõ sine ægrotantium (ut mihi uidetur) detrimento, ingentiq́; periculo, ad nõnullos hoc negotium deuolutum est: qui uel grammaticen, quin patrium interdũ sermonem penitus ignorent. Tres enim constituti sunt, parum ante doctißimi arabis Abẽxoatis ætatem, medicorum honoratorum ministri, perindeac ex ipsomet plures colligunt: chirurgici. s. seplasearijq́;, & barbitonsores, lapidesq́; ac testes incidentes, cæteraq́; id genus turpia, à chirurgicis etiam secreti, operantes. proh deum quot hominum pernities inducta est, propter medicorum huiusce tempestatis fumariam nobilitatem. Dimissa nanq; est chirurgia ignaris quibusdam Empericis, quorum quidem magna pars nedum quouis dogmate nuda est, atque his quæ ad artem spectant destituta. Sed in eo statu permanere gloriatur: Noluntq́; hi (se nihil ignorare opinantes) ac per hoc turgidi, & nauseam perpetuo paßi, nouum aliquod addiscere. Gloriabatur quidem (quamuis Thessalius fuerit asinus, ex Sorani discipulis Attalus, Galeno teste, Theageni philosopho Cynico curationem adhibens: quia nouum credebat se dogma, ueram medicinam consecutum: ex quo uix Galeni præcepta tolerauit, ipsi non minus quam asino fabu-

2. theysir. tr. 6. cap. 1. uersus finẽ.

ut. 13. Met. dist. 3. cap. 9.

lam narrantis, hi tamen ſtolidiſsimi, quæ noua ſunt omnia nouercale odio proſequuntur. Medicamentorum quoque compoſitionem rudibus quibuſdam cauponibus (ſic enim potius nominare ſum ſolitus) obmitti quis nõ generet? Haud hercle de omnibus loquor, at de pluribus: pauci enim ſunt aratores quamuis multi boues ſtimulent. Horum itaq; adeo creuit, non dico auctoritas: ſed arrogantia, atq; deſipientia: ut cuius uis quantumlibet famoſi medici ſchedulas, uel concinnare, uel addere, aut minuere prohibito audeant: ita ut quæuis paruula apotheca duos ſaltem habeat medicorum cenſores. Neq; id ſolum: ſed uel medici honorem, uel ægrote (quod maius eſt) uitam deſpicientes, ſuccidaneis (ἀντιβαλλόμενα græci dicunt) ſponte, marteq; proprio, non ſemel abutantur. Quid quod innumera, uel adultera, uel penitus alia, retinent medicamina? Agentes enim ipſi quoque interdum magnificos, ſibi miniſtros decernunt, (pharmacopolas inquam) qui quidem pro lucelli adeptione, oboli tantum fortaßis, mortalium uitam propriamq; animam floccipendendo, aliud pro alio (quid pro quo uulgo dicunt) antiquave & exoleta pro recentibus, corrupta pro integris, non ſemel afferre conſueuerunt. Nec etiam ſeplaſearij noſcunt, quod perditi illi omnigenarum rerum coemptores, (ueluti Galenus etiam affir 3. de compoſit. Med. κατὰ γένη poſt. princ.

mat) uariis modis ea contaminant. præstiterat forsan non hos solum, sed multo magis etiam mercatores, qui illa aduehunt incusare, atq; his multo magis ipsos herbarios, item nihilominus eos qui radicũ liquores, succos, fructus, flores, et germina, extra anni tempus, in urbes cõferunt. Hi siquidẽ omnium primi in eis dolũ exercent. Quo factum sit, ut cæci duces etiã magis cæcos insequentes, in ignorantiæ baratrum, magno cum mortalium damno pernitieq́;, plerunque mergeretur. Ortum quoq; iam est (ignoto abusus exordio) ut uenarum sectio non ad chirurgos: (hi enim nobiles quoq; agere, ac magnificos exorsi sunt, quasi ab eteobutadis genus duxerint) sed ad barbitonsores conuersa remissaq́; sit. Quibus me hercule, præter capillorũ, et barbæ locum, nullius est uenarum, neruorumq́;, & arteriarum posituræ cognitio: periandeac necessarium fore phæbo clarius est: ex quo pro uena, arteriam: & pro hac uenam, nec non pro harum altera, neruum punxisse, ad conuulsionẽ usq; non semel uisum est: ueluti non paucos, pro humerali axillarem, uel nigram, aut contra, aperuisse conspeximus. At ne carent quidem hi quoque superbiæ uehementia: ut inuitis medicis, alteram pro altera, modo sit inuentu facilior, dissecent. Antiquitus uero non hos: sed medicos uenarum incisores fuisse (chirurgos intelligo) ex

Galeno, & Aetio, apertißime elicitur. Hac igitur ratione, communem usum insequens, ne reliquis medicis uilior habeatur, noluit unquã proprijs manibus operari, oportet enim interdum, Galeno quoq; idem obseruante, morem patriæ obseruare, haudquaquam tamen ignorare. quem quidem usum & ipse quoq; insequi decreui (tametsi non minus huic medicinæ curatiuæ parti, quam diæteticæ, nec non pharmaceuticæ, noctu diuq́; toto pectore insudauerim) Hyppocrate præsertim docente, Galenoq́; post eum enarrante: quæcunq; manibus tractanda sunt, iis consueuisse oportere, peritiamq́; & usum simul parasse. Nam manuum usus doctor est maximus. Non ergo ualet: quia operatus nunquam fuerit, chirurgiam ignorasse: doctus enim esse potest practicus, ex sui quoq; principis documento, etiam si nunquam operatus fuerit. cum operandi peritiam habeat. quæ manu tractare uolentis iudicium dirigit. Et si ueluti exercitio manuum carens, prompte incidere, suereq́;, aut quoduis aliud particulare opus efficere non sic queat: Rectißime tamen alijs (operandi modum docendo) præcipere, medẽdiq́; methodos pernoscere, absq; dubio poterit. Huiusce autem negotii antiquus ipse arabs Abenxoar exemplum esse potest: ut qui nedum sympos, & electaria, uel oßium nexus, morbosq́;, ac naturam, circa quæ (ut ait)

5. meth. ca. 7.
lib. 15. cap. x.
6. meth. circa finem.
lib. de spiritalibus uentositsq́ flatibus post pri. 8. de anato. adm. post inicipium.
1. 1. doc. 1. cap. 1.
2. theysir tr. 6. cap. 1. uer. finem.

operari delectabatur edocuit: uerum etiam incisiones: cum tamen ipse nullam fortaßis manu propria effecerit. utpote pusillanimis existens. Inquit enim & quanuis operationes manuales omnes particulariter, integre, & perfecte cognoscam. Quia tamen ex sola uisione alicuius uulneris, animus meus debilitatur, adeo ut ad immensam syncopim deueniã: Ideo hunc tractatum abbreuio, prædicta particularia omittendo. Eum ergo perfectum physicum esse concludemus medicumve: qui præter cætera, & uictus ratione, & medicamentis, cumq; his necessario manuum operatione uti norit (& si operari se putet) Sed quid immoror? cõsideres quæso Hyppocratẽ, Galenũ, Oribasiũ, Paulũ, Aetiũ: inter Latinos Cornelium, Celium, Aurelianum: inter Arabes Razem, Auicennam, Serapionem, Halyabbatem, cæterosq; tandẽ, & Græcos, & Latinos, atque Arabes, tum ueteres, tum iuniores etiam doctores. Non ne huiusce tertiæ partis agnitionem nihilominus fortasse, quam aliarum quoq; habuisse. Quin & calluisse hanc offendimus? quæ licet uetustißima sit (uti Celsus ait) magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hyppocrate, quam à prioribus exculta est. Demum quo res hæc penitus elucescat: Ne perfectus quidem etiam chirurgus esse potest, cum ab aliis diducta, suos habere professores (Celso etiam

[Margin notes: 1. theysir. tr.2.cap.23 uersus finẽ — In procœ.7. libri.ibidẽ.]

etiam referente cœperit) si reliquas therapeuticæ partes non pernouerit. Non omnes enim qui habẽt cytharam, sunt cytharedi. Qua de re Galenus ita perpulchre inquit: optime igitur, uelut alia pleraq;, etiam in his permulti medici clarißimi dixerũt, medicinæ partes mutuã opẽ requirere: tum quæ manu, tum quæ medicamentis, tum etiam quæ uictu medetur. Ac sanè maxime illam, quæ manu curat reliquis duabus indigere: uictusq́; præsertim ratione, cui tantum Asclepiades (Celso Plynioq́; testibus) tribuit, ut sublatis reiectisq́; medicamentis: ad illam potius omnem curam suam transtulerit. Quam Galeni præscriptam sententiam introductorij quoq; libri auctor exscripsit. Rogitanti uero cuippiam: si mutuam opem requirunt, ita ut tã uocatus physicus, quàm chirurgus, triplici omnino parte utatur: quæ igitur reliqua est inter hos medicos differentia? Respondere cum Celso non difficile fuerit, sic scribente. Illud ante omnia scire conuenit, quod omnes medicinæ partes ita innexæ sunt: ut ex toto separari nõ poßint, sed ab eo nomen trahant, à quo plurimũ petunt. Ergo ut illa quæ uictu curat, aliquando medicamentum adhibet, & illa quæ præcipue medicamentis pugnat, adhibere etiam uictus rationem debet, quæ multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Tertiam quoq; esse medicinæ

Ibidem.

3. de compositione medicamentorũ secundũ genera.

lib. 5. circa princi.
lib. 26. c. 3.

cap. 8. in fi.

Dubitat.

Respõsio ibidẽ li. 5. circa prin.

lib.7. in prin.

partem (ut aliàs idem ait) quæ manu curet, & uulgo notum, & à me propositum est: Ea non quidem medicamenta, atq; uictus rationem omittit: Sed manu tamen plurimum præstat. De utrisq; loquor dogmaticis. Me nanq; haudquaquam latet huiusce tempestatis medicorum, atq; chirirgorum maximam partem, uel grammaticen ignorare: ut una emperie excepta, nil aliud præsentire uideatur. Vocati autem sunt (ne nomenclaturæ ratio prætereat) qui uictui medicamentisq; potius adhærent Physici, ueluti antiquitus absque ulla additione medici: Quoniam ueluti præscriptum iam est, atque in sequentibus repetemus, medicum optimum, physicum quoque philosophumve fore necessum est: atque hi præsertim qui longe clarißimi autores (ut eodem loquente accepimus) etiam altius quædam agitare conati, rerum quoque naturæ sibi cognitionem uendicarunt, tanquam sine ea trunca & debilis medicina esset. Deinceps uero quoniam naturæ duntaxat hi ministri sunt, quæ φύσις græce nuncupatur, à qua Physici nomen deductum est; ab eaq; tam uictus ratio, quàm medicamenta à medico ministrante oblata gubernantur. Illi uero quæ à natura quidem fieri nequeunt, operantes (ut incidere, suere, perforare, ligare, luxata reponere, cæteraq; id genus manuum beneficio duntaxat comparata)

In proemio lib. 1. circa princi.

Chirurgici ab ipsarum manuum opere, non Physici (cum natura in his factionibus nihil conferat) nuncupantur. Verum enimuero in hisce nominum quæstionibus, sophistarum more, immorandum minime censemus: satis enim superq; nobis erit his (pro philosophi Galeniq; decretis) iuxta plurium consuetudinem uti. transumptio namque nominis usurpati apud uulgus, facilior est (prout Auerroes etiam inquit) quàm fingere aliud nomen.

2. Topicorum 6. 1. de potentiis naturalibus circa prin. 2. de anima cõ. 62.

Quintus aduersorum error, circa proprium chirurgicorum munus.

Ad illud uero extemplo conuertemur, quod quidem à nonnullo se protochirurgum cuiusdam urbis, aqua cognomen suscipit, inscribente prolatum est: dum uoluit suam inscitiam, stupiditatemq; Thessalicã penitus præ se ferre: quã ne Mercurius quidem ipse (ut Galeni uerbis utar) cum musis sanauerit. Inquit enim, præter cætera, de phlegmone, gangrænaq;, item de erysipelate, nec non herpete, atque aliis omnibus præter naturam tumoribus determinare disputareq;, minime ad physicum spectasse: cum omnium id genus tumorum curatio ad chirurgicos (quorum propriũ munus est) remittenda penitus sit. Cuius porrò dicti occasione, quod nam

8. Meth. c. 6. in fine.

proprium chirurgorum, ut à physicis diducuntur, munus sit: quæve tertiæ duntaxat curatiuæ medicinæ parti attribuenda sunt, perquirere, superuacaneum non fore opinamur, Eoq́; magis quo celebriores, maiorisq́; momenti doctores, eandem in foueam, barathrumq́; incidunt. Quamobrem, recreandi saltem animi causa, illustrißime doctorum Mecœnas, quæ nobis hoc in studio Neapolitano obiecta, à uiro alioqui perdocto, (neque illorum instar uulgari, igni tamen, ferroq́; semper nobis minante) fuerunt: obiter intelligere non dedignaberis. Anno enim ab hinc tertio, cum illustrißima excellentißimaq́; domina Isabella de Capua, nostra tunc temporis Siciliæ proregina inuictißimiq́; domini Ferdinandi Consagæ, Mulfectæ Principis, Cæsareiq́; exercitus contra Gallos gloriosißimi Coryphæi consors, Mantuam itura me suũ medicum, tametsi indignum elegerit, diutiusq́; opinione nostra Neapoli cõmorati (ob excandescentem cœli feruorem) simus: interea philosophorum omnium, post Aristotelem, Spirarchus Simon Portius, tum scholasticorũ ferè omniũ, me (licet immerito) reclamantium strepitu, tum excellentißimi huiusce regni proregis, Cæsareæq́; maiestatis locumtenentis, domini Petri de Toledo; non minus scientiæ, quàm omnigenæ uirtutis iustißimi tutani ordine adstrictus: ut

cui totum huiusce almi studij onus non immerito commissum fuerat: adeo me pluribus diebus ne dum rogauit, sed (ueluti quamplurimis eo tempore aßistentibus liquet) obtestatus est, coegitq́;, sic (demum inquiens) uolo sic iubeo: quo scilicet theoricam nuncupatam medicinæ partem, ordinarie publicæq́; profiteri atque enucleare uelim: ut denique morem gerere, ancipiti licet animo, decreuerim: Eo mihi semper in memoriam reuocato persuadente, quod omnium uita miserrima est: qui ad alterius famem comedunt, ad alienum somnum dormiunt, ad alterius incessum ambulant: & amant, & oderunt ad alterius uoluntatem. Vix tamen assentire tali muneri uolebam, timens ne illustrißima domina nostrum discessum ægre ferret. Idoneis tamen medijs, reuerendißimo inquam domino Augustino Consaga regij Calabriæ archiepiscopo dignissimo. Cumq́; ipso à secretis proregis nuncupato magnifico Ioanne Magona, uiro alioqui excellentijs illorum gratißimo, supplicantibus, rationeq́; nonnunquam persuadentibus, hilari tandem uultu, promptoq́; corde, suum nobis maximum fauorem, quibuscunque in rebus oportuerit, offerens, ueniam residendi permisit: Modo ad Manfredoniam usque, ipsam natosq́; regendo, comitarer. Vnde alium sibi medicum, uirum quoque sibi familiarem, doctißimumq́; adepta,

triremibus Venetias uersus (Deo optimo maximo fauente) nauigauit. Ego autem, ijs recedentibus (ut promiseram) reuersus: consummatisq; iam eunti redeuntiq; decem & septem diebus, hominem quampiam proculdubio tum peripatetico, tum Galenico dogmate peritißimum, tametsi philautia quadam, sibi re longe maius opinio persuadeat, locum nostrum ui potius, quàm Principis, uel discipulorum uoluntate, occupantem offendi. adeo ut primum Galeni librum ad Glauconem exorsus, multa discipulis Paradoxa promitteret, si tamen ipsum potius insequi, eiusq; limina calcare decreuerint. Meq; interim deridendo lacerans, domi reclusum, futurasq; ordinarias lectiones præparantem, pro artis medicinalis interpretatione, fingebat: Adeo ut simulac Neapolim appulerim, meipsum populo ostendere, publicareq;, ac fide dignis etiam testibus peractum iter comprobare necessum fuerit. Deinceps uero à scholasticorũ cœtu nonnihil exordiri pluribus innumerisq; precibus adstrictus, pro maiori eorum fructu, eiusdem libri ad Glauconem dicati secundum, uel ipsorum plurimis efflagitantibus enarrare aggreßi sumus: quo utrunque librum, ante diui Lucæ festum, quo quidem tempore publica Gymnasia Neapoli principium sumere cõsueuerunt, intelligere commode queant. Ecce igitur

huiusce ualentißimi uiri rumorem strepitumq́;
ingentem, meq́; chirurgum multa cum derisione
appellantis, quia secundum Galeni librum ad
Glauconem, qui chirurgicus liber est, aggressus
sim. Cumq́; nil sibi strepitus comitiaq́; contulerint, desperans demum, nostram lectionem
auditurus accesit. Qua quidem expleta, duobus me hercule (ut opinabatur) Achille, atque
Hercule fortioribus argumentis, subridens, inuasit. quorum alterum ac primum fuerat, quoniam ex diuisione in principio secundi libri exhibita quòd scilicet inflammationis, hanc quidē
humidam, hanc uero siccam esse contingit: simplicem dari temperaturam Galenus innuebat:
quam deinceps positam Auerrois argumentis improbare conabatur. Nos autem prius, nihil
ad bachum facere, cum dixerimus: diuisum nāq;
genus, quod phlegmon inflammatiove est, de diuidentibus speciebus necessario prædicari debet. Haudquaquam ergo simplicem humiditatē,
uel siccitatem posuit, sed cum flamma admixtas.
Quin si Galenum paulo ulterius legisset, tale
(per Iouem) adduxisse argumentum, summopere puduisset: Humidam nanque phlegmonem,
quæ ex calida fluxione membrum occupante,
contingit, siue sanguis, siue bilis, qui defluxerit
humor extiterit, intellexisse subiungit: perindeac siccam quando nullo humore influente, ca-

2. colliget cap. 1.

lor naturalis efferueſcit. quod quidem uſque ad aliquid ueluti febris eſt membri: quum uero iam ad immoderatam caliditatem ac ſiccitatem peruenerit: Corruptio atque extinctio omnimoda fit. Quid ergo puluerem noſtris oculis offundere conatur: ſi trabem ſuis interpoſitam ſubſtinet? Quis enim utrobiq; flammeum calorem adiunxiſſe Galenum non aduerteret? Deinceps uero. dato Galenum ſimplicem expreſſiſſe intemperiem, ipſius met monumentis, cuncta friuola, betizantiaq; in medium adducta argumenta, citra ſudorem enodauimus. Quorum fortaſſe alias meminiſſe oportebit. Nunc uero ad ſecundum cuius ratione ſermonem hic introducere decreuimus, conuertamur. Quòd ſcilicet librum illum chirurgicum dicēdum: eiusq; doctrinam chirurgiam eſſe (nomen id ſignificatumq; ignoraſſe præſe ferens) propalauerit. Cui tamen celſus refragari, quin præceptor eſſe idoneus, hac in re, potuerit. Qui quidem Medicinæ in tres partes diuiſione præpoſita: in primis deinde
In proœ. 1. quatuor libris, de his malis corporis, quibus uictus ratio maxime ſubuenit: in quinto autem et
Vt in proœmio 5. ſexto, de alijs quibus quidem medicamentis magis medicina pugnat, locutus: tertiam eſſe denique medicinæ partem ſubiungens, quæ ſcilicet
In proœ. 7. manu curet, hanc in ſeptimo & octauo libro pertractandam reſeruauit. Quoniam uero in

præcedentibus, maximeq́; in quinto & ſexto libro, de uulneribus, hulceribusq́;, ac omnibus ferè præter naturam tumoribus ſermocinatus erat (quorum curationes chirurgicis ommißæ ſunt: Ambigere non temere quis poſſet, Celſóq; detrahere, qui quidem omnia ferè chirurgicorũ propria munera, ſub ſecunda medicinæ parte complectens, in quinto ac ſexto libro determinarit, pauperes denique chirurgos dimittens. Idcirco ſtatim ſubdit, dicens. Poteſt autem requiri, quid huic parti proprie uendicandum ſit? quia uulnerum quoque hulcerumq́; multorum curationes, quas alibi exequutus ſum, chirurgi ſibi uendicant. Ego eundem quidem hominem poſſe omnia iſta præſtare concipio: Atque ubi ſe diuiſerunt, eum laudo, qui quamplurimum percipit. Ipſe autem huic parti ea relinqui, in quibus uulnus facit medicus, non accipit: & in quibus uulneribus, hulceribusúe, plus perficit manu, quàm medicamento, credo: tum quicquid ad oſſa pertinet, quæ deinceps exequi aggrediar. De tumoribus ergo præter naturam omnibus loqui, de quibus libro ad Glauconem ſecundo, duobusq́; ultimis methodi medendi libris, ac his dicato opuſculo, de tumoribus præter naturam nuncupato, chirurgiæ pars non eſt, niſi quatenus ipſi perforatione, inciſioneúe, aut uſtione, ſeu quouis manuum opere indigent. Id quod lucidius patet

In proœ. 7. uerſus finẽ.

li. ſ. 5. & 6.

quoniam in quinto libro de simplicibus prius, dein de compositis omnibus medicamentis, ad bulcera, uulneraq́; , ac plures tumores commodis locutus fuerat, deinceps uero de ipsis met bulceribus, uulneribusq́; , itemq́; de erysipelate, gangræna, uenenosorum animalium morsibus, carbunculo, carcinomate, theriomate, sacro igne, bulcere chironio, alijsq́; ex frigore obortis, strumis quoque, furunculis, phymate, ac phygethlo; fistulis, meliceride, acrochordone, thymio, myrmecijs, clauo, pustularum generibus, scabie, impetiginibus, papulis, uitiliginisq́; tandem speciebus. Itemq́; in sexto de porrigine, sycosi, areis, uaris, lenticulis, ephelide, carbunculis, pustulis, bulceribusq́; oculorum, ac ijs quæ in aurem inciderunt, tonsillis, aurium bulceribus ac linguæ, parodontibusq́; , ac reliquis gingiuarum bulceribus, uua, cancro oris, parotidibus, umbilico prominente, alijsq́; extrinsecis omnibus obscænarũ partium morbis: Quorum omnium curatio chirurgicis duntaxat hodie dimißa est: ad quos tamen (ut chirurgici sunt) perindeac ibi, tam medicamentis, quàm uictus ratione posita est, minime pertinet. Eorum nanque munus circa prædictorum curationem est, ubi manutigio opus fuerit. Idcirco de horum quoque affectuum chirurgia, iterum libro septimo determinat, quemadmodum uidisse perfacile est. Quod si Paulũ

quoque uestigemus, discurramusq́; de prænarratis omnibus affectibus hic libro quarto eorumq́; curatione locutus, chirurgiam nihilominus ad sextum librum reseruauit: adeo ut bis de iisdem affectibus locuti sint: prius quidem ut ad physicos spectant: secundo autem ueluti sub chirurgicorum opere necessario incidunt. Quamobrem & mirabile non est, cum de calculo uesicæ ceruicem obturante, ac per hoc urinæ transitum impediēte, locutus fuerit, quassationibusq́; & fistulæ demisssione (cathæterismum uocant) aut incisione utendum præceperit, ad uolumen de chirurgia nos remittit, qui sextus liber est, Itemq́; de abscessuum curatione ad physicos pertinente loquens, medicamentis scilicet, uictusq́; ratione, explenda: denique his uerbis caput complet. Si igitur uel medicamentis uel sua sponte rupti fuerint, emoto medicamine curationem tentabis, parte iam pure uacuata: sin aliter accidat: aperire ipsum in eum modum oportet, quē in chirurgia explicabimus. qui locus duntaxat refractarios uiros conuincere sufficiens est: si nanque de abscessibus loqui chirurgiæ pars est eorumq́; curatio chirurgia, cur nos ad chirurgiam, distinctum curandi modum remittit? Quo etiam modo, de contusa carne, atque ecchymomate sermocinans, horum curationem, minime chirurgiam esse supponens, de unguium denique ui

lib. 4. cap. 45.

lib. 6. cap. 59. 60.

4. li. ca. 19. 6. 34.

6. 34.

4. cap. 30.

tijs in chirurgia determinaturum fusius pro-
lib. 6. cap. 85. & 86. mittit: id quod etiam libro sexto (qui chirurgi-
cus est) explanat. In secundo igitur libro (ut ad propositum nostrum conuertamur) Galenus, si (larua expulsa) contemplatus sis, nil de chirurgia, uel quamminimum tetigit: ubi scilicet de abscessus, sinusq; incisione, obiter paucissimisq; uerbis locutus est. Itemq; de gangrænæ scalpellatione, sphaceliq;, & caneri incisione, atque decenti exustione, quæquidem omnia, tametsi chirurgicorum munera sunt: quoniam tamen uix incidendi, comburendiq; modum ostendit, Idcirco aut nihil de chirurgia, uel quam minimum tetigisse prædiximus. Nec enim chirurgiam edocet, quum uel incidēdum uel comburendum præcipit. Sic enim plebei quoq; medicum adeunt, reponi sibi mēbrum iubentes (ueluti per
3. Meth. cap. 1. pulchre Galenus ait) aut os quod forte fractum est, formari atque componi, aut melicerida sibi tolli, perindeac ille qui corruptam manum habebat, albucasim adiuit, ut eam incideret, efflagi
li. 2. ca. 89. 3. de locis affec. 6. circa mediū. tans. Aliusq; Galeni tempore (ut refert) Alexandriæ existens rusticus, in uno manus digitorum ictus, ad medicum sibi familiarem percurrēs, præligatum iam in radice uersus palmam, digitum abscindendum præbuit. uerum quibus rationibus modisve incisiones uel exustiones fiant, id sanè plebei ignorant: Atque id est quod

à medico adijci debet: Quo enim pacto horum quodq; peragetur, id ſanè inuenire, medicinæ artis eſt munus. chirurgiam ergo tunc Galenus edocuiſſet, cum & incidendi modum, urendiq́; prolixius explicuiſſet: ueluti operandi modos. Celſi ſeptimus, & octauus. Itemq; pauli ſextus, Hyppocratiſq́; & Galeni de luxatis ac fracturis libri: quẽadmodum quoq; ſuendi abdominis modum aliquando, nec nõ excidentis omenti combuſtionem, ac fractorum oßium compoſitionem, craneiq́; demum fracti perforationem, uenarum quoq; arteriarumve inciſionem, myrmeciarumq́; (quas noſtri formicas uocant) extractionem. Cæteraq́; id genus manuum beneficio requirenda, pluribus in locis, oſtendunt. Quod ſi parum quid chirurgiæ, ſecundum ad Glauconem librum continere, permittatur. cum ab eo nomen ſuſcipiat (ueluti præſcriptum eſt) à quo plurimum petit: quoniam ex toto partes illæ tres ſeparari nequeunt. cur chirurgiam uolumus librum illum, qui nihil, aut minimum chirurgiæ cõtinet, nominare? Quod ſi medicorum introductorium opus, cũ de chirurgia loquitur, perſpexeris, eandem, ijs quæ dicta iam ſunt, ſententiã inueneris. Neq; ab ea receßiſſe arabum principem offendes: ſi totam ab eo deſcriptam in canticis chirurgiam contemplatus fueris. Sic deniq; totam albucaſis Conſtantiniq; Africani

Vide etiam lib. de medici officio. 6. Meth. cap. 4. ibidẽ ca. 5. ibidẽ ca. 6. 13. eiuſdem ulti. 14. eiuſdẽ, 17.

cap. 18.

In canticis canticorũ in quarta parte practicæ.

distinctam chirurgiam uidebis. nullibiq́; apud Galenum, uel Hyppocratem, eorum quæ determinata sunt, oppositum reperies. Nec illud interim ualere potuit, quod replicans inquit, ex medicorum abusu, ignorãtiaq́; motus: quod scilicet ea quæ secundo ad Glauconem libro pertractatur, curare chirurgici consueuerunt: igitur eorum tractatio chirurgia est: Nam pariter uenam incidere, quæ chirurgia est: barbitonsores consueuerunt, ergo ars barbitonsoria, non chirurgia dicenda est. Similiter stupharij cucurbitulis appositis, scarificant, sanguinemq́; extrahunt: ergo non chirurgia est cucurbitularũ admotio scalpellatioq́;, sed stupharia ars? deliria proculdubio responsione indigna hæc sunt. Ædificat ergo medicus ut ædificator, medẽturq́; rustici, ut medici, scalpellatq́; stupharius, ut chirurgus, febresq́; curat, ac phlegmonẽ uictu duntaxat uel medicamentis, absq; manuũ opere chirurgus, tanquam physicus: hicq́; nonnunquam uulnera suit, luxataq́; reponit, tanquam chirurgus. Sic ergo qui medicos expulerunt Romani, semetipsos deinde quibusdam regulis gubernantes medici euaserunt: præsertim Cato, qui commentarium (Plynio teste) sibi parauit, quo medeatur filio, seruisq́;, ac familiaribus. Qua ratione quoq; nusquam non esse medicinam Celsus exprompsit. Hippocratesq́;

Vide 14. Metho. 12. 13. 17.

li. 29. ca. 1.

In proœ. 1. li. in prin.

artem,& quidem magnam, medicinam esse,uel ex hoc indigitat,quando sanè etiam, hi qui eam esse non putant, per ipsam seruati apparent. Ast hæc parui momenti sunt: idipsum uero deridendum magis est,quod replicans subdit. Quæ ibi tractantur,unctionibus, emplastris, epithematibus,embrochis,cæterisq́; id genus omnibus curantur. Hæc autem omnia manibus fiunt,admouenturq́;. igitur eorum affectuum curatio chirurgia est. Sic enim tota medicina chirurgia esset,cibi nanq; ac potus, absq; manuum opere, nec fieri nec offerri possunt,eodem quoq; modo syrupi,electaria,medicamenta, catapotia,& demum cuncta quæ à seplasearijs parantur, manuum beneficio fiunt, ægrotisq́; uel sanis offeruntur. Morborum quoq; ipsorum omnium(qui à capitis uertice usq; ad pedis plantam,in tertio Pauli libro contenti, contingunt) curatio, chirurgia esset : cum in capitis morbis quibuslibet,thoracisq́;, ut pleuritide,peripneumonia, iocinoris flamma,lienis scirrho, uteri strangulationibus, arctuum doloribus, ac(ut summatim dicamus)omnibus, tam euidentibus, quam abditis uniuersi corporis affectibus, ut in ipsa etiam febre, epithemata,unguina, malagmata, embrochas,fotus,tum sacellis,tum spongijs,aut quouis alio modo,factos,applicemus, cunctaq́; non ore,aut pedibus,ast manibus(quæ organo-

lib. de arte post princi.

rum organa sunt) admoueamus. Nō omnis ergo manualis operatio chirurgia dicenda est: sic enim fabrilis, rustica, naualis, ac demū quælibet ars chirurgia essent. Verū quæ medicinæ pars extitisse supponitur, hæcq; non omnis, sed quæ circa corpus ipsum humanum operās, ferro, uel igne, aut quouis alio instrumento, uulnus facit, ossaq; luxata nec non fracta componit, tam ratione, quam experimentis fulcita. Quod si febrium curatio chirurgia nōnunquam indigeat, perindeac, uenæ incisione, scalpellatione, aliaq; id genus operatione. quia tamē ab ea minimum petit, plurimum uero à diætetica & pharmaceutica, idcirco ab illis potius nomen petere debuit.

Replica. Verum enim uero quo inuicti nomen sibi uendicaret, altius uocem eleuat, nouum medij genus extundens: quoniam si liber Galeni secundus ad Glauconem chirurgicus non est, necessario mancus diminutusve Galenus in eo libro foret: quia enim tres esse curatiuæ medicinæ partes prædictum iam est: in primo autem libro diæteticam Galenus, pharmaceuticamq; pertransiuit. Reliquum fuerat chirurgicam partem in secundo libro declarare. firmabatq;

Confirm. idipsum, quia liber hic ad Glauconem scriptus proportionalis omnino est ei, quem hieroni, atq; Eugeniano medendi Methodum dicauerat: ab eo duntaxat differens, quod ille liber ars curatiua

ratiua parua: quamobrem quæcunque ibi pertractauerat, hic etiam tetigisse (tametsi compendiosius) omnino debuerat. Quoniam uero liber ille methodi, secundum has tres partes ordinatus, completusq́; est: in septimo nanq; libro ad duodecimum usq; diætetică, pharmaceuticamq́; partem percurrit: in primis uero sex libris, duobusq́; ultimis, chirurgicam nobis enarrauit: Eodem igitur pacto & hic tres partes distinctas designare opus est: habemus autē duas in primo libro, reliquum ergo est tertiā in secundo libro demōstrare: N: diminutum dimittere Galenum nostro cum dedecore uelimus. Quibus quidem prolatis, ganniens ante uictoriam encomium canere occepit: ut illud Zenodoti in memoriam uenerit: Capra non dum peperit, hædus autem luditin tectis. Verum enimuero non uehementer admirari hominem nequiuimus. qui se ualentissimum philosophum ac medicum iactat res tamē adeo pueriles, suo doctissimo ore, protulerit. nullibi enim Galenus methodum, indicatione à tribus instrumentis sumpta, nobis demōstrare somniauit, sed à morbo: quem curare, detrudereq́;, tali methodo perquirimus. Id quod neque prospere cōsequi poterimus, ni morbi naturam speciemve cognoscamus: præposita igitur morbi definitione: (quemadmodum Platonis præceptum esse ait, non ad diuidendum modo quiduis,

Ad confir. Respon.

1 meth. ca. 3. inuitq; in 1. ad Glau. cap. 1.

ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis esse inchoandum censentis, sed etiam in omni disquirẽda re, eiusmodi semper principio utendum.) ipsum deinceps trifariam, iuxta rerum naturæ principia, atq; ea quæ naturam ipsam perficiunt, diuisit: longo interim examine destructis à metho dorum omnium phantasiis, primum itaq; morborum genus in intemperie positum, cui antiqua est appellatio, intemperies: Secundum uero in similarium partium compositione, formatione inquam, magnitudine, partium numero, ac positu. tertium denique in natura tum simplicium tum organicorum communi (quam unitatem uocant continuitatemve) cui morborum generi nomen Galenus indidit, continuitatis solutionẽ appellans. pluribus explanat: singula deinceps genera ad specialißimas usq; differentias, minutim distinxit, ut cuiq; morborum speciei, sua sit respondens methodi species. primum ergo morborum genus, suasq; singulas species, methodo curare septimo libro ad duodecimũ usq; perdocuit. Secundum uero in duobus extremis uoluminibus percurrit. Tertium autem in tertio, quarto, quinto, & sexto, methodis curare, ad minimas usq; species admonuit ab hoc sane tertio (ut inquit) genere auspicatus, quod & conspectius reliquis esset (à notioribus enim semper inchoãdum tota philosophorum schola reclamat)

lib. 1. & 2. meth. per totum.

2. ar. me. 4.

13. meth. in princ.

4. meth. 1. & 2. 6. in princ.

7. meth. ca. 2. in princ.

& euidenter omnes propemodum priores medicos, qui certa methodo artē tradere polliciti, à methodi nihilominus in ipsis curationibus deprehenduntur, cōfutaret. Ab ijs enim quæ obuiā promptamq; absurditatem exhibent, cœpisse præstat: (perinde ac antea quoq; prædixerat) quo eos, si fieri potest, ad ea quæ confusa magis sunt, intelligenda perducamus. In quorum quidem trium generum curatione, tribus nonnunquam prænarratis instrumentis, diæta scilicet medicamentisq;, & demum chirurgia indigemus. Nōnunquam uero duobus duntaxat, absq; manutigio, finem nostrum adipiscimur, quin interdum sola uictus ratione fœliciter sanitatem lucramur: adeo ut arabum quoq; princeps scripserit, quod non omnis repletio neq; omnis intemperies, suo curatur contrario, ex euacuatione, & oppositione: immo multoties sufficit multa regiminis bonitas, in repletione & intemperies. Qua quidem uictus ratione, quod quærimus perhibere nequeunte, ad medicamentorum usum peruenire necessum est. Ambabus uero satisfacere impotentibus, ad odiosos, in misericordesq;, ac tyrannos chirurgos cōfugere (uelimus nolimus) oportet. quæ quidem sic obseruare consueuimus: ut si quis phlegmone, uel erysipelate, aut herpete, carcinomate, bubonibus, tonsillis, hulceribusve ac demum quouis præternaturam

2. eiusdem cap. 4. ante med.

4. 1. cap. 1. in fine.

affectu correptus sit absq; chirurgicis (ne duobus frustra medicis ægrotum soluere, præsertim si pauper sit, condemnarimus, Nisi difficultas nobis obscuritasve quæpiam ad noscendum affectum insit. quo casu plures aduocare medicos (Hippocratis etiam præcepto) necessum est, tum uictus ratione, tum medicamentorum usu succurrere methodis enitimur: cum uero incisione, aut cauterio, uel alio quolibet manutigio opus fuerit, chirurgum accersiri præcipimus. Sic igitur (si recte perlibraris) nullum uolumen chirurgiæ dicatum inuenies. Ast quatuor in partes cum totum methodi medendi opus distinguatur: prima est in quarta morbi definitionē, diuisionesq́; omnes, aduersorum à methodorum reiectis opinionibus, uestigat: quibus deinceps præfinitis inprimis duobus uoluminibus. In tertio quarto quinto & sexto uolumine, quæ secunda pars est: tertii morborum generis, continui uidelicet solutionis species omnes declaratas, tum uictus ratione, tum medicamentis, atq; etiam, quoties oportuerit, manutigio (ut abdominis uulnera, fracta ossa, craneumq́; curabat sanguinis interdū mißione, incisa uena, utens) pluribus methodis curare nos docuit: quæ nihilominus pars quia minimum à manuum opere petit: idcirco neq; nomen suscipere ab eo potuit. In tertia deinceps primi morborum gene-

lib. de præceptis.

lib. 6. cap. 4. 5. & 6.

ris species enucleatas, diætetica, pharmaceuticaq́; methodice curare docet, q̃ minime autē manutigio, aut uenæ duntaxat sectione scarificationibus've aut cucurbitulis, uel frictionibus, adeo ut multo minus à chirurgia pars hæc petens, nomen suscipere debuerit: cum præcipue non incidendi scarificandi've aut fricandi modum (ut antea diximus) edocuerit. In quarta demum parte, quæ duobus ultimis uoluminibus perficitur, secundi generis morborum species pariter iunuentas medicari, uel diæta & medicaminibus, uel tandem (si hæc nō suffecerint) chirurgico opere nos monuit: perindeac in phlegmone, quæ ex uenenosorum animalium morsu oborta cauterijs quoq; crustam efficere nonnunquam admonuit. Venasq́; aut arterias incidere in oculorum fluxionibus, uel etiam uinculis ligare: uarices quoq; simili manuum opere curare nos docuit. itemq́; cācrum, anthracem, formicasq́;, chirurgia curabat: pro quorum atq; aliorum chirurgicis methodis unicum duntaxat commune caput libro decimoquarto conspicimus. quoniam uero & hic plurimum ab alijs, minus uero à manuum opere medicis petit, Galenusq́; huius minimum sermonem habet: Idcirco etiam, & chirurgiæ nomen suscipere non debuit. In libro uero ad Glauconem, Tameti compendiosam curandi methodum pertractare

13. meth. dist. 2. cap. 3. in fiue.

Ibidē dist. 3. cap. ult. 14. eiusdē cap. 9. 10. &. 17. cap. 13.

Ad argu.

uelit: quæ iisdem definitionibus, diuisionibusq́; suppositis, quæ in primis methodi medendi libris demonstrata sunt, exordium sumit secundũ tamen morbi genus in intemperie positũ (cuius species una febris est) præcæteris examinare decreuit. Quoniam in febribus ipsis Glauco præcipue curandi artificium habere cupiebat. qua etiam ratione à febribus initium sumpsit, non à continui solutione, tanquam notiori, quẽadmodum Hieroni atq; Eugeniano scribẽs, exorsus erat. Quoniam uero febres ipsæ duplices existunt: uel enim ex humorum putredine accenduntur, & ab hoc ipso nominãtur simpliciter febres, & sunt non accidentia casusve morborum, sed ipsi morbi, uel ex inflammationibus fiunt, & ueluti quidam casus partium laborantium sunt, quorum causa morsus magna ex parte ab instrumento patiente denominatur, phrenitis, aut peripneumonia, aut pleuritis uel aliquid tale. quemadmodum pluries à Galeno perlegimus. De primis ergo febribus in primo libro: de Secundis uero. libro secundo ad Glauconem scribere Galenus uoluit. Cumq́; de tumoribus præter naturam meminerit, nedum calidos ostendere, qui febrium causæ sunt, uerum et frigidos quoq; obiter attingere sibi placuit: è cuius quidem sermone, secundum quoq;, ac tertium morbi genus curandum elicimus, cum uel ipsæ

Vt 8. met. 1.

Vt. 1. ad Glauco. 2. in princ.

1. ad Glau. 3. in fine. & 4. in princ. 4. aphoris. 66. 73. & 7. 42. & li. de mor. differẽtiis ca. 5. ante me.

phlegmon, atque omnis tumor per ſe nedum de prauatam cõpoſitionem, ſed intemperiẽ quoq;, ac cõtinui ſolutionẽ includat. In quorum deniq; curatione uictus rationem, medicamentaq́;, ac (ijs finem nobis donare non ualentibus) manu=tigium quoq; nonnunquam uſurpat, perinde ac ex prænarratis, ſole clarius eſſe, uel cæcis ipſis, opinor. Quod ſi chirurgiam penitus Galenus in eo libro omiſiſſet: Quo nam fœdere, quo pacto, contractuve, nobis omnia, omnibus in locis de=clarare ſe obnoxium Galenus effecit? ut diminu tum (ac ſi oſtenſurum cuncta in libri exordio promiſerit) imperfectumq́; nuncupantes con=demnauimus? ipſomet alias docente, nugacitatis potius quam doctrinæ proprium id eſſe? Aſt hæc obiter intantum dicta ſint. occaſio nanque præceps accelerat, ut iterum ad ſyrbenæ chorũ conuertamur. 1.prognoſt. ult.cir.pri. cõmen.

Error ſextus de ſubalternatione chi=rurgiæ ad alteram medicinæ par tem quam phyſicam uocant.

Quod enim diſcutiendum reſtat illud eſt, quod ſimia caudata Paradoxologa ſuis cum ſe=quacibus protulit, ſubalternam ſcilicet eſſe chi rurgiam alteri medicinæ parti, quam phyſicam uocant: quin utrãq; naturali philoſophiæ ſub=

alternatam esse, a se inuicem nihilominus multum different (bilinguues enim ueluti prædictum est, inuenimus) qui deinceps de eadem sub alternatione sermonem repetens, subalternatã

1. poste. tex. 30. in fine. esse chirurgiam geometriæ, ipsomet ex Aristotele, cõclusit: adeo ut certißimam esse perfectiorem q; scientiam, alia parte, quæ abditas interiorum partes cõtemplatur, cum præcipue mathematicæ scientiæ reliquas certitudine superanti subalternata sit. Verum enim uero res met ipsa loquens, sensus etiam expertibus, horum, suiq; præsertim capitis cercopitecistoliditatem præ se fert. Quis igitur moscho bæothicum canẽti, uel aures præbere, uel nonnihil respondere decerneret? Ni morsus, uehementerq; (uti nos ab ipsis fuimus) irritatus, ut silere ipsis mordentibus nequeat. Vbi chirurgicos physicis medicis subiectos, ac ueluti seruos famulosq;, qbus ut imperitis macellarijs, histrionibusq; (ueluti plurimi sunt) nobiliores physici doctioresq; maxima ex parte existentes, imperare, ueluti reges suis subditis, ac mãcipiorũ ritu, pertremiscẽtibus cõsueuerunt, dixisse animus fortasse impellebat: dialecticus tamẽ uideri cupiens, qui uix Æsopi fabellas perlustrauit, subalternatam chirurgiã physicæ, naturaliq; philosophiæ ac geometricæ scientiæ, extra chorum, determinasse uoluit. Quam perfecto (ut utilius quippiam tetigisse

hic obiter non tædeat) chirurgiam ei medicinæ parti, quam physicam uulgo nuncupant, subalternari neutiquam dicimus: uelut cuiq; manifestum esse opinamur, neq; ab ullo unquam, quem uiderimus præscriptum. Si nanq; ad totam comparaueris medicinam, una ex ipsius partibus integralibus proculdubio existit, non alia scientia, neq; igitur illi subalterna: sin uero ad reliquas medicinæ partes retulerimus, pharmaceuticam inquam, & diæteticam, ad quas & aliæ præcedentes ordinem habent: Nec illæ huiusce partis principia demonstrant. Neq; huius subiectum sub illarum subiecto capitur, cum idem utrobique subiectum sit primum, attributionis inquam uocatum, sanitas uidelicet arte comparanda, eademq́; materia substantiuumve secundum, corpus humanum arte sanabile: Sed neque accidentalem hæc differentiam in subalternis (prout uidebimus) necessariam super illis connotat, uerum instrumenti duntaxat, haud Methodorum, diuersitatem, essentialiter ab illarum partium instrumentis, quibus patrare sanitatē enitunt, differentijs. propria nanque essentia à medicamentis, uictuq́;, manuū quæuis operatio superius enarrata distat. Sed ne philosophiæ quidem naturali (quam proprius physicam uocabimus) speculatiuæ theoricæve uniuersim existenti, uere subalternam esse quam plurimi ad= Vt pl⁹ quā com. l. cō. x. & Zimara theo. 77.

mittunt, totam etiam medicinam, quam proprie artem, nequaquam uero ſcientiam, niſi cõmuniter cum Galeno, Hyppocrate, Ariſtoteleq́;, & Auerroe, (ut græcos omnes interpretes omittã) confitemur. artem inquimus mechanicam, cæteris licet, ſubiecti nobilitate, excellentiorem: ac per hoc uix practicam, ſed factiuam, reſarcitiuamve potius totam: nullatenus uero theoricam
li.29. ca.1. (Clinicen Plynius, alectis, quibus curandi ægrotantes incumbũt, appellat) Multo igitur minus hi naturali philoſophiæ chirurgiam ſubalternam eſſe concedant. De propria uidelicet ueraq; loquentes ſubalternatione tunc enim (ut aiunt) ars factiua à ſcientia pure theorica accidentali duntaxat differentia differret. Niſi prout totius quidem medicinæ nedum chirurgiæ prima principia (pro philoſophi decretis) ab illa ſuperiori exiſtente quodam modo probantur: phyſici nanq; intereſt (ut ait) initia morbi
lib. de ſenſu et ſenſi. li. cap. 1. ualetudinisq́; cognoſcere, ac tradere. Sub philoſophia enim ſub quodam quaſi tutore, ac patrono poſitam & conſtitutam medicinam arbitrari nos admonuit (Alexandro, enarrante)
ibidẽ cõ. 2. Ariſtoteles: quippe cum hæc illi ſua principia, ſuaq́; fundamenta, quẽadmodum geometriæ, ars de perſpiciendis uidendisq́; (ut aiunt) lineis, uel arithmeticæ, diſciplina de temperandis contentibus, uel Aſtrologiæ gubernandarum nauium

ſcientia, receptum referre debeat. Dixi uero nō ſimpliciter, ac quodammodo à ſuperiori ſcientia ſubalternæ principia probari, Nam alia ratione principium ſit artis, inclinatione ſcilicet ad opus, alia uero in ſcientia ſpeculatiua, ut concluſio, ſimpliciter demonſtratur. Quo etiam pacto dicebat Auerroes quod dum ſumit perſpectiuus præmiſſas geometræ, & utitur eis in ſua ſcientia, præmiſſæ ſunt accidentales, ex quo illa prædicata uerificātur de lineis inquantum ſunt lineæ, non inquantum ſunt lineæ radioſæ. Subiectum uero, ueluti ſpeciem ſub genere, ſub philoſophiæ naturalis ſubiecto, nequaquam, ſubalternarum more medicinam capere aiunt, accidentalem ſcilicet conditionem tantummodo adiungentem: quæ alterum faciat, ueluti uiſualis lineam, ac ſonorus numerum alterum reddit: aſt aliud profecto conſtituit. Eſt enim ſanitas, quæ medicæ artis ſcopus eſt, non à natura ſeruata, effectave, ſed arte, corpusque humanū, quod ſubiectum ſecundum medicinæ (ut in quo ſanitas) exiſtens conſideratur, ſi uidelicet ſanum eſt, in præſenti conſtitutione conſeruabile, aut (ſi ægrotum ſit) ad priſtinam incolumitatem reducibile, non quidem abſolute ſimpliciterq́;, ſed arte. Idipſum uero hac ratione perpenſum, arte inquam mobile, in fieri conſiſtit, ſub noſtro (ſi Ariſtoteli confidimus) arbitrio contin-

In quæſitis ſuis ſup logicis q̄ſito quinto poſt prin. in magnis cōmētationibus.

6. ethicorū cap. v.

gens, principiumq; in extrinseco operante obtinens. Quod autem à Physico consideratur, necessarium est, non contingens (prout sub scientia cadit) aliter se habere, factumq; , & in seipso motus atque quietis principium continens.

Vt etiā xi. methaphy. ca. 6. i. physic. i. &. 71.

Quorum porrò sic tenentium opinionem, uelut i euidenti ratione munitam, nosipsi aliàs insecuti fuimus. Deinceps uero exquisitius perlibrantes. cum omnes subalternarum conditiones in medicina reperiri aduerterimus, ipsam (tametsi ars mechanica est, non scientia) philosophiæ nihilominus naturali subalternam esse, tuta fronte, propalabimus. Aristoteles enim (ut hinc exordiamur) subalternas uocat perspectiuam geometriæ, machinatiuam mechanicamve stereometriæ: armonicam arithmeticæ: apparētiamq; , eorum uidelicet quæ apparent à nautis habitam obseruationem, astronomiæ: In his autem quinque conditiones reperiuntur, quas ubi in medicina quoque ad philosophiam inueniri demonstrauerimus: nulli dubium fore opinor, illi subalternam dici posse. ne tam sæuiter nostræ arti detrahamus, ut à sapiētia prorsus disgregemus. illi nanque subalternam ponentes, nedum ab ea fauorem suscipere, sed saltem redolere quadantenus philosophiam ipsam suspicabimur. Prima igitur subalternarum conditio à cunctis admissa hæc est, ut subiectum sub

i. post. 30.

illius ſubiecto, ueluti ſpeciem ſub genere, uel ipſum met fortaſſe ſuperioris ſubiectum capiat, contractum tamen, additione differentiæ, ad naturam materiamve determinatam cõtrahentis, perindeac uiſualis lineam, ſonorusq́; numerum cõtrahit. Quam quidem (prius quàm ultro progrediamur) in medicina quoque perſpicimus. Siue enim corpus mobile, ſiue ens mobile, ſeu res ſenſibilitatis, aut quouis alio nomine dictum philoſophiæ ſubiectum ſit, nulli dubium corpus humanum ſanabile ſub illo capi, quod quidem medicinæ ſubiectum materiale, quẽadmodum & illud naturalis philoſophiæ exiſtit. Sin uero formale illius duntaxat ſubiectum, obiectumve ſcopon græci uocant, latini uero, atque Auerroes etiam intentionem ſumpſerimus, quod rerũ ſenſibilium cauſa eſt, ſeu natura ipſa motus & quietis principium exiſtens: Medicinæ quoque obiectum ſcopusve ſanitas ipſa eſt: quæ naturæ ſpecies (Hyppocratis præſertim, Galeniq́; ſententia) eſt motusq́; & cuiuslibet actionis in corpore uiuentis principium exiſtens: ſicut enim Commentator inquit, ſubiectum iſtius artis, hoc eſt ſcientiæ naturalis, non ſunt niſi res ſenſibiles, ſubiectum dico ſecundum quod transmutantur per ſe: ideſt ſecundum quod habẽt de ſe principium motus atq; quietis (materiam inſimul, formalemq́; & obiectiuam rationem ſubiecti

In proœ. 1. phyſicorũ circ. princ.

nobis ostendens) ita & huius artis, hoc est medicinæ subiectum est corpus humanum, secundum quod transmutatur ad sanitatem per se, idest secundum quod habet de se principium sanitatis, & motus ab ægritudine in sanitatem, & quietis in illa, adiuuante tamen arte: cum omnium natura operatrix sit, medicus uero minister: ex quo contrahens quoq; conditio patet, ut scilicet non corpus humanum sanabile, à medico consideretur: cum id philosophi munus sit, uerum artis adminiculo: cōtractum: in hoc enim ab aliis factiuis artibus quas prænarrauerat Galenus medicinam distare ait, quod plurima naturæ operanti subministrat. Secundam uero 2
conditionem logici omnes addunt, ut quod à subalterna scientia subiecto adiungitur, alterius ab eo generis cui additur, existat. qua de causa, de speciebus, differentijsq; diuisiuis superioris, sciētia subalterna de superiori habitæ scientiæ dici non potest. Quam porrò conditionem medicinæ quoq; adesse luce clarius est, artis nanq; subministratio opusve, à naturæ opificio, perinde ac ars à natura, extranea sunt, diuersorūq; generum: Neq; ab illo subiecto ars ipsa fluit ut 3
propria illius paßio: quemadmodum tertiam requiri à subalternis conditionem asserunt. Quid 4
uero si quartā à doctißimo, ingeniјq; perspicacitate, sua tēpestate: nemini secundo, Magistro

lib. de cōst. art. med, in fine.

I. posterior. cap. 13. i fi.

Thoma de Vio, elucidatam ſubalternarum con ditionem perpẽdamus? Hanc quoq; me hercule in medicina repertam offendimus. quæ quidem eſt ut inter id extraneum, quod ſuperadditum eſt, atq; id, cui adiungitur, connexio talis fiat, quo unum per ſe, unitate inquam rationis formalis, quauis in ſcientia neceſſaria: ſubalternæ ſubiectum reſultet. per ſe inquam ad primũ per ſe exiſtendi modum reducibile (tametſi primum eſſe exquiſite modum calumniantes (ut noſtrum eſt) negligimus) idipſum duntaxat omnino aſſerentes, ſub utriuſq; ratione additi uidelicet atq; eius cui additur, ſubalternæ ſubie-
1 ctum fieri poßibile non eſſe. Sic enim unica formalis ratio obiectiua in una ſcientia non eſſet.
2 quod abſurdißimum à philoſophis omnibus, logicisq́; reputatur: Sed neq; prout tertio fortaſſis cõiungantur. tunc enim neq; ipſum aggrega-
3 tum, neque partes eius ſubiectum ſunt. Minusq́; ut unum per accidens fiat, quemadmodum homo albus, cuius cum definitio eſſe nequeat, nec ſcien-
4 tia quoq; aßignari poteſt. Sed neq; ut unius ratio per ſe attingatur, alterius uero per accidẽs, tunc enim totum aggregatum minime ſubiectũ
5 eſſet. Reliquũ eſt igitur, ut unum per ſe ex ſub iecto & addito fiat, quod deinceps ſubalternæ ſubiectũ reſultet: unum inq̃ ob formalis rationis aggregati unitatem: quoniã quod additũ eſt il-

lud cui additur in ſua ratione recipit tãquã per ſe ab illo dependens: perindeac muſicus nec numerum ut numerum conſiderat: neque ſonum ut ſonum. primum nanque arithmetici: ſecundum uero philoſophi munus eſt: ſed numerum in ſonis, hoc eſt ut facit ſonorum differẽtias: uel proprius loquẽdo, ſonũ, ut proportionalẽ ſecundũ numerũ. ubi numeralis proportio, ſonori rationẽ ingrediẽs formalis cõſiderandi rationis unitatẽ cõſtituit: ſic de linea et uiſuali cõtẽplandũ, alijsq́; omnib. in ſubalternis cõſideratis: ut quæ diuerſi generis ſun t, ſub unica ratione formali obiectiua cõgregentur. Id quod in omni ex rebus diuerſorum generum coniuncto inueniri nõ poteſt. In medicina igitur (ſi exacte perſpexeris) quartam quoque hanc conditionem extundes. quod enim philoſophiæ medicina ſuperaddit, ars eſt: illa enim ſanabile corpus uiuens humanumve conſiderat: ſanabile inquam per ſe, principio motus atq; quietis intercluſo: medicina uero corpus humanũ ſimiliter eodẽ principio ſanabile contemplatur, artis tamen miniſterio. Hæc igitur ars quæ illi adiungitur, unica ratione formali congregatur, nec enim ſanabile per ſe medicus conſiderat (id nanq; philoſophi munus eſt) nec artis opus per ſe: tunc enim ſanitatis effectiua medicina eſſet, non minus quam archarum effectiua fabrilis, ac domus ædificatoria

toria à quibus tamẽ artibus plurimum distare Galenus asserit: cum ibi ars quod nõ est efficit, opusq́; totum contingens iam existens, principium in ipso artifice penitus obtinet, hæc uero quod est iã prius à natura factum, ubi lacerum est corrigit, principiumq́; primum non ipso in artifice, sed in ipso sanando habens. haud enim ueluti caligarum ars resarcitiua est medicina, in qua artifex ipse unus operatur, sed naturæ plura iam operanti, illa duntaxat subministrans est, ministrans autem ministrato correlatiuum suppositionis, uti seruus domino, est: in huius itaq; ministrantis ratione uelis nolis illud correlatiuum (ut omnium huiusce farinæ necessarius mos est) natura inquã ingreditur. quod ueluti causa etiam, principiumq́; primum totius operis in ipsa arte includitur. Sicut ergo in sonori ratione numerus numeriq́; proportio, ueluti principium per se ingreditur: Sicut etiam in ratione uisualis linea: pari ratione in artificialis sanitatis ratione, naturalis ipsa sanitas, naturave seu naturæ hoc est temperamenti proportio, in qua sanitatis forma (uel Auerroë comprobante) consistit, necessario ueluti principium, per se cõcluditur: Medicæ nanq; artis scopus est sanitas, non simpliciter (sic enim philosophi quoq; scopus est, tanquam res naturalis) ast sanitas artificialis, quæ quidem (perindeac prædictum est) eadem est, ab ipsaq́; met intrinseca natura motus & quietis principio existente, artis

lib. de cõst. art. medi. post. princ. & in fine.

Vt in pñtis Aristo. cap. de relatiuis & porphy. in p̃di cabilib⁹ ca. 1.

2. de anima 143. 7. physicorũ. 17.

tamen subministratione cōparata, quemadmodum quoq; sonus numerum determinat, eiq́; ratio est qua à musico numerus perpenditur: sic artificiale sanitatem naturalem iam determinat, ratioq́; iam illi est, qua quidem à medico quoque consideretur. idemq́; in agricultura, nec non arte chimica, eiusdem naturalis philosophiæ respectu, contemplandum, ut pariter medicinæ, subalternæ illi computentur: Neq; his dißimilem subalternationis modum nauigandi ars (quam practicam ex Galeni diuisione nuncupabimus) Astronomiæ retinet, quam proculdubio inter subalternas Aristoteles expressit, naturæq́;, ac uarijs uentorum generibus astrorum uarietate commotis, uernulam ministramve nuncupare nos possumus. Ex hac uero quarta nuper ostensa subalternarum conditione, quinta oboritur à philosophorū quoq; spirarcho nonnunquā expressa, quod huius uidelicet subalternæ scientiæ principia, à superiori, demonstratione propter quid, concludantur. Quia enim quod additum est, ab eo cui additur dependet, illudq́; huius principiū est, illud uero à superiori scientia subalternante dicta, cognitum demonstratumq́; est: idcirco non temere subalternæ principia à subalternante demōstrantur. Nulli uero dubium remanere, hanc etiam in medicina reperiri conditionem, opinor: modo semel Aristotelem perspexerit, physici esse sanitatis ægritudinisq́; prima principia uestigare, propa=

Lib. de cōst. ar. med. ca. 2. in princ. nullū. n. op⁹ post actionē, ut factiuæ ostēdūt. 1. poster. 30 Ibidē. 1. s. posterio. Et li. de sensu & sensato cap. 1. de medicina.

de sensu & sēsato ca. 1.

lantem. Non temere igitur Alexander ita medicinam philosophiæ, sicuti musicam arithmeticæ, perspectiuamq; geometriæ subiectam computauit. Ibidē 1 cō: 2. post med.

Ad argumentum Zimaræ secundum.

Haudquaquam uero ex ijs quæ determinata iā sunt, sequi dicendum est, medicinam quæ ars est, accidentali duntaxat differentia, à superiori cui subalternatur pure theorica ab Aristotele posita, differre. Quoniam si ex subiecto atque addita conditione, unum per accidens, sicut ex homine & albo, fieret: tunc accidētaliter tantū differre sciētias, ambas, quēadmodū homo, & homo, albus, pronunciandum proculdubio foret. Quoniam uero ex illis unum fieri per se, ostensum iam est, unamq; rationem formalem, à ratione formali superioris scientiæ obiectiua distinctam. Idcirco secundum diuersas rationes formales obiectiuas, & non per accidens, scientiæ (superior inquam, subalternaq;) distinguuntur. Qua quidem ratione, nedum quæ prædictæ sunt, uerum etiam sciētiæ, de homine, ut homo est, ac de homine albo sub unica ratione formali qua album, formaliter etiam differrent. Alia igitur est ratio formalis numeri ut numerus, ab arithmetico cōsiderata: aliaq; soni ut sonus à philosopho perspecta: Alia uero numeri ut sonorus est, ut unum uidelicet formaliter cum sonoro fit. Sic 6. meta. 2.

alia quidem ratio formalis ſanabilis, ut ex ſeipſo ſanabile eſt, perindeac à philoſopho intelligitur aliaq́; ſanabilis arte tantum, ut quæ à ſtatuario fit in fracta ſtatua alia uero ſanabilis artis miniſterio: pariterq́; ſanitatis ut ſanitas, atq; eius ut artis adminiculo fit. Scientias autem iuxta diuerſas rationes formales obiectiuas conſiderandi, à ſeinuicem diſtingui, luce clarius eſſe, tã philcſophis, quam logicis arbitramur. Deinceps uero, tametſi prout ſola ſub arte cadit: ſanitas, in fieri, ſubq́; noſtro arbitrio contingens, atq; in artifice principiũ obtinens eſt: ut tamen ſub ratione formali quam diximus, artis ſcilicet naturæ tanquam primo principio miniſtrantis, præexiſtẽs iam actu eſt, tametſi nonnunquam lacera, naturam, ut primum motus principium, obtinens, neq; ut aliarum artium obiecta, noſtro ſub arbitrio contingens. fieri nanq; non poteſt ut omnes in ſanitatem ægri perducantur: quæcunq; enim naturæ uel per ſe, uel artis adminiculo poßibilia ſunt, ea medicus patrabit: fruſtra uero tertium ethicæ febris gradum, firmatamq́; hydropiſim, ac reliqua id genus curare tentat: ubi natura quidem ſuperata refragari amplius morbo nequit. Quod ſi nonnulla ab arte fieri dicantur: quæ à natura fieri nequeunt: quemadmodum ſexti digiti abſcißio, aniq́; imperuij perforatio, cæteraq́; id genus: Ad perfectam nihilominus eius loci (ubi quidem detruncatio, ſeu forame nfactum eſt) ſani=

Ad aliud Argu. Zimaræ.

Vt libr. de ar. & 1. pg. tex. 3.

tatem, si recte perspexeris, naturæ opere, siue magno siue paruo, necessario indigemus. Verum enim uero de his in tantum obiter hoc loci dictum sit. In artis namq; medicinalis elucidatione (Deo optimo maximo fauente) plura, pro huiusce rei enucleatione, quæ opponi possunt cuncta dissoluentes, longiori sermone, magisq́; ex proposito disputabimus. Idipsum uero interim pernotasse opus est, negasse potius Aristotelem medicinam geometriæ subalternam esse: tametsi cuiusdam conclusionis propter quid ab ipso geometra mendicet. quemadmodum nec astronomiæ subalterna dicenda est, quanuis ab ea crisimorum dierum (Philopono etiam declarante) propter quid, efflagitet. 1. post. com. 65. in fine.

Apologia.

Si quis autem nedum hæc (quæ ad logicos remittenda potius sunt) uerum & uocabula subalternantem, subalternatam, plurimaq́; id genus, ueluti parum latina reprobarit, ac per hoc molestare nos quadantenus intendat: Galeni clyppeo nos tutabimur, non esse nobis futurum sermonem dicentes ad eos qui latine loqui cupiunt, uel græce, sed ad eos, qui medici uel physici nomen adipisci, uel adeptum iam conseruare desiderant: Quando etiam si quis solœcismum committens nominet, ad rei scientiam nihil id afferet incommodi (Galeno ueniam 1. meth. ca. 5. uersus fi. & .7. aph. 58.

1.de pot.na. cap. 1. & 2. meth. ca 1. in fine. In proœ. 1. circ. med.

præbente)modo, de qua re nomen pronuntiet, clare explicet: in hoc enim præcipua doctrinæ uirtus perfectione consistit, quasiq; meta (eodem docente) in omniũ nominum usu spectanda semper est. Morbi .n. (perinde ac empericos recte dixisse apud Celsum legitur) non eloquentia sed remedijs curatur. Quæ si quis elinguis, usu discreta bene norit, hunc aliquãto maiorem medicum futurum iudicabimus, quam si sine usu linguam suam excoluerit. Contingit ergo non ex nominum (uti Galenus ait) sed rerum recta opinione ipsa, commoda morborum curatio. Qua de re cum hæc (ut dictum est) se ita habeant (Galenus idem alibi refert) si quis causam singulorum inuestiget, aut curationem, officium medici ille, simulq; operæpreciũ fecerit. Quærere uero quo quodq; dictorum nomine appellet, haud dum medicinæ interest, alioqui tamen res cognitu est necessaria, ubi alios docere instituat legere. Nã ad morbos quidem in ægris cognoscendos nobis, & futura præsagienda, uidemus nominum exactam rationem nihil referre. Quando uulgus non ex his de medicis existimat: uerum cum à sanguinis missione conspiciat ægrum cõmodius habere, cibumq; in tempore sumere (Nam uel de hoc potest plebeius, quum uidit, iudiciũ facere) deinde non statim cibum accessionis principium excipere: Sed longiore post tẽpore, tum medicum collaudat: Iam etiam si frigidam eum porrexisse, lauisseq;. Itaque febre

1.Meth. 7. ãsus finem.

1.de morb. uulg. cõ. 3. cõmento. 5. ante med.

„ ægrotum liberasse cernat, continuo illum suspicit.
„ Sic etiam, si quid de sequentibus prædicat: profecto
„ hæc illa sunt, quæ illustrant prorsus & uere medi-
„ cum. Sophistes uero dum de uocibus & significatis
„ contendit, tempus corrumpit & suum, & discipu-
lorum. Atq; hæc sit nobis quidem, toto in hoc opu-
sculo, penes hanc accusationem, unica apologia.

Septimus aduersorum error de his quæ medico tum physico tum etiam chirurgo ad perfectionem necessaria sunt.

Ad insanum uero illum protochirurgum reuer tamur: qui quidem præ cæteris chimæricis phantasmatibus, hæc subdit: tum uidelicet physicum medicum, tum etiam chirurgum duplicem esse posse: alterum scilicet doctrina præditum, alterum uero huius penitus expertem: perindeatq; non paucos, uel grammaticen ignorantes, utriusq; professionis inspeximus. Additq; insuper (& hoc peius est) cum ipse unus ex doctorantium collegio illius publici studij sit, quam plurimis doctoratus insignia, ueniamq; medendi huiusce classis, inscijs hominibus dedisse. Quos tamen experimentis quibusdam diuturnis duntaxat perfectos existimauit. Expertum nanq; ac senem fuisse satis est, doctrina potius ad speculandum à particularibus operibus diuertente: quæ quidem minime (inquit) medendo, sed dispu- 1.4. tr. 1. cap. 1. ante med.

tando necessaria est principis dicto, rudibus omnibus, studijq; laborem abhorrentibus fauenti innixus, quũ ait: Verum occupatio in huiuscemodi contradictionibus est id quod non confert in scientia medicinæ aliquid, sed facit medicum procedere, ex arte sua, ad inquisitiones, quæ fortasse impediunt ipsum ab arte sua. Procedamus ergo secundum id quod consuetum est. O Galene, artis nostræ nedum consulte, sed leges cõstituens imperator: quid si e manibus resurgere tibi liceret; tam fatuis dictis, dementijsve aduersus monumenta tua, quæ me dico simpliciter necessaria sunt, ostendentia, prolatis, responderes? inimicos enim tuos, & quos tantopere cõtempsisti commendari (uelimus nolimus) aures nostræ percipiunt, Empericos inquam præcipue, rudesq; et à methodos senes, quos hi practicos (practici nihilominus nomenclaturam minime intelligentes) aperto ore uocitant. doctrinaq; & quauis ratione nudos in medicorum & physicorum cathalogum aliquando etiam perfectorum impudenter admittunt. Dixerint saltem reperiri tales, qui se medicos uenditent, ac ueluti carbone annotandos postergassent: uerum posse iam esse ac tãquam idoneos collaudantes approbarunt: plurimosq; tandem huiusce farinæ medicos (si tamen, uenustatis gratia, literam addidisse uel n, uel liquidam .r. non curamus) uenia donasse, & ueluti ad curandum suffecientes comprobasse confitentur. tanquam hic

l.4.tr..1c.1. ante med.

aut ibi uelut in Parnaso noctes paucas somniasse sit abunde: haud enim aliter quàm canes è nilo bibunt, & abeunt, in hominum pernitiem tam uanum (ut Galeni uerbis utar) adepti: Quin, Hippocrate medicum naturæ ministrum nuncupante, tantum abest ut à iusta naturæ ministri appellatione denominentur, ut etiam maxime contrarium nomen (Galenus ait) magis conueniat: inimicis uidelicet, & naturæ ipsius, tum ægrotantium hostibus iure appellatis: cum non secus quàm ij qui aleam iaciunt, ægrotantibus remedia afferre consueuerint. adeo ut plus periculi ab ipsis suaq; medicina, quæ unam cum morbo naturæ reluctatur, quàm ab ipso morbo naturæ potius, ac fortunæ remisso insurgat. Superuacaneum uero licet sit in his increpandis immorari, cum actum iam de eis sit, ac reprehensione maxime digni existentes, alienam tamen confutationem minime expectantes ipsi semet ipsos (ut Galeni Hippocratisq; uerbis utar) redarguere, ac irretire uideantur. dum præcipue doctum ab ignaro, idiotarum instar, ut Hippocrates refert, distinguere nesciunt. Qua de re semper ab omnibus deridendi, quicunque in eos, de ijs litigantes inciderent, adeo indelebile malum est, eluiq; nō petens, ac scabie (uti perpulchre Galenus ait) quauis ad sanandum rebellius. Verumtamen pro his qui non adeo insanæ mentis sunt, incorruptoq; phātasmate priscorum dogmata rimari lætati fuerint,

3 meth. 7 in princ.
1. de morb. uul. com. 2 tex. 51.
1. de diebus decretorijs c. 11. uersus med.
1. de morb. uulg. com. 2 com. 50.

lib. de morborū differētiis ca. 5. &. 2. meth. cap. 4.
Primi de natura hominis tex. 2
1. de rōne uic. in mor. acu. tex. 10.
1. de pot. naturalibus 13. ante med.

circa ea, quæ quidem medico cuiuis cognitu ad perfectionem omnino necessaria existunt, quadantenus nostro cum Galeno speculandum est, patrophiloq; totã, ex finis notione, artem ab ipso medicorum Imperatore collectam, oretenus etiam perdiscente. Ex finis inq̃ notione per resolutè (prout alias inquit) acquisita: cuiuslibet enim artis constitutionem à finis notione proficisci (eodem teste) omnes ueteres philosophi dictitant, atque huius ignorantia per multos uarie errare facit. Quid ergo (ut hinc exordiamur) aliud est medicinæ finis, quàm sanitatis adeptio possessiove in corpore humano? Qua de re hanc efficere uel resarcire uolenti per artem medicam corpori nostro dicatam, necessarium proculdubio est, ueluti & ipsius domus ædificatori, totam corporis nostri constitutionem resolutione factam ex anatome pernascere (φυσιολογικὸν hanc medicinæ partem Græci appellant.) Fit autem ipsius corporis in parte dissolutio, cuiuslibet uel simplicis uel instrumentariæ partis substantiã perlibrando, nec minus formationem, numerum, magnitudinem, connexum, itemq; & usum, ac duplicem (quo ab ædificatoribus differamus) actionem: cuius etiam actio partis sit prima principalisq; ac perse, cuius uero per accidens, & quæ usum simplici primæq; parti exhibent. Disquirenda enim hæc omnia perpetim sunt, nec refugienda, si corporis uel sani uel ægri peritiam cupiamus assequi. Sunt

li.1.ar.med. in prin.

li. de const. art. med.c. 1.in fine & 1.meth.c.7. post med. Ibi.ca.2.& 3.& li. hæresũ initio.

De cõst.ar. med.ca.3.

Ibidẽ.ca. 4 ibidẽ ca.5.

Ibidẽ.ca.6

ergo præsertim quatuor quibus uirtus aut uitium constructionis instrumētalium cognoscitur: formatio scilicet, magnitudo, numerus, & situs. Quibus additur & quintum hoc est unitas, uel eius diuortium solutione tam simplicibus quàm organicis cōmunis. Simplicis uero cuiusq; particulæ naturam, præ cæteris considerare neceßitas expostulat. Si modo harum integritatem, ac uitium pernoscere, nec non affectus corrigere proposuerimus: ueluti perlibrandum quoq; est, poßit ne pars aliqua (perinde ut in domo contingit) alterius uice restitui, an minus. Adhæc multo magis an unaquæq; similaris & simplex sensu particula una sit, an ex pluribus composita: & quem nam compositionis modum obtineat. Inuenireq; deinceps etiam ac perpendere necessum est, quales nam primariæ ac simplicißimæ particulæ existant. quo perfectior exquisite resolutio fiat. primum nanque (Philosophus ait) in minimis natura cuiusq; inspicienda est. Quatuor ergo ex elementis, non uno secundum speciem (cuiusmodi Epicurus, Democritusq;, ac Leucippus, nec nō Asclepiades atomō idest indiuiduū) statuemus. multoq; minus uno secūdum numerum (quale tum Anaximander, tū Heraclitus, Thalesq;, & Anaximenes posuerunt) Atque his partibilibus, contra Anaxagorā Empedocleq;, compositas cōmixtasq; cum Hyppocrate prius, Aristoteleq; deinceps atq; Galeno ipsum enarrantibus sentiendum. Nonnula

Ibidē, c. 7.

Ibidē, c. 8.

1. œcono. ta in princip.

las quarum partium, ob innumeras, quæ fieri possunt, elementorum temperaturas, sensus expertes, aliquas uero sensitiuas. atq; harum hæc magis, hæc uero minus, nisi stupidissimi fuerimus, compertum denique habebimus. Ex quatuor inq̃ elementis inuicem se contingentibus per calidum, frigidum, humidumq́;, & siccum, contemperatis: hæ nanque saluantur ueluti eorum uirtutes (iuxta philosophi, & Galeni quoque ipsum enarrãtis decreta) sunt enim hæ quatuor duntaxat actiuæ qualitates, totam substantiam per totum alterantes nouamq́; speciem (prout sæpe Galenus affirmat) constituere ualentes. cæteræ uero differentiæ (utroque ipsorum, Aristotele inquàm Galenoq́;, teste) has quatuor insequuntur: perinde ac grauitas leuitas, densitas raritas, asperitas lenitas, durities & mollities. lubricũ, & aridum: grossum, & subtile: & reliquæ deinceps (præter has quas tangibiles qualitates nuncupamus). pro illarum igitur diuersa proportione diuersa quoque, temperamenta, uel simplicia, uel composita, ac per hoc diuersæ proprietates omnino resultant: iuxtaq́; horum symmetriam uel ametriam, quasi dicas commoderationem, & immoderationem, sanitas uel morbus fit: ex quorum utrorumq́; notione primum exordium distinctio sumet. Atqui totam integramve sanorum morbidorumve corporum scientiam tunc habebimus quum ipsi materiæ speciem formamve indiderimus, quippe non

de cõst. art. med, cap. 9

1. de generatione. 84. et 2. de partibus animaliũ. c. 1. circa prin.
1. met. 2, uersus finẽ & & lib. 1. de elemẽtis in fine.
3. met. c. 3 uersus finẽ &. 3. de locis affectis 6. &. 1. art. med. 18.
2. pigenese os c. 2. &. 2. de partibus c. 1. in prin.
1. de elementis cap. 14.
de cõst. art. med. ca. 10.

ibidem. 11.

ſolum medici eſt cognoſcere ſingulas partes ex humido, frigido, calido, ſiccoq; mixtis prouenire, uerum particulatim quoque ipſas inſpicere, quæ nam ſcilicet oßium temperies ſit, qualis carnium, neruorum, uenarum, aliarumq; ſimplicium omnium, ſimiliter & inſtrumentariarum, quæ cuiusq; ſit ex ſimilaribus compoſitio, ueluti manus, cruris, iecoris, thoracis, pulmonis, cordis, cerebri. Quæ ipſarum quoq; dignitas, uel poteſtas aut principatus. Tres *enim pro indiuiduo, quatuor uero pro ſpecie neceſſariæ principes partes.* Tres *præcipue facultates,* Natura *uidelicet cum animabus.* Regitur *enim quoduis animal (quẽadmodum* Galenus *inquit) anima, & natura.* Tres *quoque ſpiritus, duo quorum influentes, uitales ſcilicet, atque animalis: ille à corde: hic autem à cerebro.* Tertius *autem hecticus cuiq; ſcilicet particulæ, ac preſertim (ut ueriſimile eſt) cordi innatus.* Tria *nanque (prout idem ait) ſubſtantiam noſtram compleuerunt, ſpiritus, ſanguis; ex quo carnoſæ partes, et aerea ſpermaticave humiditas, ex qua ſolidæ conſtitutæ ſunt.* Nec *itaq; neceſſario ſpeculanda, ut uitæ prius cordisq; cuſtodia (cum ſit utriq; operi, conſeruationi ſcilicet & curationi communis) deinceps cerebri, ac 3. iecoris præcautio ſeruetur.* Eadem *ratione haud ſatis eſt ſimpliciter genera: & differentias morborum cognoſcere, ſed etiam quomodo hi ſingulis partibus accidant.* Quæ *ſi fecerimus nõ ſolum ſpeciatim ſa-*

1. naturaliũ, in princip.

1. aphor. 15. 9. met. 3. & 3 art. med. 84.

Ex 9. met. 10.

num ægrotumq́; corpus cognoſcemus, ſed ex tota ſubſtantia: quæ utriſq;, tum ſpecie formave, tum materia eam ſuſcipiente conſtituitur. Quis igitur ab exacta elementorum, quatenus præcipue ad medicum ſpectat, temperaturarum, humorum, ſanguini ſcilicet, pituitæ, nec nō utriusq; bilis, corpus noſtrum (iuxta Hippocratis dogmata) conſtituentium, & nutrientim. Membrorum præterea utrorūq́;, et eorū ſtructuræ quæ per diſſectionem habetur: ſpirituum, uirtutumq́;, cum ſuis actionibus, operibusq́;, ex quibus quidem (uti Galenus aſſerit) deprehenſæ ſunt, cognitione, excuſari poteſt? ſi rationalis medici nomenclaturam, uere meritoq; adipiſci deſiderat? Conſideremus uero deinceps quæ ab antiquo ſene præſcripta iam ſunt, cum inquit. Medicina eſt adiectio & ablatio, ſiue (quod idem eſt) additio & ſubtractio: quæ quidem definitio nedum à Galeno, ſed ab introductorij auctore, mirum in modum præ cæteris comprobatur: additio quidem deficientium, ſubtractio uero ſuperantium. Qui autem id optime facit, medicus optimus eſt, qui uero ab hoc plurimum abeſt, plurimum quoq; ab arte medica recedit. Aſt quis optime facere poteſt, in rerum naturæ cognitionem prius, præ cæteris habuerit? Naturalibus enim antea cognitis (ueluti perpulchre introductorij etiam auctor exprompſit) ea quæ à naturali habitu recedunt, nec aliter cognoſcere queat, neceſſe eſt. Nam præter il-

Li. 1. de natura hominis. tex. 18. et ſequētib. & lib. 2. de elemētis ſecundū Hip. cap. 1.
1. de poteſt. naturalib. cap. 4.

Li. de flatib. circa prin.
Li. met. c. 12. & 1. eiuſdē. cap.
In introdu. medicorū. 6.

Cap. 8. in princip. & fine.

lorum naturam morbi consistunt: Ex quo nec in sanis (ut idem ait) sequundam ualetudinem tueri, neque in ægris morbi originem, siue causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, neque curationem admoliri recte poßis, ignorans quibus elementis cõstet, & quomodo his immutatis, à natura quam prius obtinebant, morbi innascantur, ni uel à methodorum uel empericorum chimericas phantasias insequamur. Qui uero et omnia quæ secundum naturam sunt (perindeac medicorum phæbus ait) & præter naturam, diuisionis recto artificio complectitur, atque ab omnibus sufficientes sumit indicationis: hic solus (quantum humanis uiribus permittatur) medendo non errabit: illos quidem quorum hic habet notitiam, melius curabit, quàm alios, ignotos uero proxime illis, quoad fieri poterit, ad sanitatem perducet: si quis enim primum distinxerit eã secundum ætates differentiam, deinceps autem eam quæ secundum temperaturas, atque potentias, ac cætera quæ in hominibus insunt, colores dico, atque calores, habitudinesq́;, exercitia, atque animi more, his quoque adiunxerit eam quæ maris à fœmina differentiam: & quæcunque ad regiones & temporum pertinent status, aliasq́; eius qui nobis circunfunditur aeris constitutiones recto modo distinxerit: hic ad propriam laborantis naturam agnoscendam proxime accedet. Prædixerat uero hæc antiquus senex, qua de re magnam huiusce artis par-

1. ad glau: 1. uersus finem.

li. de diebus. iudicatoriis in prin.

tem esse arbitratus est, de his quæ recte scripta sunt, posse considerationem facere, ac iudicare. Qui enim hoc nouit hisq; utitur, magnopere decipi, aberrareq; minime posse uidebitur. Non temere igitur opusculum Galenus ædidit, cui titulus inditus est, & quòd optimus medicus idem sit & philosophus, probatq; idipsum, quod ex titulo præ se

9.meth.ca. 4.

fertur. Ex quo (ut ipse met inquit) non sic fuit ratio nostra, ut uulgi medicorum, contemptis bonis moribus, excogitatæ sapientiæ magis, quã ueræ innitentis, Haud enim heri uel nudiustertius: sed statim ab adolescentia philosophiæ studio capti, primum nos ad eam contulimus. Mox patris euidenti insomnio moniti, ad medicinæ studium excolẽdum uenimus: ac per totã uitam operibus, magis quàm uerbis, utrique studio incubuimus. Quo minus mirum est, si in quo tempore alij totam urbem salutando lustrant, & cum diuitibus cœnant, ac eosdem comitantur: hoc omni sedulo nos laborantes, primum quidem omnia, quæ à ueteribus pulchre sunt inuenta, didicimus. Mox eadem opere tum indicauimus, tum exercuimus. Ad hanc uero philosophiam cum medicina capessendam grammatice imprimis necessaria, ueluti ædificio fundamentum, est. Multos .n. errasse uidimus, quando cum eis non est ars pro-

1.art. med. in prologo com. 10.

pter defectum grammaticæ inquit (præter experimentum) haly rodoan. Ad hac uero & logica adeo nos urget, ut sine ea nil boni penitus fieri queat.

Ast

Aſt quid opus eſt uerbis (medicorum rex protu= lit) quòd etiam hic dialecticæ uſus magnus eſt: ut ex quibus quid colligitur palam comprehendas: nec ſophiſmatibus, aut ab alijs, aut abs te ipſo circum= ueniaris. Quoniam interdum nobiſmet uel inuitis illudi uidere licet. Logicas enim methodos ignoran tes medici non ſolum in hoc maxime peccant (alibi narrat) quòd finibus proprijs excedant, ac fœde in rationibus hallucinẽtur: ſed etiam impoßibile eſt exacte aliquod dogma citra logicam ſpeculationẽ cõſtituere (prout exẽplum eſſe poteſt, qui Athenei Attalei de quatuor elemẽtis ſententiam docere Ga lenum alioſq; condiſcipulos conabatur) paruus au tem error in principio (philoſopho etiam teſte) in fine maximus efficitur: ita quoque Galenus inquit, Exiguus error in his quæ inter initia logicæ ſpecu lationis traduntur maximorum errorum occaſio fit: fortaſſeq; omnibus quæ uel in cunctis artibus, uel in uitæ actionibus, perperam geruntur ſophiſ= mata ſuccedunt: firmauitq; iterum ipſius logicæ ne ceßitatem in libro artis medicinalis quum ſenio iã confectus erat: ultra quòd in medendi methodis, ali biq; ſæpenumero, pro his qui artem medicam per= fecte aſſequi deſiderant, ipſam demonſtratiuam methodum exoptarit. Quamobrem fugiendos eiuſ modi homines præcepit qui demonſtrationis ſcien= tiam ignorant, tanquàm baratra, ſecum enim quã= doq; ſibi adiunctos trahunt demerſum, aut prorſus

Lib. de ſectis, tex. 19.

2. ſimpl. medic. 3. ante med.

1. de elemẽtis. cap. 10.

1. de cœlo, tex. 33.

1. de tẽper. c. 5. ỹſ. me.

Li. 3. cir. fi.

Lib. de conſtit. art. me. c. 9. in fine.

contaminant, nisi satis fuerit quis in logica contemplatione exercitatus. Omitto quæ ab Aristotele, Simplicio, Boetio, Auerroe, cæterisq; omnibus tam Græcis, quàm Latinis, arabibusq; ipsius dialecticæ necessitas exprimitur. Satis enim nobis erit, (medici cum simus) regis nostri auctoritatem habere. Opere prætium quoque à uetustioribus esse dictum est geometriam simulatq; arithmeticen perdiscere. quamobrem et ipse Hippocrates Thessalo suo filio præconsulit, in his circa initia uersari, quēadmodum Galenus etiam ipse de his sæpenumero sermonem habuit doctum se, exercitatumq; circa easdem bona fortuna sibi contingente, sub patre in teneris adhuc annis, extitisse testificans. Nec minus astronomiam (iudiciariamq; præsertim necessario requirendam affirmant. Inquit enim ipse Hippocrates, uir præcipuus, ac in rerum scientia admiratione dignus (auctore libri de infirmorum decubitu referente) Quicunque in medicina se exercent, eius autem philosophiæ ignari sunt, quæ docet dare iudicia de rebus à natura earum desumpta (physiognomoniam uocant) horum animus in tenebris perpetuo aberrans fatigatus consenescit. Subditq; deinceps, non solum non recte agere huiusmodi homines, sed etiam plurimum decipi dicit Hippocrates. Ait enim eorum animum errore confici, ac defatigari qui usum phisiognomoniæ ignorant. Cum autem maxima pars astrologiæ, ad eam quam di-

Epistola ad thessalum.

uide li. de ordine librorũ suorũ uersus finē. Circa prin.

ximus phisiognomoniam seu philosophiam iudicatoriam pertineat, liquet illum si partem laudauit, multo magis totam laudauisse. Pluraq; ab his ex Diocle Charistio doctor ille comprobauit. Quapropter à Galeno quoque scriptum legimus. Qui astronomiæ imperitus est, hunc celatum nolim, ipsum haudquaquàm obsequi Hippocrati, ad illam ob multorũ usum cohortãti. Post has uero scientias, historiarum cognitio, rethoricæ, musicæq;, & methaphisicæ (ueluti diffuse Apponensis ostendit) nõ parũ utilis est. RELIQVVM præterea fuerit ei qui artẽ exercere cupiat, ut omnium sibi affectuum dignoscendorũ facultatem comparet (αἰτιολογικὸν uocant) illorũq; maxime, qui in alto latentibus particulis consistunt: cum pauca sint (Hippocrate auctore) mala patientia: contra uero quæ nõ patent multa. haud enim cuiusuis est singularium partium, uel simplicium uel instrumentariũ quum in alto positæ fuerint, uitiosam dispositionem inuenire: simplicium inquàm intemperiem, uel calidam frigidam, humidam, siccam, uel ex his compositam. Organicarum uero in compositionem quæ in magnitudine numerove auctis uel diminutis, aut in positu, ac societate, aut informatione hoc est superficie, uia meatuve, cauitate, nec non figura consistit. Nec minus utrisq; communem continui solutionẽ. Vestigandum igitur prius methodo quadam ex quo genere rerum præter naturam existẽtium co-

li.1.de morb. uulg. com.1. com.1. post princip.

differentia prima.

li.de const. ar. med. ca. 15.

li.de arte circa med.

gnitio ſperanda ſit. Tria nanque cum numerentur in uninerſum, eorum quæ à natura declinant: unum effectus, actiones per ſe lædens, (ſiue autem morbum, ſiue affectum appelles, nihil intereſt) Alterum uero huiuſce affectus cauſæ præcedentes, aut procatarcticæ, uel etiam concauſæ coadiutriceſve ab Hippocrate adiunctæ. Aliud uero & tertium præter hæc ſunt tria ſymptomatum genera: actionis uidelicet offenſa, corporibus accidētia, excernēdorumq́; immoderationes quorum coniuncta continensve cauſa morbus ipſe eſt: E quibus deinceps ſymptomatibus, uel neceſſario conſequentibus, pathognomonicis uocatis, uel ut plurimum, uel raro, uel ambigue, morbum eiusq́; differentias, & cauſas, ſedemq́; in ſimul affectam indigitari conſpiciemus: perindeac pleuritidis exemplum à Galeno relatum oſtendit: cuncta hæc igitur neceſſario ueſtiganda, inter ſe comparationem faciendo, ſi curationem recte admoliri intendimus. Horum uero morborum ac ſymptomatum quoque magnitudo perlibranda eſt, eorūq́; mores, ex cauſis, morborumq́;, et ſymptomatum generatione, Ex quibus quidē præſagire licebit, quo morbus uergat, dexterq́; auxiliorum uſus conſtabit: Item quæ uel protopathia, hoc eſt primo proprioq́; affectu, uel conſenſu ſympathiave laborant; inter ſe diſcerni conuenit, pro quorum omnium rectiori tum dignotione, tum curatione, iterum membri ſubſtantia, connexusq́;, actio, &

De conſtit. art. med. cap. 16.

usus inspicienda sunt, itemq; formatio, nec nō positus omnino: Siquis.n.eam quæ à partibus ipsis præstatur indicationem adimat, nihil obstat, quominus medicinam (prout alibi quoque inquit) non sex mēsibus, quemadmodum impudentissimus ille Thessalus promiserat, uerum sex diebus totam perdiscas. Quæ quidem formatio partim cum intemperie, ad ostendēdā morbi magnitudinem correctionisq; mēsuram, partim uero cum situ, ad ostendendum præcipue uacuationis locum communicat. Id quod exēplo in hepatis obstructione, eiusq; curatione manifestatur, pariterq; si in thorace, cerebro, alijsq; partibus humor sit. præter hæc autem & proprie ipsius humoris situs: an scilicet in profundo, in superficie sit, tam si degerere, quàm si adstringere intendimus, omnino librandus est, ut fortia, uel imbecillia, pura uel admixta oportune admouere sciamus. Nec satis superq; hæc sunt, uerum methodos etiam de medicamentis cæterosq; non pauceos didicisse opus est. Genera igitur differētiasq; morborū omnim cognoscere (uelut antea iam dixerat) sufficiēs nō est, sed etiā quomodo singulis partibus accidāt, perspicere oportet. Existimare enim quandam cōmunem esse omnium hominum curationem, sint stupidissimi, à methodiq; (ut idem ait) Thassali dementiam emulantes putant, Extremæ est dementiæ. Conuenit ergo (perpulchre alibi scriptum est) medicum esse insigniter studiosum & excellentem, nō

Ibidē c.17.

13. meth. distin. 3. c. 14. in fine.

De const. art. med. 11. in fine.

3. meth. 7. 13. eiusdē. dist. 3. ca. 9 in prin. & 12. in prin. Lib. de plenit. post pr.

euidentia contemnendo, quæ omnis demonstratio-nis initia sunt: sed nihil contemplatione dignum ignoret: ut uirium diuersitates humorumq́; , ac innumera quæ ad medici considerationem necessario peruenire debent. Quemadmodum & præsagia (σημειωτικὸν Græci hanc partem nuncupant) Medicum nanque ueluti bonum nauclerum hæc reddunt, futuram præuidentem tempestatem: optimeq́; curationem admolientem (perindeac medicinæ protoplastus ait) ægrotosq́; obtemperantes, confidentesq́; magis constituunt, præter id, quod ipsum quoque medicum à mortis crimine uendicet. prouidentia igitur ipsum uti optimum esse, atque necessariũ Hippocrates cum Galeno protulerunt. Tametsi uero artis primo constitutori, an proprius cuiusq́; terminus sit uel non, inquirere, necesse fuit. Nunc tamen quòd pro comperto id habemus, supposito quod sit (perindeac Galenus ait) ipsum proprium terminum uestigemus, quonam scilicet modo inueniri queat, quot etiam et quæ sint, in quibus certam præcognitionem habemus: Haud enim de forinsecus occurrentibus cõtingentibusq́;, uel quæ (licet ratione morbi) humoribus tamen fluentibus adsunt (perindeac in acutioribus non infrequenter occurrit) exquisite, adamussimq́;, ac certe prognosticari possumus: percelebris nanque ac decantata ueteris magistri sententia est: acutorum morborum non omnino certas esse prognosti

1. prognost. 2. & 3. de cõst. ar. me. 16.

1. prognost. initio.

de cõst. art. med. ca. 18.

2. apho. 19.

cationes salutis aut mortis, nedum Galeni enarratione intelligendo non omnium, uerumetiam non omnimodam esse certitudinem, ueluti aphorismos publice enucleantes non semel ostendimus. Sed ubi quieti iam fixiq; aliqua in sede permanent, Ac modici quantitate, recteq; singula circa ægrotum gerantur. Quod quidem necessario supponendum in omnibus (qua in re à diuino potius quàm humano uate differimus) est, duo perpetim seduloq; contemplantibus, naturæ uidelicet ex pulsu, naturalibusq; actionibus robur, atq; etiã morbi, ex propriorum præcipue cuiuslibet membri excrementorum coctione uel cruditate. Quorum amborum ueluti luctantium robore sigillatim prius ac seorsum perspecto, deincepsq; alterius alteri collato, salutem uel mortem, longitudinemq; aut breuitatem facile prænoscimus. Inficias interim minime euntes (id quod perspicuum euadit) quòd quicunq; animo pusillus, humilisq; fuerit, non solum non singula quæ recensuimus, in ægris cognoscere studet: Sed ne speculationem ipsam quidem ediscere sustinet. uerum generosus aliquis (prout medicorum phœbus inquit) ueriq; amator, tum qui labores in optimis quibusq; rebus non refugiat: neque theorematum difficultatem, neque temporis prolixitatem, neque exercitij laborem ueritus: ad commemoratorum perfectionẽ ueniet, adeo ut non solũ diẽ firmiter aliquando poßit dicere, sed etiam horam

1. de diebus decretoriis c. 11. in fine.

Ibidẽ. 12. in princip.

ipsam, in qua ægrum quempiam liberari, uel mori necessarium est. Quibus denique perlibratis, ut artis finem consequamur uel presentem ualetudinem tueri, uel absentem restituere opus est. Circa primam igitur partem ueluti nobiliorem, quæque rem magna ex parte ab ortu naturæ insitam contemplatur, insudandum prius omnino fuerit (ὑγιεινὸν Græci nominant) Tres nanque (præter morborum curationem) intentiones reliquæ sunt, conseruandi uidelicet sanos, præseruãdi dicentes, ac reficiendi conualescentes. Seruamus itaque ob materiæ fluxibilitatem corpus, uel cibo & potu, reliquisque non naturalibus rebus decenter administratis oportuno presertim exercitio, aduersas interim sanitati causas diligenter euitando, ut algorem, æstum, laßitudinem, incoctionem, ebrietatem insomniam, tristitias, iras, furorem, & alia quæcunque id genus. haud enim sermone etiam num singillatim euagari oportet. Nec minus exercendum ut præcautio nonnunquàm fiat (prophylacticen uocant) cuius quidem partis in altero genere constitutum est, quod morbosum affectum iam præsentem fientemq; summouet. totius enim fientis ipsum fieri destruit, futuramq; partem fieri præcauet. In altero uero quod eum qui nondum urget, prohibet. Illud ergo (nominum contentionibus omißis) inuenisse par est (Galeni quoque documentis) duas esse functionum medici primas differentias: aut.n.

De cõst. ar. med. ca. 20

4. metho. 3 uers. finem

Ibidem.

eos, qui nunc urgent, affectus, his quæ moliuntur, curant: aut eos qui non sunt, remotis causis, fieri prohibent, Eoq́; medici prudentia magis necessaria, quo difficilius est huiusmodi abditas causas cognoscere: prius quàm aliquo hominem modo infestauerint. Qua de re necessarium prius est ipsi medico ægrotos interrogare de omnibus quæ ipsis acciderunt, Illorumq́; relatione singula perpendere licebit: Sin uero infestare iam cœperint, medijs quibusdam inter sanos & ægros symptomatibus, exiguis quidem, imbecillibusq́;, adeo ut nondum ægrum à consuetis operationibus impediant, cubare ve cogant, cognoscemus. Quarum causarum correctio contrarijs quidem, uel qualitate, uel tota substantia alterantibus, aut uenæ fortaßis sectione, aut uarijs, pro repletarum sedium, succorumq́; uarietate purgantibus completur. Ni ad benignum reduci quispiam humor poßit. Huius enim concoctio tentanda: quæ tum quiete, tum alijs pluribus, calorem modicum temperatumq́; fouentibus, perficitur. Pariter & à morbo recedentes reficere, ut in proprium naturalemq́; habitum reducantur, uiresq́; imbecilles corroborare, sanguinem, ac spiritus instaurando, & alimentis, & alijs necessum est (analepticen Græci partem hanc indigitant.) Quod si medicæ artis scopus est sanitas, finis uero ipsius poßeßio (ueluti pertrita Galeni sententia est) totusq́; labor ob id pagitur quo sanita=

De cõstit. ar. med. 19.

Ibidem 20

Lib. [h]ære-sum initio.

tem adipiſcamur, Ne dum ſeruare ipſam conabimur uerum etiam tutis uiribus abſentem recuperare enitemur. Quomodo igitur morbos cures perlibrandum eſt (θεραπευτικὸν appellant) curandi ergo methodum, præhabita morborum tam uniuerſali quàm particulari omnium notitia, ueſtigemus: quæ uniuerſalis quidem eſt (methodus inquàm) ut per contraria ſemper fiat, particularis autem ut cuilibet ſuum proprium contrarium oppoſitumve applicetur: ſiue in ſimilarium, ſiue in organicorum natura corpus lapſum ſit. Vtriusq; enim generis partium indicationes norunt Galeno etiam comprobante) qui methodum Hippocratis ſectantur, quicquid Eraſiſtratũ & Herophilum ſequentes (quibus una duntaxat nota eſt, nempe quæ ab inſtrumentalibus præbetur (exprompſerint. Quæ porrò contraria, ne exceſſus & ametria rurſus fiat, æqua uiribus eſſe congruit. Idipſum commune fore ſupponentibus: ut immoderatum, ab immoderato, ad moderatum (in quo demum ſiſtendum omnino eſt) reducatur. Interim quoque admonentibus quòd morbi ſpecies correctionis modũ, efficiẽs uero, natura inquam & medicus poßibilitatem uel impoßibilitatem oſtendunt. Etenim tametſi eorum quæ corpori boni cauſa fiunt, tum natura, tum medicus auctores ſunt, Alia nihilominus naturæ, quæ cunctorum operatrix prima eſt, alia uero medicis ipſius naturæ miniſtris, denegata ſunt. Naturæ

de cõſt. art. med. ca. 12.

5. meth. c. 2 in prin.

nanque impoßibilia quædam sunt, quæ arti sunt fa cilia (philosppbi quoque testimonio) uelut etiam contra quanuis eam ars recte operantem emulari pro uiribus enitatur: Nec minus utriq; impoßbilia reperiri facile est. Primum itaq; est curatricis rationis ac uiæ communem scopum omnium (uti dictum est) reperire, nempe contrarias esse contrariorum medelas. Secundum sustituere in unoquoq; genere contraria. Tertium ad hæc æstimare quando à nobis aut natura, scopo, quem præfert indicatio, suppeditari opera ualeat. Quando uero aut omnino, aut pro tempore, aut ex parte non poßit, fueritq; non minima physicæ pars cõtemplationis: in qua exercitatus sit oportet, is qui quidem quid præstari in re qualibet futura queat, aut nequeat, comperit. Veluti deperditam cartilaginem, ossaq;, & cætera id genus ex spermate oriunda, regigni poßibile neutiq̃ fuerit. Quoniam ad id oportuna materia deest: cuius simile tum in fabricatoria materiave arte, tum in alijs indigitari, ob materiæ penuriam, perfacile est. Itemq; septi neruosa pars discissa, cordisq; uulnus, aut pulmonis factum iam hulcus coalescere non potest, oßium uero uenarũq; paruarum incisio counitur, si tamen in puerulis continui solutio contigerit, uel admodum parua fuerit. Verum posita prius ab Hippocrate huius medicinæ partis, curatiuæ inquàm, in tres diuisione, diæteticam uidelicet pharmaceuticã, & chirur

3.phy.79.

Ibidẽ.22.et 1.aphorif. com.2. & sæpisßime. de cõst.art. med.ca.13.

Vt ex Celso col.in proœm.1.q̃ Hippoc. s.post hanc diuisionem posuit.

De constit. art. med. cap. 14.

gicam: In omnibus his auxiliorum materiam inueni re non parua artis ratio est: ut instrumenta omnia, tum quæ luxatis particulis reponendis, fractis ve coniungendis, uel partibus abscindendis, ac cæteris id genus manuũ operatione indigentibus, idonea tum medicamenta, & cibi & potus, & (ut semel expediam) quæcunq; corpori adhibentur, præter naturales affectus in naturalem habitum reuocantia dignoscantur. Oportet itaque medicum in horum materia uersatum fuisse, & prædictos scopos ipso rerum usu comprobare (causas salubres, uel insalubres, aut neutras

3. art. med. tex. 82.

Galenus etiãsi neq; prosunt neq; obsunt, inuitis quoq; sophystis, appellat) in duo quidẽ capita curationem redigendo, curandorum scilicet corporũ, ac

3. art. med. tex. 21.

remediorum notitiam. Recte igitur ille his utetur qui naturales eorum potentias agnouerit, secus omnino ac emperici faciẽs, amethodiq; Thessalici præ

4. meth. c. 4. versus fin. Lib. 1. de antidotis post princ.

sidiorum naturam negligentes. Cumq; medicum peritum fore consulat Galenus (si fieri potest) omniũ stirpium, sin minus, plurimarum, & quarum usus plurimus est: harum ac reliquorum omnium sim-

1. de comp. medic. sec. gener. post princ. & ui de 3. eiusdem cap. 2.

plicium, alibi, uires non solum generatim noscendas esse, prout ante ipsum alij scripserunt, præcepit: uerum distincte, membratimq;, & ex quo sint ordine singula, quemadmodum & ipse primus edocuit. Vbi uero (prout idem ait) simplicium omnium

3. meth. c. 5. in fine.

medicamentorum facultatem intellexerimus, hãcq;

per se, & seorsum perpensam, tum profecto quo pacto quis ea commode ad usum miscuerit, conside rare conueniet. Existit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia, altera de eorum uiribus, altera uero de eorum præparatione, & compositione. E quibus omnibus ita iam per nos expositis cum principe dicemus, iam liquere medicinam tractare de elementis. & temperaturis, humoribus, & membris tam simplicibus, quàm compositis, ac de spiritibus, uiribusq; tum naturalibus, tum uitalibus, atque etiam animalibus, earumq; actionibus. De corporis item affectibus, sanitate uidelicet ægritudine, salubritateve aut insalubritate, ambarumq; dispositionum media quam herophilus neutralitatem appellabat. deq; causis earum ad cibum & potum attinentibus, aeremq;, & aquas, regiones, motum aut quietem, corporis et animi somnum uigiliamq;, Ætatum quoque & sexus transmutationē uarietateq; : Deniq; de rebus extraneis, quæ corpori aliunde adueniunt, postremo de regimine in cibo & potu: Item de medicaminibus ac manutigio. Hæcq; omnia propter sanitatem tuendam, ægritudinemve remouendam. Quas ob res discipulus esse nō dedignarer, quin ab his discere uehementer exopto, cui nam uel hæc, uel horum paucißima prætermittere fas est, si medici, non interfectoris inimiciq; nomen adipisci desiderat? Medicum nanque naturæ ministrū uocat Hippocrates, qui se exercere ad hoc de=

1.1.doc.1.c. 2.post me.

Lib.1.de morb. uul. cōmēta.2. te.50.&51.

bet, ut prosit, non autem obsit. Eum uero intelligit qui reuera est medicus (quemadmodum Galenus quoque ait) non pharmacopolam ex triuio: Hic.n. tãtum à iusta naturæ ministri appellatione abest, ut etiam maxime contrarium nomen ipsi magis cõueniat: inimico uidelicet & naturæ ipsius, et ægrotãtium hosti iure appellato, ueste licet sermoneq́; ueluti personæ, in tragœdiis (ut Hippocrates inquit) existentes, medicum agat nomenq́; sibi temerarie uendicet. Multi ergo thyrsigeri sunt, pauci uero bachi. Coniecturalis enim cum sit medicina ipsa, artificiose autem conijcere hominis sit, qui uires omnium quæ in arte sunt, didicerit memoriæ mandauerit, atque diligentia (uti Galenus asserit) omni adhibita, sese in artis operibus exercuerit. pauci tales farinæ sunt, paucíq; exactam & perfectam habent (eodem auctore) rationem: ut inuenire in quoque negotio poßint, quid faciendum dicẽdumve sit: consulo tamen illis qui rudis, craßiorisve mineruæ existunt, ut ouium custodiæ uacaturi potius quã medicinæ sint: quum non leue (uti medicorum quoque lucerna inquit) periculum instet his qui supra uires aliquid moliuntur, ne & id minime consequãtur, & quæ intelligere alias possent, omnino amittant. Proh deum qui uel physicum nuncupatum, uel chirurgum comprobare admittereq́; in medicorũ naturæ ministrorum catalogo possumus, siquidem ignarus existat? Nesciebat istos empericos nuncu-

1. de diebus decretoriis cap. 11. uersus med.

li. de lege.

2. de ratione uic. in morb. acut. tex. 37. lib. de morbũ simulantib. añ me.

2. meh. 6. uersus finẽ.

pare utq́; in probos garrulosq́; histriones reproba re? Atqui sciebat fortasse, ueruntamen cum ipse ex illorum grege extiterit, eos læta fronte practicos appellauit, Haudquaquàm uidens practici nomen his posse neutiquàm aptari. Ac præsertim si suo uelint barbarorũ principi adhærere, practicã quoque partem (ne dum eam, quam theoricam uocat) scientiam uocanti. Ast id maiore proculdubio admiratione dignum est (perindeac de priscis etiam philosophis Galenus dicebat) quoniam huiusce sententiæ auctores tanti apud ignauos cumanos æstimati sunt, ut minime qui contradiceret habuerint. Quanquàm Hippocratis exemplo nos etiam resistere non dubitarimus. Sed ita ut non rem magni momenti facere, uerum opinionis celebritatem auferre uideremus. Celebritatem inquàm: nec enim solus hæc protulit: Sed multi quoque conciues in eadem nauigant naui, naufragiumq́; insimul cum filijs, discipulisq́; patiũtur: E squilla enim haud nascitur rosa. Quin potius (ut in prouerbio quoq; dicitur) malis existẽtibus coruis, mala etiã oua fieri necessum est. quo pacto & amici simul corruũt. Nam (ut Nasonis uerbis utar) dum spectant oculi læsos læduntur & ipsi, multaq́; corporibus transitione nocent. Quadere nos etiam ne in baratrum unà cum cæcis inciderimus, huiusce fermenti homines puerorum naso suspendendos omittamus. Cum adeo stupidi sint, ut quemadmodum praxillæ ado=

1.11. doc. 1. c. 1. & 3. 1. in prin. et in pri. suæ methaphi. etc.

li. 1. de elemẽtis. ca. 7. in princip.

nidem mala & cucumeres cum sole composuisse legimus, sic hi rudiores ignauosq́; fucos doctoribus perfectißimisq́; cum medicis confundere haudquaquã attico uultu uerecundentur. Nec pauci huiusce notæ homunculi hodie paßim reperiuntur, qui quidem (prout concinne Galenus ait) prius quàm sectam aliquam dedicerint, quinimmo olfecerint: nedum longo tempore (ut decens est) examinauerint, aut quod in eorum singulis uerum falsumve sit iudicarint: alij iam se medicos, alij uero philosophos nominant. Quum tamen nihil omnino sciant. Quo utique nil mirum est, si ab ijs falsa cum ueris pari pretio censentur: Quippe quali quis præceptori primum inciderit, talis, euasit: nihil præstolatus ab alijs etiam didicisse. Aliqui uero ex his, etiamsi in plures inciderint: adeo tamen hebeti tardoq́; ingenio sunt, ut ne senes quidem orationis consequentiã adhuc intelligãt. Quos quidem ad illiberales artes potius ipse Galenus ablegauit. Hem quid ais Philippe (inquiunt nonnulli) frustra hercle nobis circa hæc insudasse uisus es: Sophistam nanque teipsum haud temere nuncupabimus, hæc adamussim adeo uestigantem, ut uel nullum, uel phœnice rariorem medicum perfectum inuenire queamus. Cum tamẽ suos quælibet regio, prouincia, uel oppidum perquàm optimos iactitet. Quiuis etiam cognatos medicos in orbe perfectißimos, intimo ex corde glorietur. Deinceps nonne famosum dictum extat, medi-

1. de potentiis naturalibus 14.

Obiectio.

cum

cum oportere fortunatum esse. Quæ autem famosa sunt uel omnino, uel secundum partem (philosophis testibus) uera esse debent, impoßibile nanque est, ut famosum apud omnes sit falsum (ut Auerroes inquit) secundum totum. Ex quo in nullo quidem morbo (Celso auctore) minus fortuna sibi uendicare, quàm ars potest: Medicum igitur fortunatum potius, eligendum, ineptiorem licet, quàm doctrina quantauis præditum. Etenim nudius tertius Franciscum à peritioribus huiusce urbis medicis deploratum iam, à Ioanne medicorum ignauißimo fortuna quadam extemplo curatum, pristinæq; sanitati restitutum uidimus. Ne cor igitur tamdiu edas: Mundum prout inuenisti dimittas, simulq; ab his ad aleam cartarumq; ludum allectant: imperfectum inutilemq; appellitantes, ludos istos dum ignorem. oportet enim aliquando & amicis congratulari. Verumenimuero congratulandum talibus est (ut hinc exordiar) dum (Sophocle teste) in nihil sapiẽdo iucundißimam fore uitam percepimus. Quãobrem fœlices proculdubio tales esse cẽsemus. Ludat profecto, ludereq; discat, qui uel ludere, uel ex ludo lucrum nancisci mauult. Nos uero nunquàm pudebit (Xenophanis exemplo) ignaros & inutiles in hoc opere haberi: Rogatus enim hic aliquando inter cœnandum, ut cæteris conuiuis alea colluderet, negauit se didicisse, nec uelle in communi etiã aliis uoluptate agere quod sapientiæ professori

Lib. de somno & uigil. cap. de insomniis in principio.

turpe futurum semper erat: Ridentibusq́; huominẽ alijs, & timidum inutilemq́; appellantibus: Ingenue simul intrepideq́; inutilem, & timidum ad turpia fuiße se semper admisit: Neq; ægreferre in eo apud omnes male audire: tantum illi humana in re probitatis & fidei studium erat. Ne tamen quispiam opinetur hæc ideo retulisse, ut nostris et doctißimis & oculatißimis quibusdã medicis, interdũ pro alterna requie ludentibus: reliquo uero uitæ maiori spatio, libris disputationibusve operã nauantibus detraham: factæ nanque interdum communes inter nos exercitationes sunt, quales fortasse nullibi hodie uideri poßint: uerum ut obiicientibus detecta fronte respondeam, simulq́; turpißimũ fore ostendam medici nomen sibi uendicare, qui ludo magis quàm medicinæ incumbat. Ab eo enim habere nomenclaturam debuerimus, cui (ut ex Celso colligitur) plurimum incumbimus, lusorem itaque non medicum ipse nuncuparem. Sophistã uero me sycophantis quibusdam nuncupantibus, irasci non decet: neque aliquantulum (Galeno etiam consolãte) perturbari. In usu etenim apud eis quoq; (ut inquit) sæculi medicos erat, si quid aliud, ut de maximis disciplinis sententiam ferant, reprehensi uero doleant, corripientesq́; ipsos sophistas uocitent ueluti nonnullos recitat, ex iis qui se herophileos appellabant: hi enim ad absurditatem adducti, indignabantur interrogantibus, ueluti superuaca-

In princip. 5. libri.

Lib. de plenitudi. post principia.

neis sophistis, cuiusmodi uidere aut difficile est de eo, qui quidem Athenei Attalei opinionē enucleare (Galeno enarrante) nitebatur, ad contradictionem à Galeno adolescentulo adhuc reductus, Eius ueras demōstrantesq; rationes, sophismata denuo reputauit. Eiq; contexenti, ut dissoluat, stomachando prætermisit. Quod uero prædixerunt medicum oportere fortunatum esse: Concedendum profecto est. Etenim nedum medicus, at artifex quilibet, ac (ut paucis summatim me expediam uerbis) omnis homo cui secunda fortuna faueat, deiecto quidem fœlicior est politice, cum fortuna (philosopho etiā teste) uel fœlicitas sit, uel fœlicitati proxima. Hic itaque diuitiis (dormientis enim rethe trahit) famaq;, & falso honore, nonnunquàm ad ipsa quoq; sydera extolletur: Contra uero cui cæcum iam numen aduersum est, faciemq; auerterit. Ex hoc uero haudquaquàm sequitur, illum potius eligendum prout hi dementes opinantur, sed doctiorem. Sit.n. licet fortunatißimus medicus, quia salubribus maxima ex parte, aut morbo prope declinationē, uel terminum existenti aduocetur: cui etiam quæ opposita existunt, ob uirium tamen ægroti ualorem prospere succedant. Ob id nihilominus ægrotus ipse fortunatus dici non poterit, quia scilicet in manus fortunati medici inciderit: ille nanque (cum his fortuna palam faueat, quibus Minerua Mercuriusq; suarum dotium expertibus iam redditis exhæredi

Lib.1.de elemē. c.10

Colligitur 10.ethicor. 10. & uide sanctū Thomā. super Boetio de consolatu phy. psa.1.

busq; terga conuerterint)ob imperitiam proculdubio fatuitatemq;,aduersißimam opportunæ curationem admoliens ad lethum usque, suo tamen cum falso honore,atque immerito lucro,perfacile comitabitur:fœlix ergo fortunatusq; ægrotus ille est, cui quidem doctus,oculatusq; medicus, recte,riteq; in singulis procedẽs,occurrerit. Itaque si fortunatum medicum Galenus interdum comprobasse uideatur,ueluti semetipsum quoque fuisse innuit,admonens interim fouendam fore, quum fronte capillata fortuna iam accesserit:pro sui quidem honore ac lucro idipsum præfert,non autem ut recte curet,proq; ipsius ægroti salute. Methodo nanque (cui rationales cuncti medici innituntur) quippiam inquirere, inuenireq;, ex aduerso opponitur ei quod est fortuitu,temereq;(prout emperici procedunt) reperire. Illi enim unius fortunæ fauorẽ(ex Galeno didicimus)ad ea quæ uestigant inuenienda requirunt. Vt autem quæ iamiam prædicta sunt,perlucidiora fiant,audias quæso antiquissimum nostrum primum præceptorem Hippocratem,de arte loquentem medica,his uerbis. Sermonis principium ab ea parte mihi erit,cui omnes assensuros esse scio:quod quidem aliqui à medicina curati sanitati restituuntur,confitentur: Quod uero non omnes,ob hoc iam ars ipsa uituperatur:aiũtq; hi,qui eam peius incessunt,quòd hi qui à morbis apprehenduntur,eosq; euadũt,fortunæ ope euadant,

Margin notes: Colligitur ex 5. de locis affectis cap.7 — 1 meth.c.4 post princ. — Lib. de arte post princ.

» & non ipsius artis auxilio. Ego uero non priuabo
» quidem ipse fortunam, tanquàm nihil operepræ=
» cij faciat: puto enim morbis qui male curantur, ut
» plurimum infortunium accedere: qui uero bene,
» eos bonam fortunam nancisci (propter quod circa
» eadem quodammodo uersatur ars & fortuna pro
» ut agathon (philosopho narrante) ait: ars fortunā 6. ethico.
» adamauit, fortuna artem). Deinde (Hippocrates in
» quit) interrogo quomodo poßibile est sanatos aliud Vbi supra lib. de arte
» quàm artem causari, siquidem eius usu & mini= 2. meth.
» sterio sunt sanati? Nudam enim fortunæ speciem
» eos respicere ac sequi noluisse, ex hoc apparet, q; se
» ipsos arti concrediderunt. Quare à gratia fortu=
» næ referenda liberi sunt, ab ea uero quæ arti de=
» betur, minime se uendicare possunt. quo minus ei sa
» nitatem acceptum ferant. In hoc enim quòd se ei cō
» miserunt, ac concrediderunt, palam est ipsos spe=
» ciem eius esse contemplatos. uim uero eius patrato
» opere coguouerūt. Dicet sanè hic aduersarius q; Obiectio.
» multi iam ægri etiam citra medicorum usum sint
» sanati. Et ego id dicētibus credo. Videtur autē mi Respōsio
» hi omnino fieri posse, ut & qui medicis non usi
» sunt, in medicinam inciderint, non tamen ut scie=
» rint quod in ipsa rectum fuerit, & quod non re=
» ctum, alioqui contigisset ut seipsos eodem penitus
» modo curassent, quo curati fuissent, si medicos adhi
» buissent. Et hoc tandem magnum signum est substā
» tiæ ipsius artis: Nempe artem esse & quidem ma=

gnam, quando sanè etiam hi qui eam esse non pu= ,,
tant, per ipsam seruati apparent. Quicunque igi= ,,
Lib. de locis in homine uers. fin. tur (perindeac alibi quoque ipsemet inquit) medicam artem sic sciet (ueluti expedire prius enarrauerat, nosq; suprà iam latius ostendimus) minime hic uel fortunam, uel eius opem morabitur, quinimmo cum ea & sine, bene riteq; operabitur. Cumq; omnia quæ in corpore humano reperiuntur, ueluti & quæ in orbe uniuersa existunt: non à fortuna, sed à diuina prius sapientia, naturaq; tum communi, tum cuiusq; propria (quicquid nonnulli deridendi moriones, ipso cum Asclepiade, cõfirmarint) oriunda sint. Idcirco ars quoque ipsa non fortunam, sed deum primum omnium optimum opificem, deinceps uero & naturam imitatur: nisi uelis iniuste, nominum nouitate utens (quemadmodum
11. de usu partiũ c. 7. Galenus ait) id fortunam nominare, quod iustißime uniuersa dispensat: quomodo tibi etiam licet solem supra terram intuenti, eiusmodi constitutionẽ noctem nominare, atque ipsum etiam solem non lucem, sed (si lubet) tenebras nuncupare. Omißis ergo artibus, atque his quæ sunt ad artes necessaria,
post princ. libri. fortunam insequi turpißimum fore, cum Galeno ad bonas artes exhortante, cõcludemus. Quamas ob res hanc floccipendentes, ad ea quæ artis sunt perueniri, omnibus neruis accingamur: illum esse cum Xenocrate bene fortunatum appellantes (ut philo
2. topic. 17. sophus quoque testis est) qui animam habet studio

ſam. Hanc enim cuiusq; fortunam eſſe, fœlicitatemve reputauit: ſicq; nos ipſi etiam inter fortunatos (Dei optimi maximi gratia) connumerabimur. Nihil tamen fortaſſe (philoſopho quoque docente) obſtat, quin & is qui ſcientiæ quidem expers eſt, exacte autem ea perſpexit experientia quæ in unoquoque accidunt, rectam in uno aliquo diligentiam adhibeat, atque curam. quemadmodum & quidam optimi ſibi ipſis eſſe medici uidentur, qui tamē nulli alii opem offerre queunt. Ita igitur ex priſcorum dogmatibus medicum fore depingo (ut Fabii uerbis utar) qualis adhuc fortaſſe nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad ſummam tendendum eſt, quod fecerunt pleriq; ueterum: qui & ſi nondum quempiam ſapientem repertum putabāt, præcepta tamen ſapientiæ prodiderunt: Nam eſt certe aliquid conſumata eloquentia, neq; ad eam peruenire natura humani ingenij prohibet: Quòd ſi non contingat, altius tamen ibunt qui ad ſumma nitentur, quàm qui præſumpta deſperatione, quo uelint euadendi, protinus circa ima ſubſtiterint.

10. ethice. 11. poſt me.

1. lib. orato. inſt. in proœ. uerſus finē.

Octauus aduerſorum error de ſyderationis aduentu primo terminoq;.

Aſt hydram ſecuiſſe mihi uideor: repullulant enim indies innumeri errores fatuorum nanque os (uti Salomon inquit) ſtultitiam ebullit. Inquiunt

Lib. 2. prouerb. c. 15 cir. princ.

igitur nonnulli, ac is præcipue qui à patria cognomen suscepit. Morbum quem ignem sancti Antonii uulgo appellitant, iuxta medicinæ canones, omniumq́; auctorum decreta, septimo tantum die ab hora casus, percussionisve; aut alterius cuiusuis apostematis, superinuadere, nequaquàm uero prius. Sed ne defuit quidem alter ineptissimus, crassioreq́; ut uocant musa, decimoquarto potius die talis farinæ affectum superuenire determinans. Quamobrem si quinto die, uel antea, miserando baroni aduenerit, medicorum imperitiæ, nequaquàm uero affectus, ui corporisq́; cacochimiæ id attribuendum innuunt. Quæ quidem delitia ueluti primo auditu delectabant: ita quum secundo & tertio audiui molesta sanè fuerunt, ceu magis (ut Galeni uerbis utar) scurris quàm medicis congrua. Proh superi quantum mortalia pectora cææ noctis habent (ut pulchre naso cecinit) Qui ergo sint hi canones, quive etiam doctores idipsum comprobantes, medicæ artis ne dum peritis, sed uix quoque candidatis iudicandum omittimus. Græcos siquidem omnes, latinosq́; et arabes, quos ad manus quidem nostras ꝑuenire concessum est, percurrimus: hos uero quos citãt inuenire nequiuimus. Noui fortasse cuiuspiã idiomatis ꝑindeac ipsi quoq; noui quidam homines existũt. Idcirco ab eis tantũ ꝑcepti. balbus nanq; balbum longe melius intelligit. Hos autem (id quod maius est) neutiquàm inuentos auctores glosant

2. meth. 5. 6. li. methamorph. ꝑ s. finem.

deinceps, à ueritate quadantenus adstricti intelligendos enim dicunt, maxima ex parte, poßibilitate ueluti re ampla cum principe admißa. ita enim uel Galeno placuit Hippocratis sermones audiendos, & si perpetuum quoddam ex figura dictionis ostendatur. fit nanque interdum de contingentibus uniuersalis sermo: quoniam quod admodum raro contingit parum id obseruandum cum philosophi tum medici censent. Ast cur tot chimæras depingunt? An quia sunt diuitijs potius (uti Galenus asserit) uel ludo, quàm literis amici? Machinantur fortasse morbũ hunc iudicio quodam à natura fieri: quod ante septimum (Galeni dogmate) bilioso etiã ex humore febrientibus recte aduenire nequit. Sophistarum igitur more (ut eiusdem quoque uerbis utar) ueluti dementes, eorum quæ nõ sint, tanquàm sint, causas aßignãt. Atqui talia proferre ratio nõ debuerint. cũ ueram huius morbi causam, uerumq; modum ab eisdem aliquando expressum, suis in scriptis offenderimus. Ad hoc maius argumentum est eorum imperitiæ. Addunt enarrantq; absque nomine auctores: Duobus tamen à scopis enarranti necessarijs magnopere abscedunt. Inquit enim medicorum phœbus: si ambobus interpres his scopis cõstet, ut simul & consentanea cum scriptura, & uera dicat: qui alterum tantum obseruat, hoc est reprehendendus, quòd dimidium labefactauerit totius: atque is magis qui à scribentis intentione re-

1.4. tra.2. cap. penul. 6. aphoris. 58. & 2. de diebus decretoriis. 13

Lib. quod optim⁹ medic⁹ sit philosophus.

4. apho. 6.

6. methodi ult. & l. fin.

3. de morb. uulg. cõm. 1 cõmẽ. 4. circa med.

cedit. Prius enim debet illius mentem exponere, quanquàm fuerit falsa (prout alias inquit) deinceps quod sibi uerum appareat, contingere. Interpres uero qui neque uera dicat, neque consentanea cum auctore libri maxime cēsendus est peccare: ut qui tyrannorum more quæ sibi uidentur, (quemadmodum hi sunt) citra omnem euidentem probationem enunciet. Nullus itaque terminus nullaq́; hora statuta sunt, quibus determinate morbus hic adueniat: cum pro temperamenti diuersitate, humorum redundãtia, malitiave, uirium robore, cœli statu, regimine, pluriumq́; aliorum uaria proportione, maxima diuersitas contingat, ut huic celerius, illi uero tardius acciderit. cum præcipue non ex magnitudine tantum inflammationis (suomet barbarorum principe auctore) sed ex eius malignitate, ac uenenositate corrumpi mēbrū poßit. Qua de re citius id fiet, quò sæuior perniciosiorq́; materia extiterit quæ ad ipsum locum coaceruatur. adeo ut primo etiam die, multoq́; magis adhuc secundo, at tertio & cæteris deinceps accidere affectus hic perfacile potuerit. Simile uero quoddam hi molientes sunt ijs qui spheram, aut cubum, aut conum (uti Galenus ait) cylindrumve, aut quoduis aliud id genus metiri aggrediuntur: cum tamē omnis geometriæ, ac logicæ rationis sint ignari: immo uero nec cubiti, palmi'ue aut pedis mensuram præparatam habeant, ac deinde ijs, qui uel demonstrationem ab ipsis

1. prognost. cōmento. 5. uersus finē.

5.4. triu. c. 1. & 2.

1. meth. 4

exigunt;uel tacere censent irascuntur. Quòd si diem temere notasse libuerit quintum saltem dixissent: Celso ita de uulneribus loquente. Quinto iam die quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die rursus detecto uulnere considerandus color est. Quod si liuidus, aut pallidus, aut uarius, aut niger est: scire licet malum uulnus esse: Idq́; quandocunque animaduersum est, terrere nos potest. Ast hydram secuisse, iam diximus: diram nanque qui contudit hydram, multaq́; fatali portenta labore subegit, comperit inuidiam supremo fine domandam. Conuertens ergo lumina caudatum simium in fermento iacentem conspexi. hic enim cacizotechnos de contusione loquens, iatronicenq́; primumve medicinæ auctorem (Thessali more) seipsum existimans, tot tantaq́; propriam uocem ignorando, protulerit: ut plus quàm Ethna & Athos mentem nostram suffocarit. Quorum profecto singula perpendere si uellem ingens per se ac proculdubio molestum uolumen exigeretur, nimioq́; ipsum honore sotericbum coronaremus. Sed utinam chirurgiculi tantummodo uesticeps cognomine appellatus, ephesus tamen existens, haud medici uulgo physici nuncupati, doctorisq́; nomenclaturam, & (quod maius est) philosophi sapientisq́; sibi temerarie uēdicaret. Qui quidē albo (iuxta parhæmiā à Galeno quoq; relatū) coruo similis est neq; cū coruis uersari potēti, propter colorē neq; cū colūbis propter magnitu

Lib. 5: cap. 26, sec. 22.

Vide Plin. lib. 29. ca. 1 de thessalo qui se iatronicen nuncupari præcepit.

Vt Aristo. de Anaxagora inquit in princ. 1. de gñat. & corr.

1. de potēt. natural. ca. 17. post me.

dinem.haud.n.cũ phyſicis nuncupatis medicis, propter manutigiũ, uel cũ chirurgis propter doctoralẽ, q̃ ſibi ſtulte indigneq; attribuit, dignitatẽ conuerſari aptus eſt. O pauperculã medicinã cæteris artibus etiam rethorice (Galeni teſtimonio) præſtantiorem, his tamẽ inferiorem habitam, ob eorum (ut Hippocrates ait) qui te abutuntur, inſcitiam. Nomini quidem parcetur, propter conuictum domeſticum. Idipſum duntaxat ſub ſilentio prætereundum non eſt, quòd Theſſalus hic, ſuis unà cum rudibus diſcipulis, in alto throno reſidens cũ κριομύξοις ἀνδράσι ideſt apud Pecuinos & Brutos homines (ueluti cercidas, Galeno referente, ait) de cõtuſione ſermonem facere intendens, deq; ea iam interrogatus nihil tandẽ de illa reſpondit. Veluti qui de allijs interrogationem audiens, de cæpis reſponſum dederit, ſuosq; corymbos nectere protulerit. Verum de inflammatione duntaxat hanc ſequente inconſulte digreditur, multisq; in locis, ut oui albugini, roſaceoq; detraheret, ſibi ipſi contradicens, magnopere nugatus eſt, mollientia tantum diſcuſsiuaq; ab initio permiſſurus. Pudet uero nos tam rudia uerba recitare. Quorum me hercle cauſam fuiſſe eam exiſtimo, quoniam tanta erat neſcio qua rabie obductus, dente qui roderet Theonino, ut uerum decernere nequiuerit. Oportet autem diſquiſitores, ſed non inimicos eſſe (prout philoſophus inquit) uerum exquiſite iudicaturos: nubila enim mens eſt,

De conſtit. art. med. c. 7. in fine.
Lib. de lege in princip.
6. methodi 3. uſus finẽ.
2. cœli, tex. 101.

uinctaq; frenis (ipsamet Sophia Boetium consolante) ubi uel amor uel odium, gaudia uel tristitia, cæteriq; id genus affectus dominantur ac regnant: Idcirco moralis ille Cato ait, Impedit ira animum, ne poßit cernere uerum. Ne statim igitur decernendum sit primus Poeta consuluit, at ausculta inquit & perpende. fortaßis uero illud sibi gloriæ memoriæq; (prout in hunc aliumve quemuis huiusce farinæ hominem à Galeno percepimus) inter homines occasionem fore est arbitratus, si optimis uiris laceßitis, nos sibi respondere coegerit, nunc præcipue quòd uicinia quædam (uti Fabius etiam rectißime protulit uirtutum uitiorumq; est, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso, accipitur. Verum ita, & Zoilus celeber clariusq; sit qui Homeri statuam flagellauit, & Salmoneus qui Iouem est imitatus, reliquaq; flagitiosorum hominum non exigua turba, qui uel meliores non sunt reueriti, uel in deos ipsos fuerunt contumeliosi. Verum hi non bonam de se opinionem reliquerunt. Nec emulatur quispiam qui compos sit mentis, nec Homeromastiga Zoilum, nec dementem Salmonea: quanuis maledicis Zoilus in admiratione sit, & Salmoneus sacrilegis. Impudentißimus tamen hic Ephebus Thessalus, Panhormitanos medicos omnes iam uicisse gloriatus, uere quidem luctæ imperitis similis est, qui cum à luctæ peritis sunt prostrati, supiniq; iacent, tantum abest, ut se deie-

1. lib. de cõsolatu philosophico, met. 7.

Lib. 2. oratoriarũ institut. c. 13 à post princ.

ctos fateantur, ut etiam à ceruicibus eorum pen=
2.de poten. natur. cap. 2. in fine. deant (ueluti Galenus perpulchre comparauit) à quibus sunt prostrati, nec eos obsolui sinant, uince re se interim autumantes. Tyranorum uero si lo= quimur ritu, medicos uicisse poßibile nonnunquàm est, quemadmodum in patria sæpiuscule ipsum face re aiunt: quo aduersantis omnino demonstrationē
2. meth. c. 5 fugiat, uel grauitate (ut Galenus ait) increpans, uel scurrile aliquod commentus. Aliquando uero in risum sannasq́; disceptatione arrepta, nonnunquā uero etiam clamore stentorem superans, conuitijsq́; & muliercularum uerbulis ingestis, qua de re pru dentiores medici gloriā ipsi præbere malūt, quàm dicto Catonis oppugnare, sic scribentis. Cōtra uer bosos noli contendere uerbis. Ast enim uero coram nobis qui suis à naribus pituitam detergere, ipsiq́; mederi (absque in anticyras nauigatione) conaba= mur: adhibitis scilicet non melle & placentis, sed
Ibi. ỹsus fi. (præter helleborum) allio & cæpis, quæ etiam, Ga leno quoque dictante, pituita gallinaceos tentatos sanare solent: Galeni etenim ac reliquorum maio= rum auctoritate, diuerseq́;, cludentibus argumen= tis demonstrationibusq́;, non aliter quàm ab ipso allio & cæpis coactus fuisset, lachrymari tandem exorsus est, conuitiisq́; & clamore omnia pertur= bare minime confisus est, ob doctißimi magistra tus præsentiam, ueram profecto reuerentiam, libe=
7. politico rum. ca. 12 ralemq́; (ut philosophus ait) pudorem gignentis.

Idcirco Mercurij petasum alasq; mutuum petiit.

Error nonus de coquentium applicatione in carne contusa.

Nec deest super inuidioso quidem robore emicans anguria, conciuis etiam, putrefacientia (ut suo uerbo utar) medicamenta, (uelut ordei triticiq; farina est, cum oleo, & aqua, terebinthinaq; cum ouorum luteis, cæteraq; id genus) contusa in carne summopere uituperans: atque ad corruptionem sphacelonve particulam perducere dicens. Quod si putrefacientia remedia ea intellexit, quæ quidē superflue obstruendo, uel substantia sua nimis putrescibili cariem proprie inferunt, aut uenenosa qualitate perimunt: Nulli opinor dubium fore ea ad corruptionem inducere, neque nullum esse (præter ipsum met fortaßis, aut eiusdem farinæ homines) existimarim, qui tam fatuus sit, ut his medeatur præsidiis: siue (ut rectius dicam) uenenis, hic nāque naturæ inimicus, non adiutor nuncupandus ueniret. Est enim (ueluti princeps ait) putrefactiua medicina, cuius proprietas est ut corrumpat complexionem spiritus prouenientis ad membrum, & complexionem humiditatis eius membri cum resolutione: ita quòd non est conueniens ut sit pars illius membri, & non peruenit ad hoc ut adurat ipsum, & corrodat, & resoluat humiditatem eius, 2. can. tr. 1. cap. 4. post medium.

immo dimittit in ipso humiditatem corruptam, in quo agit aliud à caliditate naturali, & putrefit: & huiusmodi quidem exemplum est arsenicum, & gumma ruthæ agrestis. Sin autem ea uelit (atque idipsum est uerosimilius) quæ à doctioribus concoquentia, à principe uero maturatiua nominantur, uelut ea quidē existit, cuius proprietas (perindeac ab ipso quoque dicitur) est, ut acquirat humori digestionem, quoniam calefacit cum æqualitate, & in ipsa est uirtus stiptica retinens humorem, usque quo digeratur, concoquaturve & non resoluatur laboriose: & separetur humidum ipsius ab eius sicco. Quæ quidem medicamenta à uulgaribus (quorum hic nomenclaturam aßequitur) putrefactiua, quatenus in pus uertunt, appellatur. Neque à Galeni uerbis dissonum nomen est, sic aliquando dicentis. Altera autem putrefactio, quam & coctionem esse diximus, semper ad puris speciem unam terminatur, coloremq; & consistentiam suscipit, ac odorem. De hac intelligētem hominem errasse iam prius ostensum est, iterumq; cum Galeno & Hippocrate roborabimus, quum dicunt, cuius hulceri exiccantia competere, præter id quod ex cōtusione fit: oportet enim carnes quæ contusæ sunt, cæsæq;, putrefactas, & in pus uersas liquari, postea nouam carnem nasci.

Ibidē ante me. capitis

1. de differētiis febr. 6. circa med.

4. metho. cap. 5. Lib. de hulceribus.

Error

Error decimus aduersorum quòd nil agendum in contusione prius quàm resolutio casus habeatur.

Hem quis ictus aures meas ita percußit? quæ tam à uero dissona uox auditum nostrum offendit? Mastigiæ quidem gigantum fraterculi, cui quidem ministri cognomen impositum est. hic enim sellissans quoque, arbore (ut machinatur) deiecta, ligna cum cæteris colligere conatus est. Iubilemus itaq; exultemusq́;, sapiẽtes enim supra Græciæ septem uiros, octauus quoque modo acceßit sophos (ut Ausonii uerbo utamur) qua de re sic ait. (incisionem à chirurgo subito factam condemnare iam enixus)
» Contusione in quauis parte corporis facta, nunquã
» diuisio, neque sectio, remediumve aliquod admo-
» uendum est, donec totius casus resolutio uideatur.
» Interim uero mederi debemus in forma apostema-
» tis: quoad hoc scilicet ut oleo rosato inungatur cũ
» suis pulueribus constrictiuis. Idq́; optimum est,
» & fieri tantum debet, quousque resoluta notitia talis casus habeatur. hæc ille. Verum enimuero satis est huiusce boni hominis uerba referre. Hippocrates enim certare (uti Galenus inquit) cum Thessalo, utpote indigno se, non uult. Quisque me hercle, non dico eruditus, sed ratione, arteq́; uiuens, (prout hominum genus uniuersum existit) huius fatuitatem perspiceret. Opinatusq́; deinceps est, ut

1: meth. c. 3. post prin.

In prooe. metaphy.

ineptus rudi addatur, cæteros sibi fatuitate compares fore, quoniam uidelicet nequeant resolutionem casus percipere: at longius tempus requirendum: quod resoluta cognitio talis casus habeatur. Ast uellem profecto, uehementerq́; (ueluti oestro percitus) scire idipsum exopto, quam notitiam expectat? quamve resolutionem moratur? quæ hic obscuritas, aut difficultas est, ut casum cognoscamus, cum sola iam ægrotantis relatio satis superq́; sit. Credebat fortasse principis dicto simile fuisse, quum de glandularum apostematibus loquens ait. Curationem adeo differendã prolongandamve, donec declaretur dispositio, an secundum semitam crisis, uel ex membro principali sit. Verum simile non est, cum dispositio illa intrinseca existat. Vtinam uero hac similitudine motus esset, etenim studuisse nonnunquam præ se ferret: sed non nisi scurrarum more quicquid in buccam uenerat, locutus est Thessaliq; modum secutus fuit, tempus pro noscendo hulcere expectantis, contra quem Galenus nosce affectum à principio licere, atque indicationem ab effectu sumi, haud quaquàm uero à tempore necessarium testatus est. Hulcus itaque diuturnum fieri neutiquàm permittere debemus (ut ait) uerum protinus à principio causam eius adimere. Atqui si hæc ignorat, quæ igitur sibi erit interiorum cognitio? An citius Iotarius, qui triginta iã annis in gymnasiis oleum (Boetio referente) perdiderat, cuius nam

3.4.tr.1.c.19.

4.met.c.4

Ibidem.

Lib. de disciplina scolarium cap. h

uxor esset Æneas adinueniet, quàm hic ridiculus scurra morbum, præcipueq; abditum agnouerit? Et quò suam magis patefaciat uecordiã, Euripi more (uti Galenus ait) sursum ac deorsum agitatus inconstans est, sibiq; ipsi repugnans rosaceum iam iã adstrictorio cum puluere concedenti hoc pacto subiunxit. Quo ad albumen autem oui dico quòd non petebat, nec debebat applicari, quia est res contraria contusioni, quæ fit in genu, aut tibiis. 1. meth. c 4 circa med.

Error undecimus circa albuminis oui naturam propriam incognitam.

O pulchra uerba, ò casum particularem. Num insanire putandus est (ut Galeni quoque more loquar) aut prorsus operum artis expers esse? Haudquaquam igitur obest oui candidum quia frigidum non quia humidum, non quia forte calidum, aut siccum, nec quia sit omni contusioni aduersum, sed quoniam cœlesti fuit dote donatum, ut contusioni in genu uel tibijs factæ noxium foret. Neque diuinus Hippocrates, Dioscorides, Galenus, nec aliorum quispiam, hanc propriam albuginis conditionem reperire. Est igitur (Galeno etiam docente) fœlicitatis cuiusdam munus, cum is inspecto oui albore, absque experientia (sine qua medicamentorum facultatem pernoscere impoßibile est) protinus tamẽ eius uires tale esse intellexerit. O pulchrum sapidumq; 1. de pot. natural. 13 post med 4. meth. 3. circa med.

uirum ſale perungendum, Quis poſſet lingua referre quantum ei debemus? noua hæc atque inaudita propalanti? Bene igitur inquit terentianus ille ſolonis ſententiam referens de mea, nũquàm ita quiſquàm bene ſubducta ratione ad uitam fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet noui, aliquid moneat, ut illa quæ credas ſcire, neſcias, & quæ tibi putaris prima in experiũdo repudies, dicendumq́; denuo iuxta græcorum adagium Αὐτὸς ἔφα, ideſt ipſe dixit: idq́; nobis ſufficiat nullam ulterius ueſtigantibus rationem. Plura nihilominus eſſent huiuſce nefandi uiri ſcurrilia dicta, quæ obmiſiſſe, præ pudore certum eſt, ea duntaxat attingentibus quæ in nos dirigi quadantenus uidentur.

Duodecimus error de ſpiritu naturali influente uirtutibusq́; naturali, ac uitali influentibus.

Accedunt uero ad hoc delirantium concilium cætumq́; non pauci eorum, qui auerruncantia, cauſcæ loculum (ut Galeni uocabulo utar) præcidentes, in colliſione uituperant, dicentesq́; per hæc meatus obſtrui: Ex quo & ſpiritus, & uirtus naturalis ad membra pertranſire à iocinore non poteſt. Prohiberi quoque ſpiritus potentiæq́; uitalis tranſitum, qui quidem uitalis ſpiritus (aiunt) uehiculũ etiam naturalis animaliſq́; ſpiritus eſt Magnopereq́; blaterans Theſſalus. Panhormum uenire au=

l. meth. 3. circa prin.

sus est. Autem ne my quidem facere ualens fuit, nisi quòd pronuntiatione quadam dicendi, fortius famam quærebat, perindeac huiusce claßis plurimi (Fabio quoque teste) sunt: Nam et clamabat ubiq; & omnia leuata manu emugiebat, multo discursu anhelitu, iactatione, gestu, motu corporis, atque capitis, interdum furendo: Iamq; collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit. Verum enimuero nos (iuxta prouerbium) cum insanis insanire coacti, sermonem protendere præter uoluntatem adstringimur, atque in horum nugulis tempus conterere. Eoq; magis in hoc immorandum statuimus, quoniam celebris & cantata gloriosaq; (ut Galeni uerbis utar) garrulitas est, tres scilicet spiritus tresq; uirtutes influentes admittere. Qua de re haudquaquàm futile fuerit, peripateticam, galenicamq; simul doctrinam enodare: ut sui barbarorũ principis, cæterorumq; ac triuialium doctorum dissona recitatio liqueat. Quò igitur quantum errent (ut Galeni semper uerbis loquar) intelligas, aurium nobis operam paulisper accommoda. Tria nanque erant corpora (ipsomet medicorum phœbo docente) quæ primæ nostræ naturæ substantiã compleuerunt: spiritus, sanguis & aerea humiditas, ex qua in primo ortu (ueluti in libris de semine dictum est) partes fiunt animalis solidiores, mox uero augmentum in his perficitur: perindeac ex iã

Li.2. oratoriarum institutio. 13.

Gal. adag. 1. de poten. naturalib°. c. 15. ĩ prin.

1. naturaliũ 14. in prin.

3. met. c. 2. post princ. 1. aphoris. cõm. 15. & innuitur ẽt cõm. 14. 2. eiusdẽ. 7. 1. meth. 1. ꝑ fi. finẽ. & 3. in prin. 3. ar. med. 84. 11. cõtra lycũ 5. simpli. 8. Lib. 1. de se mi. c. 5. 7 9 10. 11. 13. & lib. 2. cap. 4. & 5.

dicto sanguine carnosa species pinguisq; resultat: continentis, contenti, & impetentis nomine tria hæc Hippocrates (Galeno etiam declarante) indigitat: continentia nanque, membra solida: quæ quidem aerea ex substantia seminaliq; facta sunt: cõtenta, humores, sanguinemq; impetentia uero, seu fluitantia, seu hincinde manantia, spiritus ipsos intelligit. Est autem spiritus hic innatus, nedum animantia, sed lapides quoque continens (quemadmodum introductorii auctor exprompsit) lapides intelligo præsertim quibus aliqua, uel trahendi, ut magneti, uel expellendi, siue quid aliud agendi potestas indita est quo spiritu cui instrumento agũt: atque hunc becticum idem quoque auctor (Stoicorum sententia) appellat: nonnulli uero complantatum, insitumve, aut connatum græcæ σύμφυτον ex Aristotele nuncupant. in toto .n. corpore fixus habitualisq; consistit, ad finem usque idẽ numero (apponensi quoque Galeni mentem rationibus comprobante) perdurans, ac tandem radicalis humidi penpetua forma ueluti: & solidæ partes carnosaq; species materiæ rationem poßidentes: tametsi gentilis, ipsumq; sectantes oppositum contendunt. Quãuis enim philosophorũ Coryphœus, alibi, uel determinatum uel decernendum, an idem numero spiritus semper maneat, uel alter perpetuo generetur, omiserit: eandem tamen rationem esse de alijs etiam partibus inquit. Seruantur autem & aliæ partes,

6. epid. parti. 8. tex. 19
1. de diffe. feb. 1. ṽsus finem.
Li. de rigore tremore &c. cap. 5. ante med.
in introductorio q̃ꝗ medico. 9 post princ.
Cap. 13. circa prin.
Cap. 9. post princ.
Lib. de motib⁹ anim. ṽsus finem
Cõcilliaris differẽ. 59 in annexo.
l. 1. doc. 6. c. 4. cõm. 2 in fine.
Lib. de motib⁹ anim. ṽsus finem

perindeac alias, longiori sermone, nostris uidelicet in artem medicinalem lucubrationibus, radicale ipsarum humidum, ad finem usque durare (tametsi cõtinuo diminutum, desiccatumq́;) demonstrabimus. quòd principis exemplo de elychnij radicali humiditate (initio licet monacho) liquere potest. Eadem igitur ratione connatum à generationis initio spiritum, omnibus insimul in partibus existentem, unum eundemq́; numero perseuerantem, quanuis diminutum concludemus etiam si inuitus id peripateticorum summus (pluribus enarrantibus) admitteret. Hic uero & ille est, qui quidem substantia in pueris copiosissimus, qualitate uero in uigentibus adauctus, in quibus quantitate, diminuitur (prout Galenus cum Hippocrate dixerunt) isq́; spiritus (de quo & Aristoteles scriptum reliquit) calidum (ni senis dicta perperam capiamus) innatum appellamus: Et si nihil prohibet (inquit Galenus) sanguineam substantiam, carnosamve, simulq́; aeream, unam cum ipsomet spiritu calidum inaudire innatum. Si nanque spiritus hic instar fluminis, ignisve à corde aontinuo deflueret, qui fieri posset ut qui crescunt plurimum habeant calidi, spiritusve, innati? Spiritus enim calidi loco, prima Galeni expositione, intelligebatur. neminẽ uero, tametsi Iotario rudiorem, latere opinor, longe plures copiosioresq́; influentes spiritus, in adolescente, robustove, ac sanguineo, iuuene, totum per corpus, uagari, à cordeq́;

l. 4. tr. 1. c. 8 Secũdi art. med. cõm. 44. ꝟs. fin.

Nõ cõcederet Arist. unũ permanere ſm exponẽ illorũ qui tenent totã materiã fluere nihil pmanere &c. Ideo dicit pluribus enarrãtib⁹. 1. apho. 14 14. 2. de tẽperamentis 2. & 5. simpliciũ cap. 8. lib. cõtra lycũ ꝟs. fi. Lib. de spiritib⁹. 2. de generatione animal. 3. li. de motib⁹ animaliũ ꝟsus fi. 5. simpli. 8.

perpetim pullulare, quàm in tenello adhuc macer-rimoq́; infantulo, qui hodie fortaßis uel heri na-tus fuerit. quiq́; nihilominus huiusmodi puerulus, etiam si natura insaluberrimus, actuq́; ægrotans sit, plus tamen calidi habens innati, saluberrimo quouis iuuene existit, plurimo igitur indiget ali-mento (supposita seruataq́; interim corporeæ mo-lis aliorumq́; paritate) alioquin corpus, utpote hu-midum spirituosumq́;, facillime per alitus absumi-tur. pauciori tamen indigeret, si de influentibus in-telligeret. Præ cæteris uero Galeni uerba perlibrā-

5. simpli. ciū. 8.

da sunt: cum sic proprio idiomate inquit, καὶ δὴ „
καὶ περιέχεσθαι μὲν ἐν ἅπασι, τοῖς τοῦ ζώου μέ- „
λεσι τουτὶ τὸ πνεῦμα φαμὲν, οὐχ ὅμοιον δ' εἶναι „
πανταχόθι, καθάπερ οὐδὲ τὸ αἷμα ἀναγκαῖον, „
περιέχεσθαι δὲ κἀν τοῖς κενοῖς οὐκ ὀλίγην οὐσίαν „
αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ οἷον ὕλην τινὰ βραχείας μὲν ἔτι „
μεταβολῆς δεομένην εἰς γένεσιν ἐμφύτου πνεύ- „
ματος ἠκριβωμένου, κατὰ τὰς οἰκείας ποιότη- „
τας, ἤδη μέντοι πρός γε τὰ φυσικὰ τῶν ἔργων „
ἱκανῶς συντελοῦσαν, quod nobis latine indigitat, „
certe dicimus eū spiritum in omnibus animantis con „
tineri partibus, sed non undiquaq́; esse sui similem, „
ueluti nec sanguinem est necesse. Contineri autem „
& in spatijs inanibus non paucam eius substan- „
tiam. Magis uero uelut materiam quandam, leuicu „
la etiamnum mutatione indigentem, ad, innati spi- „
ritus secundum qualitates proprias absoluti, gene „

„ nerationem: nihilosecius tamen & satis superq;
„ ad naturalia opera conducentem. Dicendo igitur in omnibus contineri partibus, nec non pro illarum uaria forma temperamentove diuersum esse: connatum, becticumve, ac fixum spiritum indigitare uidetur: cuius quidem non parua in spaciis inanibus, hoc est porulis meatulisve (haud enim in altera uesica, uentriculove, aut intestinis) portio continetur: quum scilicet in uaporem conuerti eius aliqua pars cœperit, indeq; per halitum (deficienteq; præsertim qui ad eius instaurationem fotumq; à corde influit uitali nuncupato spiritu) sensim discutitur. Qui quidem spirituum potius materia, quàm spiritus nuncupandus uenit. Breui adhuc mutatione indigens, ad innati spiritus, secundum qualitates proprias (hoc est tenuitatem, leuitatemq;, ac tēperamentū) absoluti generationem tenuior namque leuiorq; ipso etiam halitu proprius absolutusq; (Galeni dogmate) spiritus est, sincero licet aere craßior sit: omnium enim (ut inqut) quæ in corpore sunt, leuißimum, tenuißimūq; spiritus, secundo loco halitus, tertio gradu qui plane absolutus, attenuatusq; est sanguis. Großior uero hic de quo loquimur, becticus inquàm spiritus quàm influens est. Quin (ut expeditius clariusq; loquamur) seminis pars tenuior spirituosiorq; existit: Qua de re spirituum potius materiam dici quàm spiritum rectißime protulit: tametsi spiritum appellari ob te-

3. de potē. natural. 14 post princ.

nuitatē functionemq́;,cum ad naturalia non minus

Versus finē

opera conducat,minime decedet.Quanuis enim libello aduersus Lycum,duo tantum calidi innati,de qua aphorismus intelligebat,substantiam, complere dixerit,sanguinem scilicet ac semen, nihilq́; præter hæc tertium nouisse protulerit: quemadmodū in aphorismi quoque interpretatione innuerat: in seminis tamen substantia spiritum subintellexisse liquet,cum ex serosa deinceps humiditate ac spiritu in ea cōtento cōstare subiunxerit,ut libris etiā de semine prædixerat adeo ut idē proculdubio sit, nec sibi met ipsi cōtradixerit,duas ibi dūtaxat substantias calidi innati proferēs,atq; alibi tria substātiam materiam complere.Sicq́; bifariam Hippocratis sermo uerificabitur,qui crescunt plurimum habere dicens calidi innati:cum substantiam,non qualitatem intelligere Galenus opinetur,dupplicem primo triplicemve substantiam capiendo. Dupplicem inquàm,semen ac menstruum sanguinem, radicale humidum utrunq; nuncupatum, Triplicem uero,si spiritum in semine antea subintellectum, expresserimus.Secundo,iuxta enarrationem, quam libro quinto de simplicium medicamentorum facultatibus,ex priori intentione Galenus innuit, spiritum,duntaxat subaudiendo:ut qui crescunt plurimum calidi hoc est spiritus innati habere intellexerimus.Plus enim spermaticæ substantiæ, quemadmodum & sanguineæ,pueri quàm iuuenes natuq́;

1.aphor.
commē. 14

Lib.1. dist. 1.c.6. ꝟsus finē & c.ēt 4. & 5. & 2 libri cap.5. circa prin. ubi innatū uocat spiritū licet calorē interpres cōuerterit,qui in semine plꝰ uel minus copia continetur.

Cap.8.

maiores cum habeant: plus etiam spirituosæ substantiæ quæ spermatis pars est continere, lippis atque tonsoribus liquet. Quò nanque magis, magisq; crescit fœtus, eo sanè minus redditur calidum illi innatum corpus (perindeac medicorum phœbus ait) Lib. cōtra lycū ẏs. fi:
» quod nihil quàm sanguis semenq; aliud est. Vt er=
» go cuncta in infantibus (ueluti deinceps subdit) san
» guinolentißima reperiuntur: adeo ut in oßibus
» quoque nōnihil huiusmodi appareat, contra in seni
» bus fit, ut exāguia maxima cuncta sint, usque adeo
» ut caro quoque huiusmodi sit: quam etiam ipsam mi
» nimo præditam sanguine obtinent, corpus porrò ca
» lidum innanum sanguis erat. Quare ex his colligi=
» tur, & ijs qui crescunt plurimum inesse corporis
» calidi innati, & ijs qui consenuere, minimnm. Sic
» etiam semen, quod ex serosa humiditate ac spiritu,
» qui in ea est, constat: in his qui consenuere exiguū
» amodum est, at in horum qui crescunt corporibus
» plurimum, atque inter ipsos, in his potißimum qui
» nati nuperrime sunt, quemadmodum in commenta=
» rijs quoque de semine demonstratum est. E quibus Lib.12
quidem prænarratis mirum non esse liquet, si duos tantum spiritus, & in libris de dogmatibus Hippocratis & Platonis, & in alijs omnibus memorauit, omisso penitus hectico, utpote spiritus nomenclaturam minime (ueluti prædictum est) merente. Quanuis enim uitalis idem hic spiritus antea, per arterias, à corde in testes defluens, serosæq; (sic nanq;

Lib.1.doct. 2.cap. 1. 2. 5. & 2.eiusdem cap. 6 Lib.1.de sem.dist.1. cap.4.5.& 6.& secundi eiusdem cap.5.

in libris de semine sæpius uocat) substantiæ spermatis admixtus (Galeni etiam dogmate) fuerat: Adeo tamen illius crassitie, lentoreq; demum concrescit, ut non amplius spiritus uitalis, sed uel insitus innatusve spiritus, uel spirituum materia dicēda sit. de qua nihilominus re prolixior nobis alias sermo habendus est.

Dubitat.

Idipsum duntaxat nunc obiter cū prædictis attingemus, maximam scilicet difficultatem nobis circa Galeni symtagmata insurgere: cū perplexus, in quinto de simplicium medicamentorum libro, adeo uideatur, ut modo de hoc insito hecticove spiritu, modo de influente sermonem eius aphorismum enarrantis uerificari uideatur. De prænarrato nanque hectico uidetur, cum ait, in pueris natuq; minoribus plurimum existere, qualitate uero in uigentibus adauctum. De influente autem deinceps, quum de ipso Aristotelem scripsisse protulit: qui tamen spermatis substantiam, neque crassam, multoq; minus tenuem permanere admiserat. Dein uero in commentariis de Hippocratis Platonisq; placitis, primum esse hunc animæ instrumentum, etiam si non sit animæ essentia, demonstrasse ait: Nullibi autem præterquàm, in septimo libro (nisi quippiam in primo quo caremus præscripserit) ac de influente quidem non posse animæ essentiam, neque illius domicilium, ob sui fluxibilitatem, existere demonstrauit. Quibus alio sic modo positis, uerisimile quidem esset, non undiquaque sui simi

Cap.8.

Idem dicit 3. de locis affectis.7. cap. 3. post medium.

lem, intelligere, non quia hecticus, ſed quia temperamentum à parte ad quam defluit, recipit ueluti nec ſanguinem ſibimet ipſi omni ex parte ſimilem eſt neceſſe. In cordis autem ſiniſtro uentriculo, arterijsq́; nec non cerebri ſpatijs inanibus, In porulis quoque non parua huius influentis ſpiritus ſubſtantia inuenitur ab arterijs expreſſa: qui cum uitalis ſit, uelut materia quædam innati ſpiritus, quẽadmodum & animalis etiam dicti, exiſtit: leui breuiq́; adhuc mutatione indigens, ad inſiti ſpiritus ſecundum qualitates proprias abſoluti generationẽ. Adeo ut per hæc demum uerba non abſolutum innatumq́; ſpiritum, ſed eius potius materiam exiſtere inquiens, nihiloq́; minus ad naturalia opera conducencem, alium ab hoc eſſe ſpiritum abſolutum innatumq́; innuerit. Quas ob res non parua hic ſermo ſpeculatione indiget: cũ uarius inconſtansq́; ſibimetipſi aperte uideatur. Niſi de eodem quidem ſemper ſpiritu, haud numero tamẽ, ſed ſpecie, genereve locutum eſſe dixerimus. Ariſtotelem uero, inſito de hoc ſpiritu in genitura contento ſcriptum reliquiſſe, quin genituræ ſeminisve corpus totum ſpirituificari dicentem per nouimus (licet durationem eius minime determinarit) libro uidelicet de animalium generatione. Secundo quem locum rectius in libro ſimplicium quinto, quàm primo de ſemine Galenus intellexiſſe uidetur. Haud.n. ſpirituificatur, quia per totã uteri capacitatẽ in uapo=

Reſpon.

Cap:3.
Cap.8.
Cap.3.

rẽ uẽtũve conuersum extendatur: ut inde tumor inflatioq́; ac dolor succedat, uel ꝑ uteri osculũ egrediens strepitum, ructus, crepitusve instar efficere debeat. Sed paulatim subtiliari, menstruoq́; sangui ni admisceri & inuolui philosophorum spirarcus præsupposuit, cum non sicut uapor (ipso met Galeno deinceps confitente) sed per se mobile animalis principium tam spiritus quàm illa quæ hunc continet humiditas sit. Per uniuersam itaque sanguinis substantiam spirituificatum semen uelut operans dispergitur, sicq́; paulatim dilatatur extenditurq́;: ut non solum qualitate operari Auerroes protulerit, sed in iuuamento caloris quantitatiui Arabũq́; medicorum princeps recte quo ad hoc Aristotelis mentem intelligens ait. Et putant homines quòd Aristoteles putauerit quòd sperma uiri non esset pars pueri, neque immixtum cum materia pueri. Sed hoc non fuit eius consilium: sed suum consilium fuit quòd inuoluatur cum materia, ut sit operator membrorum, & ducat idoneam materiam ad membra: & erit illud sperma materia spiritus in creatura, quia efficitur multum subtile & habile ut transeat in spiritum. Hic ergo spiritus quẽ in pueris copiosiorem, uigentibus autem qualitate auctũ Galenus cum Hippocrate supponit: ille est de quo Aristoteles scriptum reliquit, maioris tamen quantitatis esse intelligens, ut qui non solum in genitura contentum spiritum, illius ueluti partem existen-

Lib. de semi, c. 8.

2. colliget c. 10. ꝟs. fi. 9. de anim. uersus finẽ.

1. aphor. 14 2. de tẽper. 2. & 5. sim. 8. & lib. cõtra lycum uersus finẽ. 2. de gener. animal. c. 3

tem, omniumq́; ſemina quibus ineſt fœcunda reddentem, & elemento ſtellarum proportionatum, uerũ et uniuerſum ipſius geniturae corpus ſpirituificari uoluit, ſanguiniq́; immixtum, ut coagulum in lacte operantem, ac fabrum in lectica, quin ueluti in cæreo globulo formam remanſiſſe. Sic enim ad propoſitam ab initio capitis difficultatem quonam ſcilicet ſeminis corpulentia uertatur abeatve, ſi nulla pars coſtituendi conceptus ſit, ac facultate quam in ſe continet operatur: Reſpondere cupiens ait. τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα, ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, ἧς τὸ μὲν χωριστὸν ὂν σώματος, ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τὸ θεῖον. τοιοῦτος δὲ ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς, τὸ δ' ἀχώριστον, τοῦτο σῶμα τῆς γονῆς διαλύεται, καὶ πνευματοῦται, φύσιν ἔχον ὑγρὰν καὶ ὑδατώδη. *quod eſt: Geniturae autem corpus, in quo ſemẽ animalis principij contentum una prouenit, cuius hoc quidem ſeparabile à corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, qualis eſt quæ mens appellatur: hoc autem inſeparabile. Hoc inquàm geniturae corpus diſſoluitur atque in ſpiritum conuertitur, cum naturam humidam aquoſamq́; habeat. In quibus philoſophi uerbis dictionem, cuius, græcæ,* ἧς *adiunximus ex Philopono dicente* λείπει δὲ ἐν τῇ λέξει τὸ ἧς, *hoc eſt deficit autem in dictione, cuius, ut legatur: in quo ſemen animalis principij (ſpiritus uidelicet calorve, ipſomet exponente, ſtellarum calori pro=*

portionalis) una prouenit. Cuius, scilicet animalis principij, idest animæ, hoc quidem separabile à corpore ueluti mens est, hoc autem inseparabile, quemadmodum uegetatiua, nec non sensitiua est. Dictionem quoque σπέρμα commutauimus ut dicat σῶμα. Quo sibimet conformis existat neque in tam paucis uerbis huius dictionis σπέρμα æquiuocatio fiat: ut prius de calido spirituve intelligatur, dein uero de genitura. De spiritu nanque rursus intelligere nequimus: cum aqueam liquidamve naturam habere & in spiritus conuerti subiungat. Cuius naturam calidam æreamq; paulo ante iam dixerat: Vltra quòd ineptus loquendi modus, est, geniture semen ipsam met genituram nuncupare: præsertim quia differre à semine genituram propropalauerat. Vt mirari me hercle deprauationis antiquitatem cogar. Quorum nihilominus uerborum expositiones, uariasq; difficultates emudellare, præsentis intentionis non est: obiter nanque currentiq; calamo decernendum de his diximus. Haud enim rudibus cuncta exponere hoc in loco intendimus, uerum arte medica consultioribus, quibus tum hæc tum alia longe quàm nobis notiora existunt, aduersantium stoliditatem propalare. Hæc itaque de insito spiritu de quo Aristotelem scriptum reliquisse testatur Galenus in tantum hoc loci dicta sint. Primum uero animæ instrumentum esse, non animæ substantiam, influentem spiritum intelligens,

Cap. 2. l. de gener. animal. 18. post me.

Cap. 3.

gens, in ſeptimo de Hippocratis Platoniſq; decretis demonſtrauit. Quem locum quinto ſimplicium uolumine citabat. Fortaßis autem & hunc (de quo loquimur) inſitum ſpiritum primo quod deſideramus uolumine ipſius animæ ſubſtantiam ſimiliter non eſſe probauit: perindeac libro animi mores corporis temperaturam inſequi declarante materiam potius ſubiectumve potentiæ uegetatiuæ (quam ſtoici naturam uocant) ſicuti et alterum animæ, quàm ipſam naturæ animæve ſubſtantiam eſſe uoluit: quarum nihilominus formarum eſſentias ſpirituũ ipſorum temperamenta frigidum uidelicet humidumq; nec non calidum ſiccumq; determinat. Si ſtoicorum ſententia frigidum & humidum alterum, alterum uero calorem & ſiccum poſuerimus. Cuiusuerba, quia deprauata pariter ſunt, recitaſſe nõ tædebit, quum enarrata iam ſtoicorum ſententia ſubdit: ὥστε καὶ τοῦ θ' ὕλη μέν τις οἰκεῖα τῆς ψυχῆς ἐστι τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ τῆς ὕλης εἶδος ἡ κρᾶσις ἐν συμμετρείᾳ γιγνομένη τῆς ἀερώδους τε καὶ πυρώδους οὐσίας. quod eſt quamobrem & hic ſpiritus materia quædam peculiaris propriave animæ eſt. Materiæ autem forma temperamentum eſt quod in aëreæ igneæq; ſubſtantiæ commenſuratione conſiſtit. Tametſi traductor Syluanius græci caudicis corruptionem minime aduertens quia ἤτοι κράσεως ἐν συμμετρίᾳ γιγνομένης, habebat: ſic imperfecte traduxit, forma autem materiæ ſeu tẽ-

Cap. 3.
Cap. 8.
Cap. 4. ad finem.

peramenti aerea igneaq; substantijs in symmetria conuenietibus consistit. At nostrum prosequi propositum occasio præceps accelerat. Haud temere igitur innatum insitumve ac naturalem alterum spiritum nuncupant: siquidem à primo generationis exordio ipsa in spermatis substantia contentus: præter id quod proprium nutritiuæ potentiæ instrumentum materiave est, quam Græci (Galeno auctore) præsertimq; stoici φύσιν hoc est naturam ἀπὸ τοῦ φύειν. quod est nasci, uocant: cuiuis enim membro innata est potentia hæc, atque à primordiis indita, qua nedum seipsum regere trahendo, retinendoq;, & coquendo, ac tandem retrimenta deiiciendo ualeat: sed adiungere glutinareq; possit, & demum substantiæ permanentis similem efficere: quod uere (iuxta Galeni dogmata) nutrire est: præter hæc uero, dum plus quàm discussum est apponit, instauratq; augmentatiua potestas est: cui quidem nutritiua (principe quoque ipso confirmante) ab ea quidem ratione duntaxat differēs subministrat. Quinimmo & ipsi generatiuæ, facultati, quàm & alteratricem uocat Galenus generatim loquens, speciatim uero excalfactoriam, frigefactoriam, humectatoriam, exiccatoriamq;, ac (ut clarioris doctrinæ nominibus utamur) ossificam, neruificam, membranificamq;, ac cæteris id generus nomenclaturis indigitat. Alteri quinetiam formatrici nuncupatæ, formas compagesq;, cauita

1. de potēt. naturalib⁹ in princip. & li. cōtra Iulianū ante me. uide lib. de formatione fœt⁹ circa fi. li. ꝙ animi mores tēpa turā seqnt c. 4. ꝟl. fi.

1. de potēt. naturalib⁹. 11. circ. pri. 1.1. doc. 6. cap. 2.

1. de potēt. natur. c. 6

tem, meatus, exortus nexũve, positum, aliaq́; eiusmodi organicas ad naturas pertinentia, quemadmodum superficies est, magnitudo, ac numerus, quibusuis dispositis iam membris exhibenti, quæcunq; illa sit (Galeno enim perindeac Aristoteli quoque incerta est, etsi uegetatiuã uterq́;, perinde ut alias ostendemus, suspicari magis apparet) nutriens hæc, uel ratione duntaxat uel re quoque ipsa differens, suis cum asseclis ministrisq́; facultatibus inseruit: quod scilicet attractum iam est, retentumq́;, & concoctum, superfluis expulsis, apponẽdo, uniẽdoq́;, et aßimilando, atque (ut uno me uerbo expediam) quod per halitum, caloris ui, discutitur instaurando. Quas ob res si hæ quidem facultates cuilibet fuerunt membro iam à primo generationis initio, uel à generante potentia temperamentum, quod esse ac substantia membrorum (Galeni dogmate) existit, illis distribuente: uel a creatore primo naturave (ut aiunt) naturante, taliq́; potentia usa, dicatæ prius: quàm uel cor, uel quoduis aliud membrum organicum à formatrice distinctum sit, ultra quòd ab ipso statim seminis in matricem ingressu (cum generatio ab umbilico, uelut à radice exordiũ sumpserit, ad iecoris uiscerumq́; naturalium constitutionem: prius quàm ad cordis productionem, cuius adhuc neceßitas nulla sit perueniatur (ex anatomicis administrationibus sumpta coniectura) stirpium instar ascendere à Gale-

1. de usu partiũ. 9. & li. de plenitu. post princ. li. de usu respirationis uersus finẽ. 2. metho. 6. circa finẽ. & sæpe.

Lib. de formatione fœt⁹ ante me.

leno iudicatur: Adeo ut prius quàm cor ipsum formatum sit, plurima iam membra uiuerent: Quid est cur defluentibus facultatibus priores in esse particulis potentias à natura insitas non necessario dixerimus? quanquàm nescio quid uel somniare uel diuinare fortaßis Arabum principi contigerit, uitalem à corde fluentem cæteris adeo præponenti, ut in spiritu membrisq; deinceps recepta, cuncta hæc pro aliis recipiendis disponat: Si præsertim non in corde tantum, sed in qualibet uniuersi corporis particula totam essentia præsentem peripatetice (cuiusmodi sectæ princeps esse maluit) pluribus cum interpretibus (uel initio Alberto) admiserimus. Nutritiua igitur naturalisve facultas ea est, qua primo uiuens embrio fit, atque dicitur, tametsi animalis nomen nondum adeptum est. Quam ob rem & philosophorum spirarchus ait: ortus à generatione prima est animæ nutritiuæ in calido participatio, uita autem mansio eius. Vitam igitur hæc præbuit, seu per uitæ nomen actum (ex Alberto) primum, essentialemq;, seu secundum, siue cum principe aptitudinem intellexeris. In existente nanque singulis quibusq; membris naturali facultate, naturaliq; spiritu eius organo, proculdubio si nutrimentũ administretur, illius actio perficitur. ubicunque enim agens est, materia, & instrumentum, deductio impediente, naturalem actionem consequi necessum est. Nil uero præter immodtcam natiui caloris intemperiem impediens imaginor. Tandiu

L.1.doc.6.
cap.4.

Lib. de homine q uoluit animã esse i corde tm̃ essentia liter.
Li. de morte & uita ante med.
1. de aia tr. 2. c. 6. & li. de mort. & uita. tr. 1. c. 2. & 3
Pricceps 1. de anima t. 1. ỹsus fi.

quoque uiuimus (prout decantatum celebreq́; philosophorum theorema est) quandiu nutrimur.

Itaque defluentem ponere, uel à corde, uel à iocinore facultatẽ (siquidem præ innata ibi existit, perinde ac prædiximus) superuacaneum prorsus (Galeni dogmate) arbitramur. Ni aßiduam generationem & corruptionem fieri permiserimus. Idipsum tamen uerum est, quòd uenis duntaxat (& si non aliis membris), tanquàm ab ipso iocinore (secundũ Galeni sententiam, quàm proculdubio ueriorem esse alibi demonstrabimus) ortis, ac per hoc eidem natura temperamentove similibus, continuitatis consensu non spiritu duce communicatur. Adeo ut uenas etiam sanguificam obtinuisse potentiam protulerit. quemadmodum pulsandi quoque uirtutem arterijs duntaxat, eadem ratione, à corde ueluti lumen à sole distribui uoluit. Quas ob res non semel iecur uenis, Sicuti cor arteriis, ac cerebrum neruis uirtutem largiri disserit, principiumq́; iecur ipsum altricis facultatis, in animalibus, interdum ponitur. Haud enim huiusce uirtutis principium positum est, quia reliquis ipsam particulis præ-
1 *beat. Sed trifariam tale dici potest: Primo siquidem quia principalior concupiscibilis scilicet in eo tanquàm in proprio throno residet. Sed ne absurdum quidem est facultatis temperaturæve e materiæ potentia deductæ subiectum posse principium nuncu-*

2. d' aĩa cõ. 5. & tex. 14 34. 47. 48. 3. eiusdem cõ. 44. 59. 1. pige. 41. 8. physico. comm. 20. 4. de usu p tiũ. 2. 13. 4. reg. ac. 47. 2. art. med. & 6. de decr. Hipp. & Pla. & sæ. 4. de usu p tiũ. 3. ĩ prĩ. & ẽt 17. circa prĩ. & c. 12. ꝟsus fi. & i. de pot. natural. 4 2. reg. acut. 47. post m. 1. de usu p. 16: in fi. 4. eiusdẽ ti 3. 1 ad Gla. 14. in fi. 3. art. med. te. 6 5 li. de pleni. post prĩc. 7 met. ꝟs. fi. & sæpissime & 6. epid. cõm. 1. cõm. 2 1. de sem. dist. 2. ca. 5 ante me. li. de form. fœtus circa med. lib. de usu pulsuum c. 4. & sæ. 13. met. dif. 3. ca 9 in princ. 5. de loc. affect. circa prin. 9. meth. c. 10. & 6. de decr. Hipp. et Plat. cap. 5. post prin. 1.

pari. Secundo quoniam inde uenis distribuitur. quæ quidem uenæ, ultra quòd ex propria substantia nutrimētum sibi aßimilant, uirtute nihilominus ab hepate recepta sanguificant quæ sanguificatio communis, uniuersoq; deseruiens corpori, actio est: Alteratrix enim (Arabum quoque principis testimonio) quæ in hepate est: commune uniuerso corpori officium agit. Tertio principium huiusce facultatis existit, quatenus prima communis alimenti origo radixve est, qua remota, naturales facultates singulis in partibus innatas, suis cum actionibus, destrui necessum est: Nam sanguinem è iecore emanare cum dicimus, quid aliud statuimus quàm sanguinis procreatricem facultatem (dicebat Galenus) in eo uiscere contineri? Si igitur ut alatur animal sanguinis generatio est, atque ea in iecore fit: uiscus hoc non cor altricis facultatis principiū erit existimandum. Quod enim membrum materiam ad alimētum toti corpori idoneam procurat, id uerisimile est esse altricis & uegetabilis facultatis principium. Sicut uidelicet in plantis, eam partem esse diximus, quæ radicatio nuncupabatur. Illa siquidem per numerosas radicum fibras nutrimentum è terra eliciendo in se colligit: atque inde in totam plantam, per stipitem digestum transmittit. Ab ipso igitur iocinore cætera membra, quanuis facultatem non recipiant, neque spiritus, necessario tamen alimentum assumunt, quod arctius cum

[Marginal notes: 1.1. doc. 6. c. 2, uers. fi — 6. de decr. Hipocr. & Plat. cap. 5 post princ. — Ibidē. c. 4]

Galeno ex Hippocrate loquentibus quasi alimentum nuncupabimus, cui tum hæmorragiã, idest sanguinis profluuium, tum (uno uerbo) omnem sanguinis inanitionem recte opponas: Quemadmodum alimenti nomen minus meretur quod in uẽtriculo existit, nisi quia futurum alimentum est: cui uomitus lienteriaq; contraria sunt: Quod uero apponitur iam multoq; magis si unitur aßimilaturve, propriißime alimentum dicetur. Cui quidem substantiæ fluorem aduersum intelligas. Sic enim pluries Hippocratis distinctionem, qua dicebat, Alimentum aliud est quod nutrit, aliud quod quasi est nutriens: aliud quod futurum est nutrimentum, clariori utẽs dogmate enucleat. Tametsi alias (quoniam de talibus diuisionibus statuere, pro arbritrio cuiuis (ut inquit) licet) philosophi potius quàm medici officio fungens, rem hanc subtilius, pro subiectæ materiæ ratione, emedullans, diuisionis membra aliter indigitat, adeo ut in uenis contentum sanguinem, non quasi alimentum, sed nutriturum potius, futurumve nutrimentum nominasse oportuerit. Sic enim (ut suismet uerbis Galeni sententia intelligatur) inquit:
» Ac proprie quidem nutrimentum est quod nutrit:
» quod uero ueluti nutriens est, nondum tamen nutri
» uit, cuiusmodi scilicet est quod agglutinatur, uel
» quod apponitur, id proprie nutrimentum non est,
» sed æquiuoce. Quod autem in uenis est, atque hoc
» etiam magis quod in uentriculo est, id tanquàm nu

1. de tuenda ualet. in fi. Lib. de alimento post princ.

Vt 2. et ar. med. te. 69

uid 2. aph. cõm. 17. & 5. 39. 3. de tẽperamẽt. 2. uers. fi. 1. de potẽt. naturalib' cap. 1. 1. de tuẽda ualet. in fi.

Solutio contradictionis.

1. de potẽt. natural. c. 11. uers. fi.

triturum aliquando fit, si probe concoctum fuerit, nutrimentum appellatur. Adhunc modum edulia quæque nutrimenta uocamus: non utiq; quod iã animal nutriant, neq; quod talia sint, qualia sunt quæ nutriunt, sed quòd nutritura sint, si probe sint concocta. Id nanq; est quod ab Hippocrate dicitur, nutrimentũ qđ nutrit nutrimẽtũ qđ ueluti nutrimẽtũ est. Nutrimentũ quod nutriturũ est: Siquidẽ quod iã aßimilatur, nutrimẽtũ appellauit: quod uero tale est, quale illud, nempe appositum agglutinatum ve genus ueluti nutrimentum: Reliquum omne siue id in uenis continetur, seu uentre, futurum nutrimentum. Ast hæc obiter, circa nutrimenti nomenclaturam, in tantum dicta sint. Assumunt uero particulæ omnes necessario nutrimentum, nedum ab hepate, sed ab ipso etiam corde. Etenim difflabile dissolubileq; trium corporum substantiam nostram complentium quodlibet est: fomite igitur opus est, ut instaurentur, uel custodiantur. Instaurantur uero, atque ad uigorem usque augentur solida membra, & carniformia sanguine ab hepate transmisso: Spiritus uero becticus membrisq; innatus, spiritibus à corde fluentibus custoditur, quibus quidem & animales quoque spiritus nutriuntur. Erit ergo (uti Galenus inquit) arteriarum utilitas (tum spiritibus in se contentis, tum uentilatione inspirando expirandoq; expleta) custodire eam, quæ secundum naturam est, caliditatem: & nutrire spiritum

1. de usu p. 16. circa fi. li, de usu respirat. c. 5. 4. de usu pulsuũ c. 4 6. de usu ptiũ 17. post medium.

» animalem. Sanguinis autem generandi, simul & in » omnes partes ferẽdi gratia, uenæ factæ sunt. Quas » ob res idem alibi quoq; prædixerat: perindeac ma » gneti lapidi uis inest, qua ferrum attrahere potest, 1. de locis affe. in fine » ita naturalia quoq; instrumenta omnia cognatam » facultatem habent, qua actionem suam perficiunt. » proinde si permanens fuisset ipsorum essentia, neq; » arterijs, neque uenis indiguissent. Verum quia, nu= » trimento egent, seruareq; oportet intimi caloris » temperiem. Hanc ob causam & uenis indigebant, » & arteriis: ita ut nullum membrum sit uiuẽs, quod » his (perindeac alibi confirmat) carere queat. Maxi 8. de usu p. c. 1. ante medium. » me item uerisimile est, (quemadmodum libello de Post med. » fœtus formatione ait) formatas partes ubi primum » perfecte absolutæ sunt, incipere proprias substan= » tiæ suæ functiones exercere: & neque renes, neq; » uuluam, neque lienem, neque intestina, aut demum » aliquod aliud, instrumentum naturale alterius au= » xilio indigere, ad propriam functionem exercen= » dam. Quoniam uero partium substantia, neq; quo » ad quantitatem, eadem permanet, cum multum quo » tidie ex ipsis defluat, neq; quo ad qualitatem, cũ ua » rijs alterationibus afficiatur. Mutuo subsidio indi= » guit, quo & exinanita supplerentur, & alterata restituerentur. Maxima igitur cordis officij digni tas est, atque ægrotantibus (eiusdem quoque testi= 7. met. c. 13 monio) maxime omnium necessaria: ut spiritum tẽ= peramentumq;, ac per hoc innatam facultatem sin

gulis in partibus custodiat. Qua de re ipsius actio ne pereūte, reliquorum duorum, hepatis inquàm, et cerebri actiones, quàm primum perire necesse est. Iocinoris aut opus, omnibus licet particulis per necessarium sit, quò alimentum illis distribuatur, Nō tamen adeo perpetuam necessitatem habet, sicuti ipsius cordis. reficiente enim ob aliquam obstructionem, siue intemperiem, sanguificatione, possunt tamen membra adhuc, pro aliquo uel effatu digno tempore nutriri, eo qui in uenulis existit, siue proprio in loco reperitur, sanguine cuius porro instar & uentriculi opus est, deficiente uero, ac nullatenus inuento, qui à corde influat calore, membrum ocyus deperire necessum est. Itaque ad nos iterum conuersi, spiritus duntaxat à corde influere, nullam uero uirtutem ad membra concludemus. Ea nanque potestas (quam aliqui animosam, nonnulli uero uitalem, Galeno teste, nuncupant) in corde quiescit, arteriis tantummodo, (ut eiusdem sententia sexcentis in locis liquet) per tunicularum substantiam ueluti lumen à sole ipsi aeri, communicata. Ipsius nanque munus est dilatationē cordis adstrictionemq;, & ex consequenti unà cum corde arteriarum, eodemq; simul utriusq; motu: præter id autem & spiritus, qui aerationes quædam sanguinis (uti Galenus ait existunt, gignere. Præ cæteris uero, gaudium, et mœrorem, pauiditatem, audaciam uel inter has mediam fortitudinem, cæte-

5. de locis affectis. 1. circa prin.

9. met. c. 10 post prin.

Ratio.

Vt 3. de p̄sag. expulſ. cap. 3. circa princ.

11. met. c. 3

rosq́; id genus animi affectus, quibus denique operibus, aliarum uirtutum (uti princeps ait) recipiendarum præparationem efficere adiungitur. Itaque si potentia hæc ad membra ut ossa, carnem, neruos, cæteraq́; perueniret. Illuc quidem, uel spirituum, uel animi affectuum, uel pulsationis constituendæ gratia adueniret: uel demum (ut principis dictum tanquàm uerißimum esset admittamus) ad alias recipiendas uirtutes disponendi studio: ni frustra eò acceßisse, insulsis cum Asclepiade atque Epicuro cõcesserimus. Horũ uero nihil perspicimus: Idcirco uitalis hæc potentia uulgo nuncupatur, non quia uitam primitus exhibeat cum & actum primum, & secundum, & aptitudinem, prout dictum est particulæ sibi ipsis à primo generationis exordio inditam poßideant. Verum quia uitam potius conseruet, tueaturq́;, ac primum eius instrumẽtum, spiritus scilicet perpetim instaurando, temperamentum cuiuslibet partis custodiat. Qua de re nullibi à Galeno uirtutem per uenas uel arterias ad membra influere præscriptum inuenimus: quanuis uenis hepar, arteriisq́; cor, facultatem largiri, sexcentis idem in locis, protulerit, indigere interim necessario uiuens (inquiens) his, ut à iocinore alimoniam à corde uero calorem suscipiat. Quod autem naturalis ab hepate influens spiritus superfluo ponatur, ac præter Galeni intentionem, ex eo facillime patet, quoniam nullibi cum serio atque ex pro-

l.1. doc. 6. cap. 4.

1. de locis affect. ult. & 1. de usu partiũ 16.

posito de his loquitur, hoc de spiritu Galenus meminit, & præsertim in commentariis de Hippocratis & Platonis dogmatibus: in quibus omnino meminisse oportebat, in aliis licet subticuisset: In totum uero ceu nequaquam consistentem naturalem spiritum (influentem inquàm) præterit: quemadmodum in libro quoque artis medicæ se habuit: alibiq; ait arteriarum usum esse, quo calidi innati mediocritas conseruetur, generetur autem in cerebro spiritus animalis, nulla facta mentione de spiritu naturali. Ex proposito inquàm loquens, reticuit. Ex aliorum nanque potius sententia, dubieq; nonnunquam tetigisse uisus est: ueluti quum de uitali atque animali sermocinatus esset, illū in corde, & arteriis, hunc in cerebro, & neruis collocans, de naturali hoc pacto subdit. Quòd si naturalis quoque aliquis spiritus est, utique is quoque in iocinore, & uenis continebitur: conditionalē uero nihil certum indigitare iam liquet. Firmaturq; Galeni sententia, si finem perspicimus. Etenim si naturalis uirtus innata quibusq; est, uelut eorum prima forma substantialis primordiis indita: Sicuti enim prædiximus, à generatiua temperamētum (quod huiusce facultatis substantiam esse Galenus opinatur) exhibitum est: perueniēte iam ad membra uitali calore, ac nutrimento, sufficiens fiet conseruatio. Superfluum ergo erit entia præter neceßitatem (id quod naturæ horrendum est) aceruare. Quid si materiā

3. art med. tex. 84. 4. de different. puls.

12. meth. c. 5. post pri.

perpendimus?ut quæ proculdubio (quemadmodum doctißime præceptor noster Manardus, ut neminem sua laude defraudemus, paucis ante annis, ad Vergilium Gerardum, nostrum quoque percelebrem doctorem comprobauit) sicuti animali, ita & naturali uitalis spiritus esse debuerit. Cuius cum prima generatio in corde sit. & ab eo per arterias uniuersum in corpus diffundatur: necessarium esset magnas ad iecur arterias tendere, ueluti ad cerebrum ascendunt, tātam spiritus uitalis copiam portantes, quæ ad eius refrigerium, & pro naturalis generandi materia sufficeret. Per dissectiones autem, ac prius à medicorum rege didicimus, ad simas tantum Iecoris partes, arterias, ubi sanguinis (quod maius est) impurior adhuc existit, & eas quidem adeo minimas transmitti, ut difficile interdum sit demōstrare, atque exiguos, paucißimosq́;, spiritus adportantes. Quos tamen multos esse oportuisset, siquidem ex iis naturales gigni deberent: cum longe plures sint partes, quæ ui egent naturali, quàm quæ animali, ultra quòd continua indesinensq́; naturalis actio existit, sentire autem moueriq́; interpolla, magisq́; intelligere, ut quæ in uigilantibus duntaxat, nequaquam uero dormientibus, quibus tamen uegetari ualidius inest, ac per hoc pluribus spiritibus indigeret. Deesse igitur iecinori materia uidetur, ex qua naturalem spiritum gignere queat. Sed deest & locus, nulla enim est in

Episto. 15. prima.

4. de usu partium 13.

eo cauitas qualem in cerebro, & corde, manifeste conspicimus, In qua quidem huiusmodi credi debeat fieri generationem. Ast neque uiæ suppetunt, per quas, ubi genitus iam fuerit, ualeat ad membra deferri. nisi quispiam dixerit per easdem uenas, una cum sanguine, spiritum ipsum transire: quod tamen nec corpus ipsum uenarum patitur, unica duntaxat tunica contentum, nec motus indicat, qui uenæ non secus ac arteriæ deberet adesse. Neque uenarum sanguis craßior existens turbulentiorq́;, idoneus spirituum comes extiterit: haud enim temere Auerrois dicto uti poßumus (quanuis alia ipse intentione protulerit) sanguis scilicet qui est in uenis est sanguis imperfectus, & non est creatus in uehiculum spiritus, nisi sanguis arterialis. Sed nec aeri uia patet, quo sicuti animalis & uitalis, ita etiam ipse nutriri queat. Nutriri enim maxime ex inspirãdo aere, sed tamẽ et ex sanguine uoluit Galenus, aere inquàm nos continente: quem non purum simplicemve, sed mixtum iam & Arist. philosophorum protogymnasiarches innuit, & suus commentator Auerroes: nec non Galenus, atque Arabum princeps descripserunt: quanuis hic, Auerroesq́;, suorum sermonum obliti Galeni dictum explodere nonnunquàm conentur. Nec Iecoris sanguis, ceu turbulentus & crassus, atque nondum aliis ab humoribus expurgatus idoneus uidetur ad spiritus generationem, atque alitionem. Cum igitur nec si=

2. colliget ca. 9. ꝟs. fi.

12. meth. 5. 11. meth. 3. 7. de usu part. 8. lib. de usu respirationis 5. 7. d. decr. Hippoc. & Platonis c. 3. ꝟs. fi. 2. perigen. 20. 60. 4. meth. 10. 1. element. c. 9 ꝟs. me. 2. 1. doc. 2. sum. 1. ca. 9 2. colligit cap. 19. 10. 3. tr. 1. cap. 1.

nis adsit, ob quem eum gigni oporteat, nec materia ex qua uel generari, uel conseruari poßit. Neque idoneus locus, in quo generatur, nec uia per quam ad membra mittatur: probabilius est, ut eo careamus, quàm ut ipsum inueniri nostra potius ex imaginatione, quàm euidentia aliqua dicamus. Neque id Galeni tantum dogma: sed Auerrois quoq;, Auicennam aliquando in canticis canticorum reprehendentis (quanquàm litera (ut opinor) falsa est, Galenum nanque pro Auicenna habet: Nisi Galeni mētem minime olfaciens, prout barbarorum aßiduus mos est, Galeni insontem increpuisse uoluerit) Carere inq̃ melius est, præcipuæ cum absq; eius famulitio, suum adhuc principatum iecur tueri poßit: distributa annona, non solum toti membrorum reipublicæ, sed ipsi quoque duobus reliquis principibus, in eo quoque residente concupiscibili, siue anima siue ui, quæ suo plerunq; impetu, sociorum principum regnum interturbat. Vnam igitur membris influentem tribus è principibus facultatem ponimus, hoc est animalem, præterquàm à testibus quoque aliam toti corpori communicatam (uel experimento, ultra Galeni auctoritatem attestante) influentem, quotidie conspicimus: spiritus uero influentes duos, Tertium quibusq; hecticum, qui spirituum potius materia, cum spermatis tenuior pars sit, quàm spiritus dicenda est. Qua de re non similiter (ut uulgo existimant) & uirtus & spiritus se

1. colliget c. 14. & 12 part. cātic. cōm. 60. et uide cō. 82.

Lib. de sem. sæpe & præser. lib. 1. dist. 2 cap. 4. & 5.

habent. Quo autem pacto à cerebro ad membra, sensitiua facultas motiuaq́; distribuatur, enucleare superuacaneum quidem futileve non fuerit. An scilicet spiritibus ipsis, quibusdam ueluti uehiculis delata, an sine ipsis etiam uelut à sole lumen uirtus hæc à cerebro ad neruos neruosaq́; mēbra influat? pro huius itaque difficultatis enodatione, sciendum quidem ex Galeno est animalem spiritum in cerebri uentriculis, nec non ipso quoque cerebri corpore existentem maximeq́; in postremo uentriculo cōtentum, & sensum, & uoluntarium inde motum ad inferas partes demittere. Virtus enim ipsius (ut libri de oculis auctor, siue Galenus extiterit, siue quiuis alter, eius tamen dogmatibus quoad hæc procuIdubio conformis existens, inquit) per neruos ad cætera membra penetrat: essentia uero in proprio permanet loco. Sicut sol totum, unico eminentiq́; persistens loco, aerem illuminat. Ad oculos uero nedum uisiui spiritus facultas, sed ipsamet spiritus substantia dirigitur, tantaq́; eius copia, quanta necessaria quidem est, illuc adducitur. oculi enim ita in aerem agunt, ueluti cerebrum in neruos: aerēq́; illuminăt, uirtutem uisoriam impellentes (ut longo discursu de Hippocratis Platonisq́; sententiis libro septimo declaratur) ideo multa spirituum quantitate oculi indiguerunt, ut lucidum, fulgensq́;, uisorium instrumentum euaderet. Quod utriusq́; nerui concauitas attestatur, propter quam quidem, poros

5. de usu p. 13. 3. de lo. aff. 5. ṗs. fi. s͂m antiq̄ diuis. ca. 7 7. de decr. Hippoc. & Plat. 3. L1. da ocu. pt. 2. cap. 5. & 6.

Pt 1. progno. 23.

poros hoc est meatus, tũ Herophilus, tum alij deinceps anatomici professores, (eiusdem Galeni testimonio) nuncuparunt. reliquis interim neruis omnibus cauitate destitutis, per quos quidem spiritus substantiam pertransire necessarium nõ est, uel saltem non adeo multam copiam, qualem ad oculos peruenire oportet. per corpus autem distributis, plurifariamq; discißis neruulis q̃ facillime discerpi, meatulosq; in singulis pene dixerim momentis (ut ait) obturari contingeret.

Vid. 16. de usu part. 3. li. de neruo. dis. cir. pri. 4. de locis af. in prin. 1 de usu par. 17. in prin. 8. 6.

Lib. eiusdem 12. li. 1. de sem. dis. 1. ca. 4. cir. princ. 7. de dec. Hip. ex platonis. 4. & sæpis.

Quoniam igitur perindeac sol aerem illuminat, sic etiam neruis cerebrum sentiendi mouendiq; uim irradiat, pari etiã ratione contingit, ut quẽadmodum sole, aut quauis causa dante lumen ablata, ipso statim momento lumen ab aere aufertur, sic etiam neruo quopiam discisso, aut ligato, obturatove, aut demum quouis pacto disposito, ut consequentes deinde partes transitum uirtutis à cerebro, impeditũ habeant, sensu statim motuve, aut utroq; destituuntur. Sicut ergo à sole lumen continuis aeris partibus distribuitur, impediri nihilominus alicuius opaci interpositionem contingens, ita, & à cerebro, continuis, ac minime densatis neruorum partibus, tum sentiendi, tum mouendi facultas, extemplo, impediri nihilominus potens, distribuitur. Quas ob res de paralysi, stuporeq;, ac cæteris tactus affectibus loquens, ait. Continua causa, aut continens, aut inhærens (li-

7. de deret. Hip. 2. Pla. 4. uid. ẽt li. 1. de se. di. 2. cap. 4. & 1. de loc. af. in fine.

1. de sympt. caus. cap. 5. post prin.

cet.n.pro cuiusq; arbitratu eam nominare) affe=ctus nerui est talis, ut facultatem illi à principe parte missam impedire poßit. Atque impedietur, si neruus meatu aliquo præpeditus, (ut manife=ste in oculorum neruis uidere licet) uel obstru=ctus est, uel compressus: Si uero meatum non ha=bet, idem illi eueniet, si uel constringitur, uel re=frigeratur, uel comprimitur. Quum igitur mea=tum aliquem obtinet neruus, per quem ueluti per uiam animalis facultas è principe parte ad ipsum delabatur, Ea si fuerit obstructa, facultatem im=pedire nemo non perspicue intelligit. Quod si neruus extrinsecus comprimatur, meatum fieri arctiorem, ne hoc quidem in obscuro est. Si uero nullus fuerit meatus, sed uti solis radij per aquã aeremve transeunt, eodem modo facultas à prin=cipio per neruorum corpora permeauerit, ip=sa in transitu impedietur, si ad immodicam craſ=situdinem nerui permutentur. Sed neque hoc plu=ribus argumentis probare oportet, præsertim apud eos, qui meminerunt eorũ, quæ aeri aquæve accidere solent. Quippe nebula, fumus, aut nubes in aere constituta, cænum uero aut limus in aqua impediunt, probibentq;, quo minus solis splendor syncerus pertranseat. Haud aliter neruus, si im=modice crassus, durusq; fuerit, delationem offen=det facultatis. Fit autem craßior, si uiscidis craſ=sisq; succis nutricetur: aut ubi uiolento frigore

» constringitur. Quod si ab aliquo corpore extrin
» secus adueniente comprimatur, ne sic quidẽ præbebit expeditum facultati transitum. Huiusmodi redduntur nerui, ubi uel laqueo, uel manibus constinguntur, aut ubi extrinsecus à uicinæ partis phlegmone, uel scirrho comprimuntur, aut ubi luxatis, fractisve oßibus fiunt arctiores. Quamuis ergo interdum craßis lentisq; succis obstrui facultatis meatus dixerit, ita ut exigua facultate influente tremor officiatur: noluit tum per meatus facultatis ipsas neruorum cauitates intelligere, cum sint omnes (præter opticos, apud ipsum) concauitatis expertes, Sed neruorum raritatem, substantiæq; ipsorum (ut ita dixerim) probitates: per quam quidem cuiuslibet raritatem, ueluti per apertam uiam, spiritus nedum uirtus pertransit: Quemadmodum per aeris ac aquæ raritatem solis splendor ilico penetrat. Impeditur autem quum uel aer densior uel turbidus nebulosusve, sic & aqua cænosa fit: ita & in neruis quum craßiores densioresve euadunt. Nec ipsum cerebri temperamentum, etsi animæ substantiam esse id (Galeni phantasmate) admiserimus, extemplo cum resistentem contrariam qualitatem, tũ in neruis, tum in neruosis partibus inueniat, communicari opinandum est. At animæ uirtutes, sensitiuam inquam & motiuam: quæ temperamenti ita sequuntur, ut ignis calori lumen tertij quoque

2. de sympt. caus. cap. 2. post med.

generis qualitas adeo necessario succedit: ut cum proprio in loco ignis (tum Alexandri, tum Auerrois testimonio) actu calidus non sit, minimeq; comburens, sic etiam minime lucidus existat. communicat uero ignis, aliena licet in materia existens, suum calorem, alteratione paulatim (ob resistentiam) facta: lumen uero in instanti, cum lumini sola priuatio, disposito iam minimeq; impedito in diaphano aduersetur. Haud temere igitur uelut à sole igneve lumen continuo diaphano statim (deducta opaci interpositione praebetur: sic sentiendi mouendiq; uires à cerebri substantia) certove (secundum tamē latitudinem) temperamento descendentes, dispositis animalibus organis extemplo distribuuntur. quae tamē adeo substantiae innixae sunt, ab ipsaq; ut lumen à sole dependentes, sensatione quidem omni ad communem, ueluti ad circuli centrum, iudicisve (Themistio quoq; perpulchre declarante) thronum terminata: ut ab essentia non realiter, sed relatione duntaxat differre uoluerit Galenus. Haud enim qualitas illa sicut lumen existens absolute ac per se consideratur. At ipsa quidem anima potens tali radio per oculum uidere, per neruos sentire mouereq; singula. plurimae autem uirtutes certum temperamentum insequuntur. Vt aloen tum purgandi, tum roborandi, glutinandiq;, & alias plures obtinere facultates conspicimus. pari autem pacto

4. coeli. 32. in. 1. parte super canti. cant. cō. 15. & uid. 2. de generat. 21. & 1. meteororū cap. 3.

3. de aīa. c. 8. & uid. 2. de aīa. text. 149.

li. ꝙ animi mores &c. cap. 2.

quæ à corde in arterias pulsatoria uirtus, & quæ ab hepate in uenas sanguificandi facultas influit. Sic enim uenis hepar ut cor arterijs cerebrumq; neruis facultatem distribuere Galenus inquit. Duorum uero influxus solis lumini comparatur. Non temere igitur illi etiam, sanguificæ potentiæ à iocinore defluxum aßimilabimus. Haud quaquam uero quatuor omnino pedibus similitudinem currere necessarium est: quin donec impetus à cerebro cæterisq; missus perduret (momentaneo licet tempore) retineri nihilominus abscisso capite uirtus queat. perindeac plurima iam motu, cui antequam abscindatur caput, innixa fuerant, moueri animalia conspeximus: eoq; magis, quò imperfectiora extiterint. Qua de re nec abscißis statim testibus effœminescunt. Verum de his alibi fusius. Ad nos uero conuersi, absq; spiritum neceßitate uires, præter uisoriam è principibus (Galeni dogmate) defluere dicamus, eo modo, quò à sole lumen in aerem, à magneteq; uirtus in ferrum, qua quidem id sursum, non naturali, haud tamen uiolento, sed præter naturali motu ad magnetem mouetur. Id quod subito fit, extemporaneoq; oculorum ictu, quamuis negandum non sit, aliquos animales spiritus per neruorum porositates, apertamq;, uiuenti adhuc, calidoq; in corpore, raritatem pertranseuntes, ipsos neruos ad recipiendam è uestigio facultatem disponere,

eamq́; in illis existentem conseruare, ad quam profecto à uicinis arterijs impulsus uitalis spiritus mirum in modum conducit. Causam igitur quare interdum incipiente scilicet neruorum resolutione attollitur membrum, sed illico reconcidit, eam esse protulit. Nam per facultatis inuasiones (haud enim dixit spirituum) cum ipsa facultas se uehementius, & excitat, & cogit, excutiuntur succi qui neruos obstruunt, ac membrum mouetur, rursusq́; refluentibus humoribus, quos excusserat, in priorem locum concidit, & iacet immotum, donec facultas rursus confertim irruens dissipauerit humores, qui ipsius meatulos occupauerant. Absurdum uero non est absq; spiritali substantia facultatem ad membra peruenire. perindeac pluribus uenenosorum animalium exemplis, ac pelopis etiam sui præceptoris testimonio, Galenus confirmat: quo etiam pacto à testibus quandam uniuerso corpori uirtutem communicari protulit: quam sane facultatem in masculis, roboris causam, & uirilitatis: fœminis uero muliebritatis, existere ait. A corde igitur (ut summatim uniuersa perstrinxerimus) uitales spiritus totum in corpus influunt. Virtus uero arterijs duntaxat, non per spiritus, sed continuitatis ratione communicatur. À iocinore autem neque uirtus, neque spiritus ad membra, sed uenis sola uirtus, continuitatis quoque consensu distri-

Ubi sup. 2. s. de sym. cau. cap. 2.

3. de locis af fe. 7. cap. 5. de epi. 6 eiusdē. 5. & lib. 1. de fe. dif. 2. ca. 5.

buitur. Ab omnium nobilissimo cerebro uirtus animalis interdum unà cum spiritibus ut ad oculos, quæ per neruorum opticorum cauitates (Galeni loquor dogmate, quamuis huiuscemodi cauitates meatusve conspexisse nobis hucusq; uel innumeros dissecantibus non licuerit) pertranseunt. Interdum uero sine spiritibus ut ducibus, ueluti ad alia membra, tametsi necessarij nedum animales, sed uitales magis spiritus, pro illorum temperie dispositioneq; seruanda sunt. A testibus denique in corpus totum facultas, roburq;, sine spiritus etiam sola temperamenti illustratione distribuitur. Hæc autem de spiritibus, ac uirtutibus, penes Galeni medicorum phœbi decreta, obiter in tantum dicta iam sint: plura nanque nostris in artem medicam commentarijs, dei nutu manifestabuntur. Aristotelis uero phylosophorum coryphæi circa uitalem potentiam, peripateticis consentientibus, opinio est, ut eadem cum nutritiua sit, quam cæteris priorem statuit, si libros de anima, præcipue secundum ac de morte, & uita opusculum perpeudamus. Id quod expressius magnus commentator Auerroes, atque Alexander comprobauit. Spiritibus autē à corde omnes, tanquam à primo unicoq; omnium rege, originem ducere determinauit. à quo quidem & sentiendi, & mouendi quoque facultates, tanquam à castro: ubi ueluti princeps, nobiliori in loco residens, cæteris

2. de an. 34

2. collig. c. 7. & 1. part. cāti. cō. 83.

officia uirtutesq; anima distribuit, egredi uoluit. Tametsi aliter plusquam commentatoris calle semitave procedendum sit, prout proprio nonnunquam loco disputabimus. Hæc ipsa igitur sunt (ut Galeni uerbis utar) quæ apparentia ignorantes hæsitare, scientes uero offendi hominumq; impudentiam demirari compellunt.

li.2.ar. medicabilis cõ.12.35.

li.2. de ele. cap.2. in fi.

Error decimustertius quod spiritus aliquis alterius spiritus uehiculum sit.

Quod uero subditur ab ijs uitalem spiritum animalium, naturaliumq; uehiculum esse, scurrile dictum ueluti ab omni ratione semotum, ut nec opiliones lateat, cum Galeno nuncupabimus. Siquidem neque id quod uulgo dicunt intellexere: sed temere quemadmodum nonnullos quoque idem extitisse recitat, quicquid in buccam uenerit deblaterantes occurrunt.

1. de pot. na. cap.16. post princ.

4. metho. cap. 4. post medium

1. de pot. na. cap. 12. circa ptin.

Error decimusquartus quod textus Auicennæ non sit ad propositum adductus.

Ast caudatum simium perpendamus sui arabum principis uerba recitantem. In quo quidem librando, & oleum, & naulum totum perdidit. Nihil enim percipere unquam potuit. Qua de re qui ad rem Parmenonisq; suem fa=

ciat, quem adduxit, contextus intellige. dum ſcilicet ille inquit in contuſione: ſi quando frigefacientia adminiſtrentur, hæc non niſi corpori mundo admoueri debent. Id quod proculdubio uerum eſt: Attamen quid ad rumbulum, ſi princeps ait. 3.4.tr.1.6.
Quod ſi obuiet corpori mundo non eſt neceſſaria 3.tex.2.
niſi curatio apoſtematis inquantum apoſtema: quæ nihilominus principis uerba inepte pro ſuo dicto comprobando in medium attulit.

Error decimusquintus quod aphoriſmus extra propoſitum adductus nec ab Aui. in eo capite ſcriptus.

Sed ecce alterius in ualle poſiti demonibus circumdata clamorem, qui ſe & chirurgum & phyſicum nuncupari præcipit, taliq; nomenclatura communi uenditat. ab utraq; tamen facultate ſummopere deſtitutus eſt. ut ridentibus nõ temere de ipſo dicendum ſit. habeat iam Roma pudorem, tertius cœlo cecidit Cato. Maximis nanq; dignus eſt, cum ſemper (philoſopho auctore) qui melior 4 ethicorũ
eſt, maiora mereatur, & qui optimus maxima. ca, 8, in pri.
» Huius itaque uerba, ut rideatis, audite. Ait enim
» præ cæteris fatuitatibus: qui contuſioni reme=
» dia afferre uoluerit, reſoluentia, dolorisq; ſeda=
» tiua admouere debet. minime autem frigida: fri=
» gus enim inimicum oßibus, dentibus, cerebro, &

medullis, ut ait Auicenna capite da casu & offensione. Videant quæso uideantq́; potius qui rationem habent, qui sit hic aphorismus extra rem adductus. decentius mehercle fuisset satiusq́; aliã afferre sententiam, frigidum scilicet ulceribus
2. aphor. 20 quidem mordax. Sed quando upud Auicennam eo in capite hanc sententiam de frigido uigilando legit, ni somno uinoq́; sepultus extiterit? quanquã negandum minime esset, alibi ex dictis eius colligi posse. In garrulitatem prefecto necesse est in-
1. de poten. nat. 14. post medium. cedat (ueluti Galenus ait) quisquis cum his uiris disputat. Verum enimuero ignari sunt, cæciq́;, et profundißimo comate oppreßi. Ast si libris inimici sunt, eisq́; conuersare uerecundantur, salutent saltem illos in toto uitæ decursu semel aut bis, quum scilicet alijs detrahere, atque opponere decernunt. Non ne scelestus quilibet, agresti ac uatiniano quouis odio quempiam prosequens, tempore nihilominus paschatis, quo synceri catholiciq́; chrysticolæ appellatis, sanctißima confeßione se expurgare consueuerunt: aut saltem in extremo legi puncto, illi nedum parcit, uerum summo interdum amplectitur amore? Cur igitur hi immedicabili nausea libros tantopere abhorrent?

Error decimussextus quod circa genu non sint nerui nobiles.

Quin aliud quoque uir hic notandum (ut uocat) & merito: effatu nanque dignum est, ac contra planè quàm pro grauitate nominis quod sibi arrogat (ut Galeni dicto utamur) physicũ nanq; & artium ac medicinæ doctorem nuncupari terrifico aspectu præcipit, homuncio tum ineptissimus, atque à methodis, omniq; dogmate alienissimus pronunciat: Sub genu scilicet contusione facta, neutiquam incidendum esse, rationemq; adiunxit: ubicunque uel musculi existunt, uel nerui, aut uenæ, aut arteriæ, siue ligamenta, nullo pacto incisio facienda est. Modo antem sic est, quòd nerui nobiles ad genu ab ipso cerebro descendunt, ob suam igitur nobilitatem minime attingendi sunt. Papè quid audio. Si maior quidem uera est, quis locus restat incidendus scalpellandusve, quum uehementi contusione offenditur? Si minorẽ quoq; aduertimus, quæ nobilitas ijs neruis attribuenda? Siquidem aliqua saltem respectiua dignitas neruis inest, mollibus hanc adesse confitebimur, cum Galeni dogma sit. Qui uero ad cώla descendunt, durissimi existunt, prout ab eodem, præter dissectionem didicimus. Dein si à cerebro descendũt, interrogandus homo hic est à quonam pari? Galeno metipso docente non licere spinali medullæ, ut pote duræ existenti neruorum mollium fieri principium: quemadmodum neque cerebro eorum qui in cώlis sunt, & artubus: quem hi nerui durissimi

1. met. cap. 3. uer. fin.

9. de usu par. 8.

ibid. post. prin.

ſint, cerebrum uero molliſsimum. quanquam dictũ hoc ultimum excuſari quadantenus, ſupra rudem eius intentionem, queat, ut à cerebro ſcilicet ortos mediate proferamus. In tibijs uero neque ſunt in partibus anterioribus (Galeno auctore) muſculi, ualidas in chordas deſinẽtes: Ex quo nec cõuulſionem, neq; diſtentionẽ fieri, hulceribus ibi exiſtentibus, tumore ſtatim euaneſcente ſuſpicandum eſt.

5.aph.65.

Error decimusſeptimus ꝗ circa genu non ſint nerui mortales nec apoſtema intus coriũ et pellẽ.

Sed pulchriora adhuc uerba, ſapidioraq́; omnino poſtergãda nõ ſunt, à Tarẽtino Sardanapalo prolata, ſic dicente, ſcriptisq́; mãdante. Quoties ſub genu contuſio fieret, ubi membra ſunt nobilia, uidelicet ſub patella (quam nonnulli molam uocant) quoniam ibi neruus eſt nobilis: idcirco fieri non debet ferro inciſio mortalis: at potius cauterijs ex igne factis actualibusve nuncupatis. Hæc ipſe, dein uero iterum ſubdit, non debet ſub genu fieri inciſio, ſed regulæ circa uictũ ponendæ ſunt clyſmataq́;, & purgantia medicamenta ſunt adhibenda. Quia locus prohibitus eſt: ſunt enim ibi uenæ, & nerui mortales, niſi eſſet apoſtema inter corium, et pellem: et tunc debet aperiri cum cauterijs actualibus. Hæc ſanè quis in artis operibus exercitatus (ueluti Galenus ait) non euidentiſsime intelligat ab his eſſe ſcripta, qui nunquã hulcus cu

4.meth.ca. 4.ante me.

rauerunt. Proh deum sunt ne hi medici an beluæ: Medici profecto nominantur, sine tamen medicina: ita ut nomen quidem nudum esse intelligas omnis effectus uacuũ, ueluti perpulchre Galenus contra methodicos protulit. Idipsum uero idcirco euenisse opinor, quoniã (ueluti Plinius ait) in hac artium sola euenit, ut cuicunq; medicum se profitenti, statim credatur: cum tamen sit periculũ in nullo mendacio maius: non tamen illud intuemur adeo blanda est spirandi pro se cuiq; dulcedo. Qui igitur sunt hi nerui nobiles? qui ẽt mortales? quæ incisio lethalis in usu ueri medici existit? quis inter coriũ, et pellẽ locus, ubi apostema fiat incidendus est? cur igne potius q̃ ferro, in cõtusionis primordio, præsertim si phlegmone affligatur? Diuino ne afflatu (prout Galenus ait) an insomnio hæc uidẽt. Æquũ profecto est ipsi sua somnia (ut eiusdẽ uerbis utar) interpretentur: siquidẽ loquũtur homines qui magis sunt ad loquendũ præcipites (eodẽ teste) artiũ nomina sub sensibus quibusdam, qui nullo fundamẽto nitãtur: Rogati uero quid significẽt, ostendere clare non possunt: loquũtur ergo (ut thessalici quidã dicũt, ἀφελῶς, hoc est non definite, nec exacte, sed sine omni tum arte, tũ scientia, ac ueluti et ipsi quoq; dicunt quẽadmodũ uulgo hominũ, ac scd̃m uitã (græce βιωτικῶς) loquũtur: quæ ipsis nonnunq̃ uidentur, citra omnem euidentẽ probationem enunciantes: neq; id modo, sed

3. meth. ca. 7. in prin.

Li. 29. c. 1.

5. meth. 10. post prin.

4. meth. ca. 4. post me.

Ibidem paulo post.

(quod peius est) perinde ac thessalus quoque, thessaliiq; asini, ac reliqui tandem non pauci, Galeni etiam æuo, methodici, uel (ut rectius dixerimus) amethodi (eodem nobis enarrante) olim extiterunt. Sic & hodie, cum innumeros quotidie iugulent, adeo nihilominus curandi rationem mutare adhuc nolunt, ut quæ à medicis sunt scripta, qui artis operibus uere insudarunt, ne uel semel experiri uelint: adeo indelebile uitiũ, uehemensq; ignorantia est, præsertim quando superbiæ adiuncta est. Non unus ergo charmis è Maßilia inuasit, de quo Plinius meminit, qui damnatis non solũ prioribus medicis, uerum & balneis, frigidaq; etiam hybernis algoribus lauari persuasit, mersit ægros in lacus. Verum innumeri quotidie omni ex parte pullulantes inuadunt. Nec dubium mehercle est omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes animas statim miserabilium ægrotorum negociari. Hinc ergo illæ circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem Censente, ne uideatur assertio alterius: hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse.

13. metho. dist. 3. cap. 9. in fine.

lib. 29. ca. 1.

Hos per iouem adduxisse uolui, non quia dignos memoria reputassem, uerum ut ostendam qualesnam testes, & cuius uigoris sint, qui nobis aduersantur: à quibus, & medicina sua plus periculi insurgere quàm à morbo, phœbo clarius est. Quanquam nonnulli sunt ex horum numero

non penitus ignari, uelut homo quidam, barbutus cognomine uocatus est, etsi natura cognomini aduersans (quemadmodum & ipse sæpe sæpius naturæ) ephebum constituerit. Vir quidem est non prorsus (ut aliorum plurimi) indoctus, callidus tamen, magisq; audax, quàm ingeniosus. Haudq; mirum profecto si tantam prouinciam, intolerabileq; pondus, humeris suis imposuerit. Audacia nanque in magnis (perinde ac circa primordia præsupponimus) laus erit, & uoluisse sat est: eius licet equæ partu leporẽ, uelut in Xersis olim exercitu, editum constet. Ei tum proculdubio tam audacter importuneq; perpetim irritanti debemus, quia nobis circa chirurgica exercendi occasionem exhibuit, debuerint quoque illi qui nostris ex lucubratiunculis penes hæc eius occasione factis nonnihil fructus consequentur: uidentes enim nos perpendentesq; maximam infinitorum errorum causam chirurgiculis omnibus esse, falsos interdum Auicennæ caudices, falsasq; nonnunquam expositorum chimæras, aliquando etiam obscura sui arabum principis uerba, uel etiam pernitiosos canones. Idcirco post hæc ijs duobus commentariolis tria magna commentaria adiungere decreuimus. In quibus quidem totam quarti canonis Auicennæ tertiam, quartam, & quintam Fen, pro uirilibus, Deiq; optimi maximi gratia, iuxta antiquorum sensus, interpretati su=

mus: interim quæ falsa sunt corrigentes, quæ uero difficilia iam obscuraq́; fuerant, lucidantes: quæq; ab antiquorum placitis aliena existunt annotantes. Nunc uero iam tempus est, ut horum delirijs finem imponamus. Quemadmodum enim qui cum diuinis conflictatur ingenijs, diuinus quoque fiat, ita qui cum beluis conuersatur, fatuisq́;, belua quoque ac fatuus euadat necesse est: philosopho præsertim præcipiente, stultum fortasse fore stultas opiniones admodū scrutari, ac de quolibet contraria opinionibus proferente sollicitum esse: Galenoq́; perpulchre quotidianum experimentum referente, ut psora, & lippitudine, qui propius accedunt, quidam corripiuntur inuiti, sic ad istas definitionum expositionumq́; nugas uir ille illectus est, qui conuersari desiderat, tametsi ad artem colendam præter cæteros ille contenderet. Accusabis autem prolixitatis, non nos utiq; (Galenum quoad possumus æmulantes) sed qui recta uia præterita prauam prolixamq́; sectantur. quorum sanè causa hunc nos sermonem extendere sumus coacti. Ipsa enim ueritas celerrimam inuentionem obtinet, ut quæ ab euidenter apparentibus exoriatur, sibiq́; omni ex parte (philosopho teste) consona existat: adeo ut inuitos ipsam concedere interdum cogat: ueluti Priscos contraria rerum principia concedere (ut idem ait) adstrinxerit. Eo usq; tamen orationem

3. de parti. ani. cap. 3. circa med. cū 1. top. 9.

4. de differ. pulf. 1.

2. simp. 26. in fine.

1 prio. 31. 1. eth. 10. & 3. de aia cō. 5.

1. phy. 48.

orationem prolungaui quousq; licuerat omnia quæ praua ab ipſis prodita erant ſcripturum. Cauſasq́; interim (uti fas eſt) errorum edocturũ, ut in his, ita in reliquis omnibus deinceps polliceor. Cauſas autem dixiſſe neceſſe fortaßis fuerit, nempe quo qui ex ipſis proueniunt paralogiſmos in tota particularium medicamentorum materia, uniuerſalibusq́; regulis (præſertim ad manutigia pertinentibus) iudicandi ratione cauere poßis, ueramq́; doctrinã maiori cum ſcientia percipere. Creſcit enim nobis de rebus fides, ubi non ſolum ipſam ueritatem cognorimus, ſed etiam paralogiſmorum omnium cauſas edidicerimus. Iatrapologiam ergo noſtram (poſt datam pro medicis ſententiam, ne dum eos liberantem, uerũ etiam expenſas omnes iiſdem, anno à deiparæ uirginis partu, milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo primo, iuſte, meritoq; reſtituentem) receptui, ſummi opificis nutu, canentem accipe, meq́; ut ſoles perama. Neapoli demum obiter furtimq́; reuiſam. 1547.

FINIS.

bb

QVAESTIO

VTRVM IN CAPITIS

uulneribus, phrenitideq; atq; etiam pleuritide exol uens nuncupatum pharmacum an leniens duntaxat congruens ſit.

Nicolaus Charranus Leontinus ad lectorem exaſtichon.

Sæcula Galeno uiguerunt priſca: Philippo
Noſtra: quod inſinuat paruulus iſte liber.
Iu quo tantorum, lenire, an ſoluere, ſcriptis
Rimatur, Capitis conferat ulceribus.
Viuat, quisq; roget, fœlix, & compleat annos
Neſtoreos, uideat ſcriptaq; poſteritas.

coaceruante nominare dignatus es,) noſtræ conſuetudini aduerſari, prima fronte, uidentur. pro ut rudium, corticem potius, quam nucleos guſtantium, barbarorum recentiorum caterua intelligit. Norunt enim qui nobiſcum aßidue uerſati ſunt, norunt quoque & ipſi ſeplaſearij, nos ſæpicule (quanuis non omnibus) at ubi (ueluti oſtendemus) permiſſum recta ratione fuerit, uulnerato in capite rhecoma, præcioſumq; electarium, à roſaceo cremore nomen ſibi uendicans, lenientibus admixtum, propinaſſe: nõnunquam uero (licet rarius) et diaphænicei antidoti nonnihil adijcientes, ac demum pro exundantium ſuccorum ſobole, medicamentorum materiam eligentes, opportune, Deiq; fauore, his quæ recta ratione perpenſa fuerunt ex euentu teſtimonio ſuccedente: cum optata ægrotorum ſalute, concinnoq; iuuamine, perpurgaſſe. Cuius rei mehercle exquiſitißimam fidem, quibus aſtitimus chyrurgi, (abiecta larua) exhibebunt, nec teipſum quoque poſtquam ita nonnullos ordine noſtro purgatos conſpexeris, huiuſce ueritatis lumen latere autumabam. Decipitur autem cæcuciens (ut ſyrbenæ chorum præ ſe ferat) Chyrurgiculorum, rudiumq; barbarorum cætus non Auicennæ ſui principis dicto innixus (quem recte ſenſiſſe, priſcorumq; academiæ conformem, extitiſſe opinamur) ſed falſo de prauatoq; ipſius caudici, ſemel tantum ſoluens

exhibendum, Hippocratis authoritate, præcipienti, ac per hoc priuatum particularemve (in membranæ inquam phlegmone) canonem, quolibet in capitis uulnere uniuersalem agens, quoduis solutiuum medicamentũ indistincte, absque methodo, antiquioris Thessali more, intercidit. Qua de re non prauorum succorum, ac bilis præsertim, uehementissimam deinceps febrem inducentis congerie, oppressos, ad lethumq́; obrutos conspeximus. solo enim rhabarbarico mumia rubiaq́; tinctorũ plurima iam corpora agitantibus potius, minimeq́; educentibus (licet plurimis contulisse, infitias ire nequaquam audeamus) quin & nonnulla stipticantibus contenti sunt. Quorum nihilominus medicorum inscitia miserorum ægrotantium inobedientiæ, deprauatoq́; regimini attributa, excusatur. quemadmodum & carnis æsu, & uini quoque meratioris potione, atque siccantis aquæ, puluerumq́; admixtione, temporis occasionem minime perpendentes, attico uultu, temerariaq́; fronte, abutuntur. quanuis interdum contulisse (modo hæc opportune, decenterq́; facta sint) & ratione, & experimento comprobarimus. innumeros tamen combussisse, uel inuiti, offendimus. Ob id autem longo tempore sua in uictus ratione, medicamentisq́;, & manutigij quoque sibi placito quopiam more permanent (ut Galeni medicorum Imperatoris sententia utamur) quod nonnullos

1, de ra. uis in mor. acu cõ. 13. post med. & 12, meth. 15

ab eis euidenter iuuari uident: in cæteris autem, qui nihil inde auxilij recipiunt, cito quidem & ægros occulte aliquod deliquisse suspicantur. Quanquam id non est: sed quod retulit Hippo-
c6.3.tex.8 crates in libro de fracturis, ubi agens de his qui fracturas cum uulneribus perperam ligant. atque ob id lædunt, ait: Non enim deligationem causam esse existimant, sed aliud quodam infortunium: sic & eos in uictus ratione opinari par est. De qua nihilominus, topicisq; medicamẽtis, alias (Dei optimi maximi præsidio) loquemur. Nunc autem ad purgantis medicamenti sermonem conuertamur.

Admirandum itaque (ut hinc exordiamur) magnopere uidetur tantum uirum, ac medicinæ (ut ipsi opinantur) orthodoxum authorem, quin iatronicen, pro unica duntaxat excretione, adeo timidulum extitisse, ut nisi duabus præobseruatis conditionibus: si calidum uidelicet apostema per- 1
seueret (qua de re non in principio) ac secundo, si 2
non est aliquid, quod prohibeat, demumq; Hippo- 3
cratis authoritate comprobarit: uerendum tale pharmacum opinatus sit. Ver[illegible] enimuero cur ab ipso statim primordio, quod semel educat medicamentum expauescendum est? cum ter & quater clysmatibus euacuasse, atq; ante ipsam præ- 1
cipue sanguinis mißionem conferre, lippis etiam & tonsoribus liqueat? Quid etiam prohibet unicam duntaxat eductionem: cum uel pueros, infan- 2

*tulosq́;,quin & prope mortem (deiectis uiribus)
quamplurimos,cum rheibarbarici infusione, tum
balani,clyestrisve opere, & semel & bis eua=
cuantes,quamprimum leuatos esse, morboq́; recal
citrantes,reseratis(qui prius conniuebant)oculis
erectos esse: non semel conspexerimus? adeo ut
ætas,uiresq́; imbecilles.(Ni ad extremam imbecil
litatem peruenerint)tam minimæ uacuationi resi*
3 *stendum non admoneant. Cui nec uentris crudi=
tas,nec præcordiorum tensio,excedensq́; exustio,
medicaminum ualidiorũ usum (prout uidebimus)*
4 *probibentes,resistunt. Adde quod neque soluti=
uum medicamen simpliciter illud nuncupandum,
cum uel ptisanæ cremore,uel mulsa, (iuxta* Hip=
pocratis Galeniq́; *dogmata) satis superq́; opta=
tum finem adipiscamur. à quibus quidem, solutio=
nem uentris fieri, subtilem tamen,imbecillimamq́;
non simpliciter,* Auicenna *protulit. adeo ut ulti=
mitas finisve intentus, lenificatio uentris sit (uti
ait)non fluxus,neque solutio laboriosa. additq́;
nibilominus magis dilectum esse Clysteriorum ad
ministrationem, secundum ultimitatem, mensu=
ramq́; in uirtute. Ast hæc parui momenti fo=
re autumaueris, altius igitur principis mentem*
5 *enucleantes:dicemus quodnam solutiuum esse de=
buerit, nisi illud quod ab ipsomet* Hippocrate.
*(cuius præcepto admittendum uoluit, ni tan=
quã dissonum recitatorem una cum apponẽsi con=*

li. de rati uic. in mor. acut. sæpe. li. de ptisana & alibi

l. 4. tr. 2. c. 7. ante me: secundũ gẽtilis diuisionem text. 16. & 17.

concil.diff. 76. art. 2. in fine. dennarimus) intelligitur? Quotiens.n. alterius sermonem enarramus, iuxta ipsius intentionem, 1. prognost. cõ. 4. in altera lõgiori enarratione. sententiamq́; loqui debuerimus, quãquam fuerit falsum, prout Galeni documentum extitit. Hippocratem ipsiusq́; fidelissimus Achates Galenus, quotiens uidelicet Hippocratem enarrat, non mannam à nostris uocatam, tamarindos, casiam, cæteraq́; id genus medicamenta, purgantis phar ut quidam 1. de ra. uic. in mor. ac. text. 3. uolunt. maci nomine intellexerunt. uerum ea, quæ uehementia sunt, corporaq́; ualde agitantia, quod uel ex elaterij nomine apud antiquos interdum licet agnoscere, quod latine agitatorium dici potest. quo nomine, non solum in anguini cucumeris cremore, sed in omni purgante medicamento Epistola 13. prima. nonnunquam utebantur. Quemadmodum doctissime Galenicorum lucerna, præceptorq́; olim noster, Ioannes Manardus etiam admonuit, hæc 1. aphor. 22 ante med. enim & in aphorismis, & in libro de humoribus intelligebat, cum crudis adhuc, & in principio existentibus succis (nisi tergeant) abnegabat. hæc etiam sunt, quæ mulieribus utero ge 4. aphor. 1. rentibus, quarto duntxat mense, & usque ad septimum, admittuntur. Etsi nonnunquam ibidem. 10. 1. apho. 24. in ualde acutis, eadem die, cum uidelicet materia turget, ipse admittit: raro tamen id esse ait, quoniam raro materia turget. Idipsum nihilominus cum præmeditatione faciendum esse præcipit. cum omnia id genus potentia calida

ſint, ac per hoc febribus, quatenus febres ſunt,
5 *calidis & ſiccis, fomitem præſtantia. Ideirco* 4. aphor. 5
etiam ſub cane & ante canem difficilia protu=
lit. exuſta enim tunc natura eam, quæ à medi=
camentis purgantibus fit, non fert acritudinem.
6 *Quæ tametſi manifeſta ſenſibilisq́; in omnibus*
non ſit, latens tamen ipſis in medicamentis cum
caliditate ſubijcitur, adeo ut una cum euacua=
tionis (ob eductam pituitam, aquoſosq́; humo=
res) ſiccitate, ſitim (Galeno referente) inducant. 4. apho. 19 ĩ fine cõm.
7 *Hæc etiam medicamenta ſunt, quibus, tam hi, qui* 2. apho. 36
ſalubritatem corporis habent, cito exoluuntur,
quam etiam hi qui prauo utuntur cibo, præſenti
inquam, uel præterito, qui uitioſum ſanguinem
(Galeno docente) genuerint. purgandi nanq; pro 4. apho. 41
culdubio ſunt, qui prauis ſuccis, prauoq́; penitus
ſanguine, quo nutriuntur infarcti ſint: ob medi=
camentorum tamen (quibus utebantur) acrimo=
niam, cito exolui antiquior ſenex ait. cum pauci, 2. apho. 36
atq; hi turbidi ſpiritus, minimaq́; boni ſanguinis
uirtutem conſeruantis copia, talibus in corpo=
ribus reperiantur. Quamobrem ea curationis 9. metho.
methodo quam, epicraſim Galenus appellat, uten 10. in fine.
8 *dum eſt. De his quoq; intellexit Hippocrates, cum* 2. apho. 37.
generaliori utens uocabulo, eos qui bene ſe ha=
bent corpore, difficulter ferre medicationes in=
quit. Medicamentum enim id quod purgans eſt,
proprium attrahere humorem appetit, quo non

inuento(cum in ſalubri ſanove corpore non ſit) ſanguinem colliquat, & carnes, ut ex ipſis proprium attrahat humorem quam profecto colliquationem fieri non diceret, ſi mannam, uel caſiã, uel uiolas, dactilosve, aut pruna præbuiſſet. hæc enim in ipſius aliti potius ſubſtantiã (corpore præſertim ſano exiſtente, uiribusq; robuſtis) conuerterentur. cum præcipue non medicamenta ſimpliciter dicta hæc ſint, uerum medicinæ cibales, uel cibi etiam medicinales. Haudquaquam ergo de his, ſed de Veratro particulare exemplum ſui dicti ſubdit, carnes ſanas habentibus helleborum periculoſum eſſe dicens: facit enim conuulſionem. Quas ob res & quarti libri autor de ratione uictus in morbis acutis, quum uomitu, clyſteribusq;, cauſum patientibus, amarumq; os habentibus, minime ſuppetias contulerit: lacte aſinæ cocto expurgandam eam, quæ in uentre eſt, bilem præcipit: purgantia timens medicamenta, quemadmodum Galenus enarrat, quod & acria, & calida prorſus exiſtant. Aſt quis chorœbo, etiam ſtolidior priſcorum medicamenta ualida necnon acria fuiſſe ambigeret? cum præcipue, antiquum ſenem, acutis in morbis, ac ſpetiatim pleuritide, ueratro, peplioq; uſum conſpexerit? quorum alterũ adeo uehemens noſtratibus uiſum eſt, ut eius uſum præ formidine, ferè penitus abdicarint, alterum uel ex ſocio licet agnoſcere: cum ſimilis potentia tem

4. apho. 16 & libello de ueratro in prin.

tex. 6. & 7 cõ. 7.

2. de ra. ui. in mor. ac. tex. 11.

poreq; æqualis purgatio à peplio ipsi helleboro (Galeni testimonio) fiat. Quanquam et ex lacte, quo abundat, uis quoque pepli potest intelligi. ibid. in cō.

12 Pro his ergo cæterisq; id genus medicamentis, haudquaquam uero pro nuncupatis lenientibus, à potione protinus ptisanam absorbendam Hippocrates præcipit. Qua quidem & medicamenti stomacho gulæve adhærentis substantia detergatur: & ab ipso iam inducta qualitas, & acrimonia permutetur, temperetur q;: nempe (uti Galenus ait) purgantium omnium medicamentorum natura, corporum, quæ expurgantur, naturis contraria, atque (ut quispiam dixerit) letalis est, & deleteria, idest pestilens. Quotiens igitur (ut iam ad diluendam propositam quæstionem accedamus) Hippocrates de purgatorio medicamento medicationeve meminerit, de his proculdubio intelligendus est, quibus ipse utebatur, quæ & ualde calida erant, & sua ualida ui corpora uehementius exagitantia, quodammodo lacerabant. Mānam uero à nostris uocatam, roremve aereum, casiam uulgo dictam fistulam, mirobalanorum quinque genera, tamarindos, cæteraq; id genus paßim nunc usu capta medicamenta, nunquam agnouit, multo minus sub purgantis medicamenti nomine intellexisse potuit. Hippocratis ergo à Paulo principe transcripta uerba, hæc sunt: quæ in libro de capitis uulneribus regesta

Marginal notes: 2. de ra. ui. ī mor. acu. 12. — ibid. in cō. — post med.

perlegimus: Quum autem in capitis uulnere, terebrato, uel non terebrato, denudato tamen osse & detecto, tumor rubens, & herysipelatodes in uultu fiat, ac oculis utrisque, uel altero: quem tumorem siquis pertingat, doleat, febrisq́; & rigor supercapiat: uulnus autem ipsum. quod carnem & os uisu bene habeat: quæq́; uulnus circundant, bene habeant, præter uultus tumorem, nullumq́; alium errorem tumor in nutricatu habeat, uentrem huius inferiorem medicamento subducito, & subterpugato, bilemq́; educito. quem quum sic purgaueris, & febris deseret, & tumor desidebit, sanescetq;. Quod medicamentum quum dabis uires hominis respectato. Quibus quidem uerbis interaneæ phlegmonis, erysipelatisve, tam in cerebri substantia, quam in ipsius membranis existentium, indicia manifestat. Subdensq́; præsertim, si unlnus ipsum, quæq́; circundant bene se habeant, soloq́; in uultu, atque oculis, & tumor & rubor appareat, interaneorum inflammationem indigitat. sic enim & Hippocratis quoque
5.apho.66 sententiam Galenus enarrabat, dicentis. Si in uulneribus fortibus & prauis tnmor non appareat ingens malum. nam & his suspicandum, ne humores ad uulnera defluentes, ad partes princi-
6.91 in fi. paliores transmutentur. sic & Paulus Hippocra-
5.4.tra.3. tem adducens, princepsq́; amborum recitator, de
co.in fine. membranarum phlegmone locutum intellexerunt.

Quis igitur (tametsi praxillæ adonide stupidior) medicamenti , medicationisq́; nomenclatura , apud Hippocratem (modo illi quadantenus , uel in somnis , conuersatus fuerit) mannam, cassiam, tamarindosq́; , res ei penitus ignotas intellexerit ? Nouam mehercule antiqui senis , uel inuiti sententiam , quisque bonis literis eruditis , emunctæq́; naris homo admirabitur. etenim quum ambobus interpres his scopis constet , ut simul & consentanea cum scriptore , & uera dicat , qui alterum tantum obseruat (medicorum Imperator ait) hoc est reprehendendus , quod dimidium labefastauerit totius : interpres uero qui neque uera dicat, neque consentanea cum authore libri (prout hi sunt , modo libitoq́; suo , nolentem Hippocratem, Paulumq́;, & principem, ipsius recitatores, uiolentia trahẽtes) maxime censendus est peccare. Si princeps igitur una cum Paulo, ex Hippocratis opinione loquitur, an alia quam Hippocratis sententia intelligendus est ? Cum præcipue in calce subiungat dicens : (nam Hippocrates præcepit illud .) Si nanq́; Hippocratem ab initio citasset : deinceps eius sermonem referens , nonnihil adiunxerit , eius glosam super additam esse autumare possemus . At cum in fine subdiderit, nam Hippocrates præcepit illud : ex Hippocratis intentione, totum quod dictũ est, præsupponit . Cur igitur corruptæ potius,

3. de mor. uulg. cõm. 1. cõ. 4. circa mediũ.

principemq; dißonum recitatorem indigitanti li terae, quã correptae, adhaerere nos refractaria mi nerua malumus? Aut enim, li soluens semel, remouendum est, prout ex arabico Bellunensis correxit, uel loco dictionis, semel, bilim, apponendum est. ut dicat solutiuum soluens bilim, sic enim Paulus (cuius ipse simia fieri decreuit) Hippocratem recitat. Quod si antiquiorem traductionem admiseris: haud nostrae quidem chimericae phantasiae innixi, uerum ipsis priscorum dogmatibus, Auicēnae uerba interpretabimur, sic dicētes. Quod si apostema calidum (hoc est inflammatio, quam graeci phlegmonem appellant) perseuerat, & non est aliquid, quod prohibeat (ut aetas uiriumq; imbecillitas, quas neceßario contemplari antiquior senex praeceperat) praeter haec autem & multa ex tenacibus craßisq; cibis aßumptis generata cruditas, purgantis medicamenti exhibitionem impediens est, subcartilagia quoque intenta inflataq;, uel supra modum calida, atque ignea, alicuius subiecti uisceris phlegmonem prae se ferentia (quemadmodum perpulchre medicorum Phoebus narrat) sumere semel medicamen solutiuum soluens, fiat illud, nam Hippocrates praecepit illud. Sic enim si recte per librаris Hippocratem non obscure enarrauerit, dicens, solutiuum soluens, hoc est medicamentum quod soluendo materiam bilemve eradicet, uel

1.apho.cō. 24.

eius

eius maximam partem extraxerit. quod.n.ſoluendo medicamentum euacuat, à ſuperioribus attrahit, reuellitq́;, ab inferioribus uero eradicat: ut ex Damaſceni monumẽtis barbarorũ quoq; turba decantat. Reliquæ uero uix à capite (niſi ex accidenti) attrahunt, prout.ſ.materias nonnunq̃ ad ipſum ſalientes educunt. Nõ temere igitur, ii ſoluens, ſolutiuo adiunxit. Quadrifariam nanq; (uti Meſuas edocuit) medicamenta cum educant, quæq́; ab Hippocrate, cæterisq́; antiquis uſurpabantur, diſſoluentia, ſoluentiaq́;, proprie apud Arabes nuncupentur, ueluti & alia quæpiam comprimentia, quædam uero lenientia, nonnulla lubricum reddentia: communioriq́; uocabulo, cuncta ſoluere, ſolutiuaq́;, ſæpiuſcule dicantur: ſolutiuum profecto ſoluens, quod uere, ſimpliciterq́;, ſolutiuum eſt, intelligit. Quamobrem ſi uires ualidæ ſint, nihilq́; aduerſetur, uel ſtatim ab initio, priuſquam in partem cõfirmentur humores (uti Galenus edocuit) huiuſcemodi pharmaco ſoluendum eſt: cum præmeditatione tamen id agendo: uel poſtea, quum ad maturitatem perducti fuerint, poſſunt etenim qui ab Hippocrate relata ſunt ſymptomata, & primo ſtatim die, & alijs deinceps accidere, quanuis magna ex parte, temporis progreſſu ſuperueniant. Raro.n.ſimul tam febre à principio phrenitis inuadit: quæ membranarum, cerebriq́;, inflammationẽ comitatur. ſed plerunq; (prout Aetius inquit poſt quartam, aut quintam, aut ſextam incipit, ac ſerius quoq;, ipſi prope periculo attigua. ut

In can. uniuerſ. in tẽ. 1 cap. 2. bis.

Vbi ſupra

4. regim. acu. cõ. 76.

Lib. de capitis uulne.

Lib. 6. c. 2. in princ.

quidam ſeptima tantum, aut nona, delirare inceperint. Quouis autem tempore ſuperueniat, quum perdurat, tum Paulus, tum eius ſimia princeps intelligunt, dicentes: quum inflãmatio, phlegmone, aut calidum apoſtema perſeuerat &c. Concoctum itaque hunc ſuccum, purgante medicamento ſemel propinato, educendum. nec. n. pluribus uicibus, leui diminutave medicina, corpus commouendo potius, nihilq́; fortaßis educendo (quodq́; peius eſt) præcipitẽ occaſionem, ob adauctum morbum, uel deiecta uires, amittendo, ſegniter protelandum eſt. Id namque, uiribus exiſtentibus imbecillibus, obſeruandum (uelimus nolimus) eſt: in quibus quidem ob aduerſantium indicationum repugnantiam, uitioſorum uidelicet ſuccorum, purgationem efflagitantium: uirtutisq́; imbecillimæ abnegantis, & paulatim, quod uitioſum eſt uacuare, & paulatim, inuicem, quod ſalubre eſt, pro eo reponere oportet: uocantq́; medici (perinde ac medicorum lucerna diſſeruit) eiuſmodi uitioſi ſucci curationem. græce epicraſim. Detur ergo ſemel, medicamen ſolutiuum ſoluens, hoc eſt medicamentum, Hippocratis ſententia, purgans, quod ualidum eſt, atque à remotis capiteq́; attrahens, reuellensq́;, ab inferioribus uero (uti ex Damaſceno prædictũ eſt) eradicans. ſi tamen uires ſuppetant, nihilq́; impediens exiſtat. Eoq́; magis propinandum ſemel duntaxat eiuſmodi medicamentum admonet: quoniam ſi cum præmeditatione, ob periculi urgentiam (prout oſtendemus) permittendum ſemel eſt: lõge maius

6.9l. ſf. fi. 5.4. trac. 3. c. l. in fine.

9. meth. ca. 10. in fine.

exuſtionis,agitationisq́; periculum,ob ipſius iteratione, imminebit. Sic ergo à ſanguinis (inciſa uena) emiſsione, Hippocratis Galeniq́; præcepto, exordiendum eſt, haudquaquam uero à medicamento. ne corpus præmiſſum pharmacum contabefaciat, nihil ab affecta parte adimens, uiriumq́; robore ad imbecillitatē reducto, morbo ſuppetias exhibeat, contra Hippocratis præceptum, qui ſemper. ut proſis, & non obſis, te exercendum præcipit. Quumq́; ex tribus medicina conſtet, morbo, ægro, & medico, naturæ artisq́; miniſtro: ne medicus pharmaca uenæ inciſioni præferens, una cū morbo, cōtra naturā, ægrūve, reluctetur. Quorum princeps quoque ſententiam ueram eſſe confitetur. dicens: quum autem minutio neceſſaria fuerit, et uentris ſolutio, ex aliquo, quod ſit, ut helleborus & uiolentæ, medicinæ (quibus quidem priſci utebantur) à minutione incipere debes, quoniam hoc ex præceptis Hippocratis eſt in libro epidemiarum, & hæc eſt ueritas. Verum non Hippocratis, ſed Galeni in eo libro expreſſum præceptum eſt, qua de re loco Hippocratis, Galeni, legendum eſt, ſic.n. Hippocrates inquit, de renum graui dolore loquens: Iuuenes ueratro purgare, poplitem incidere, urinarijs mundare &c. Galenus uero ipſum enarrans ait, ueratro quidem purgare, ſi ualde antiquus affectus ſit, et ceu uectibus (ut ita dixerim) extrudendus: uenam aūt cædere ubi ſanguis multus aut craſſus in uenis abūdet. Qđ ſi utroq; auxilio ipſe homo indigeat: à uenæ ſectione incipiēdū eſſe no-

4. de ratione uic. in morb. acu. 21. & 22.

1. de morb. uulg. cōm. 2. te. 50. 51.

4. 1. cap. 4. poſt princ.

Lib. 6. epidemi. cōm. 1. tex. 5.

Ibidem in cōm. yſ. fi.

tißimmum eſt. Ad hæc igitur uerba alludens princeps ait, ex aliquo quod ſicut helleborus (uniuerſalemq́; hunc canonem agens addit) & uiolentæ medicinæ (quibus uti priſcos prædictũ iam eſt) leuißma nanq;, & quæ ſemel tantum educat. ac per hoc uix inteſtinorum retrimenta cõminuens, ſanguinis miſſioni (eiuſdem quoq; ſint hagmate) præferenda eſt: quum ait. Et oportet, ut tibi caueas ab ea (ſcilicet phlebotomia) in repletione ſtomachi, et inteſtinorũ, facta ex fece iam conſecuta, & propingua, immo in eam euacuando ſtude, & illud quidem, quod eſt in ſtomacho, & in eo quod ei uicinatur, uomitu, & quod eſt in inteſtinis inferioribus, quo poteris, & ſi non alio, ſaltem clyſteri: dicendo enim quo poteris, epoto etiam quopiam, uel medicamento, uel medicamentoſo cibo, aut medicina fortaßis cibali, fieri id poſſe innuit. ſemel ergo educens, leuißimumq́; adeo medicamentum (ut aiunt) pro ſanguinis miſſione conſequutura duntaxat utile fuerit: non quo bilem (iuxta Hippocratis intentionem à nobis inquiſitam) educamus, atque ab ipſo capite reuulſerimus. Quod autem nos mirum in modum perturbare poſſet, idipſum eſt, quod membranarum phlegmonem, mentis alienationem ſequi (phrænitim græci appellant) conſpeximus: ac præſertim quotiens inflammatio perſeuerat: quemadmodum hic Paulus, arabumq́; princeps ſupponunt. adeo ut ipſemet Paulus Aetiusq́; ex Galeni monumentis, phrenitim (à cauſa definitionem ſumentes) membra

4.1. ca. 20. ante med.

Lib. 3. c. 6

narum cerebri inflammationem esse inquiant, nunc quidem ipso cerebro pariter inflammato, nunc uero præter naturali caliditate, in ipsum incidente, conflictato, quoquidem in casu adeo soluentia, acriaq; medicamenta, medicorum cætus abhorret, ut clysteria quoque lenitatis gradum nullo pacto excedere, una cum principis, Razisq;, & Mesue, testimonio, comprobet. Inquit enim Razes præmeditandum in hoc esse, ut purgetur potionibus laxatiuis, & clysterizationibus laxatiuis. Quod autem laxatiua (ne labellum extendas) quæ lubricum reddant, leniantq;, duntaxat intelligat, ex eo demonstratur, quod deinceps Alexandri testimonio subdit, demumq; Constantini authoritate confirmat, ut clysterizemus clysterijs lenitiuis, Alibiq; inquit ex ruffo, quum aliquis uulneratus est supra caput uomet choleram, propter hoc: & post dixit (scilicet ruffus) in ægritudinibus capitis, quæ sunt propter stomachum, nihil est iuuantius uomitu, & laxatione, et extimo quod phrænesis non est nisi propter multas choleras existẽtes in stomacho, propter quas læditur cerebrum, & prohibentur operationes eius: & mors phrænitici est cum strangulatione, & nihil in hoc uideo iuuãtius superflua laxatione citrinæ choleræ. hæc enim probibet ipsius aduentum. Debes autem incipere hoc operari, cum uideris ipsius accidentia. confert etiam in hoc aliquando phlebotomia. Dixit ergo nihil iuuantius laxatione esse (quin superflua) quam tamen an-

Lib. 6. c. 2. 2. de sympto. caussis. cap. 7.

1. continentis cap. 4. litera ff.

17. cõtinentis cap. 9. litera ff.

tea tetigerat, his uerbis, dicens. Et inueni, quod melior cura in hoc, prohibens ne mala eueniant, est, purgare choleram cum uiolentia. Intelligendus autē uidetur, cum uiolentia .i. cum uelocitate, non aūt cum uiolenta medicina: subdit .n. & scias, quod est ualde difficile soluere uentrem, in hoc tempore, secundum plurimum, motus nanq; choleræ in his extat ad caput, & est necessarium in his dare in potu medullā casiæ fistulæ de nocte, & post hoc in aurora decoctionem mirobalanorum. licet ergo medicinam cum uiolentia, propinandam esse prædocuerit, casiæ tn̄ medullā, mirobalanorumq; apozema, decoctumve, tantummodo deinceps exhibuit, per hæc innuens leue duntaxat medicamentum propinandum. Nec obstat quod superfluam choleræ laxationem commendarit, innumeræ nanq; apud barbaros nominū abusiones (uel ipsorummet autorum, uel traducentiū defectu) reperiuntur. superfluam ergo, uel effatu dignam, uel celerem choleræ uacuationem ab ipso intellectā esse autumandum est. Qua de re ad Almansorem quoq; scribens, fructuum succo, non scammonio, uel huius generis aliquo medicamento purgandum edocuit. Princeps quoq; inquit et postquā phlebotomaueris eum, tūc oportet ut ipsum clysterizes, clysteri ualde leni, sicut oleum rosaceum, cum aqua ordei: & aqua, & oleum. quod si eges eo, quod si fortius hoc, postquam sit in gradu lenitatis, fac, & trahe materiam ad inferiora omnino, fricatione pedum, & eorum compreßione. Quorum porrò sen=

Lib. 9. c. 3

1. tertii tra. 3. cap. 3. ante med.

„ tentiam, barbarorum Euangelista Mesuas, transcrip= „ sisse apparet, quum inquit, primam rem complent phle= „ botomia, quum necessaria fuerit, & medicamen solutio= „ nis, quum opportunum fuerit, & administratio clyste= „ riorum lenium, non transgrediẽtium lenitatis gradum, „ uel modicum transgredientium, ut non fiat incitatio. „ iterumq; deinceps de phrenesi loquẽs, ait. phrenesis cho „ lerica medicina solutiua indiget, sicut est aqua fructu= um, & syrupus uiolatus, & rosatus, & diasiracost, & alia quæ diximus in soda. Prædixerat autem in soda calida, lenientia duntaxat, absque aliquo priscorum solutiuo, præterquam in soda calida diuturna: quæ frigida, ob diuturnitatem reddita iam est. Quod si Galeni refugium petimus, ipse quoq; nobis aduersari proculdu „ bio uidebitur, talia monumenta posteris relinquens. q̄d „ si per cõmunionem membranæ caluã ambientis, quã ad „ duram cerebri membranã, circa futuras, habet, ẽt intra „ caluariam inflammatio ipsa distribuatur, non absq; pe= „ riculo eiusmodi capitis dolor existit, cõtingit autẽ non „ parum sæpe in hoc, casu præsertim ex sublimi facto, ut „ quædam circa cerebrum, aut membranas eius, partes ab „ rumpantur: quod ubi contingit, etiã amplius capitis do „ lor inualescit, ipsaq; affectio tota ægre curabilis red= „ ditur, & periculum ingens, ac præceps imminet. „ Optimum itaque fuerit in his, nisi ætas prohibeat, „ & nisi uitalis facultas debilis appareat, ut sine no= „ xa (perinde ac alias inquit) miβionem sanguinis tole= „ ret, ac nihil prohibeat, eorum quæ de secanda uena re= „ tulimus, sicuti uel crudi humoris copia, uel puerilis

De ægritudibus cerebri. summa tertia. c. 19

Cap. 21.

Cap. 2

2. de cõpo. medica. secundũ loca cap. 1. ante med. de capitis dolore ex ictu.

13. meth. distinctione 3. cap. 15. circa med.

ætas,uel anni tẽpus,uel regio, in qua ſit extremus ca=
lor,aut frigus,à uenæ ſectione curationis initium fa=
cere,& conuenientibus capitis irrigationibus uti, quòd
ſi quippiam horum,ſiue ætas,ſiue uirium debilitas,aut
etiam ambo ſimul,ſanguinis detractionem fieri præ=
pediant,aluum per clyſterem euacuabimus,tum ut ſu=
perflua in ipſo recrementa extrahamus,tum ut humo=
res,qui ad effectas partes inde ferri conſueuerunt, re=
Lib. curationũ ca.6 uellamus:atq; inde auxiliis,ad inflammationem com=
Tertii 6. modis,utemur. Cuius dogmata,Oribaſius,Paulus,Aeti
Sexti 2. usq; præter iam dictos barbaros,ſectati ſunt,itẽq; Ale
Primi 7. xander medicus,ac Serapio,qui præter ſanguinis miſ=
Primi breui.cap.2 ſionem,quàm(ſi uirtus conſtat,nihilq; probibeat)cum
uelocitate faciendam præcipit,nullam purgantis medi
camenti mentionem faciens,ait,& in quibuſdam horis
5. practicæ cap.13. moueatur natura cum clyſteri leni . Halyabbas quoq;
his omnibus aſſentit:qui tamen caſiam,uel mannam,cæ
teraq; id genus medicamẽta propinat. Quas ob res uel
nullum(ut uidere perfacile eſt)medicamentum,quam=
uis leuisſimũ exhibent,prout ex Galeno,Oribaſio Pau
lo,Aetio,Alexandro,ac Serapione apparet.uel id leni
ens imbecillimumq; ,ac benedictum, prout recentiores
uſurparunt, quemadmodũ ex Raze,Auicenna,Meſue,
atq; Halyabbate colligitur. Neq; in phrenitide dũtaxat
Paulus medicamẽtum reticuit,uerum & in capitis do=
3.4.ſſ.fin. lore,ex ictu: aliave quauis cauſa oborto, ſola conten=
tus uenæ inciſione,quamlibet alui eductionem ſub ſilen
1.breuia. tio præteriit.Ita etiam Serapio,qui quidẽ ſolo clyſte=
cap.12. ri,præter ſanguinis misſionem(ex Galeni etiam,prout

" uiſum eſt, intentione) contentus eſt: clyſtere nanq; (ut
" ſubdit) euacuat illud euacuatione meliori, quoniam in=
" ferius eſt longior locorum & contrarium in rectitu=
" dine, quare attrahit materiam ad partem contrariã par
ti ægritudinis, Halyabas uero clyſmate uacuat lenien te, ſi febris adeſt, in cæteris uero, qui febre carent, acu= to, Alexander uacuationem commendat, qua ſuperflui= tates remoueantur, quam tamen ſanguinis misſione agẽ dam, ex eius uerbis (quum nihil de uentris ſolutione me minerit) elicitur. His ergo cunctis perpenſis, nedum in membranarum inflammationibus, quibus quidẽ phre nitis, mentisve alienatio, adiungitur, ſoluens medicamẽ tum euitãdum eſſe, uerum et in quauis ẽt capitis dolorẽ inducente, febriq; coniuncta contuſione, uel inciſione, clarisſime apparet. Quamobrem ſi ſcammonium ali= quando in phrenitide princeps acceperit, ex aliorum po

5. practi. 10

Primi 35.

Prima 31 tr. 3. cap. 2 uerſus finẽ

" tius opinione id recitat, dicens, cholericum indiget, in
" ſui curatione, eductione choleræ, cum ſolutione pluri=
" ma, & phlebothomia minore, & ſit quod ſoluendo edu
" cit choleram, ex eo, potus ex lubricantibus ſubtilibus
" (hoc eſt leuibus) prædictis, extinguentibus ſanguinem.
" & tibi ineſt, ut ponas in eis fumum terræ, ſi ſciueris q̃
" natura obediens ſit, ſecundum omnes diſpoſitiones: &
" quandoq; ponunt in eis ſcammonium, cum confidunt de
" obedientia naturæ ſecundum conſuetudinem ægri. Si
" nonnunquam igitur ad ſcammonium, cæteraq; id ge= nus medicamenta, peruenire libuerit, ægri naturam, cõ ſuetudinemq́;, perſpexiſſe oportet. ſi nanq; obediens na tura ſit, eoq́; purgati alias conſueuerit, admittere po=

terimus. si uero neque tali medicamento assueuerit, nec inde alui purgatio sequatur, absque iuuamine, maximum ægrotus nocumentum adipiscetur: perinde ac diffusius antea, canonibus in uniuersalibus, prædocuerat, dicens. Et cauebimus in euacuatione humorum acutorum, in quibus proculdubio necessariæ sunt medicinæ calidæ, in quibusdam horis, sicut sunt hyeræ, & scammonea, & turbit, cum stichados, ne post remaneat malitia complexionis calidæ: uerum elaborabimus ad hoc, ut non remaneat post eas illud, & illud est ut succurramus solutioni factæ per eas, & euacuationi prouenienti, per gargarismata, & reliqua, cum emplastris infrigidatiuis, & ut caueamus eorum adminstrationem, nisi post fiduciam sumptam ex consuetudine ægri. quod illud, quod ipse bibit de hoc, soluit ipsum, & euacuat, ita ne sit potio nostra ei causa ad pernitiem, aut corruptionem.

Tr.1.c.29 post princ.

Omnium uero prædictorum authorum sententia, ex Galeni sui Imperatoris lege, diuinoq; dogmate, originem duxit, cum Hippocratis uerba de medicamentis in pleuriticorum principio exhibendis determinat, non perpetuo his utendum esse consulens, in acutis enim morbis raro, & in principijs, medicamentis purgantibus utendum, & hoc cum præmeditatione faciendum. Quo uerbo quantum huiuscemodi uereatur purgatione Hippocrates (Galeno enarrante) manifestat. ubi igitur (inquit) non solum acutus morbus fuerit, cuiusmodi est pleuritis, uerum & cum febre uehementißima (quemadmodum

2.regimi. acuto 11.

1. aphoris. commē.24. 2.de rat.ui. 1 mor. acu. commē.11.

„ in cerebri quoque , membranarumq; inflammatione , sæpißime aduenire contingit) multo magis uitanda est purgantis medicamenti administratio, atque per sectionem uenæ uacuandum magis, etiam si ad hippochondrium pleuriticus dolor finiatur. Nempe, & si minus quidem auxilium, quam per purgationem sequatur, securius tamen multo existit, immo nullum, ex eo quod per uenæ sectionem fit, periculum impendet, eo discrimen maximum subeunte, quod per purgationem tentatur. & potißimum, si laborantis naturam expertus quis non fuerit: nempe alij difficulter natura purgantur. Alij modico aßumpto medicamento, purgantur copiose. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti, tantum propina, quantum in pluribus, mediocriter uacuari, tum nouisti, tum sis expertus. si enim hominis naturam non noueris, metus est ne plus iusto uacues, uel nullo pacto uacuationem moueas, aut si moueris, non tamen sufficienter uacues quæ omnia magnas in morbis acutis pariunt offensas, quod nõ facile, ut in his, qui nõ febricitant, emendatur: quum igitur febris uehemẽs non fuerit, naturamq; laborãtis expertus sis, ad medicamenti purgantis potum te conferes, his quæ ab Hippocrate dicta sunt, uel etiam alijs similis naturæ usus, quo è numero est, quod ex colocyntide paratur medicamentum, quod iam ex usu hyeram uocãt: id sanè uarijs parant modis, sed quod helleborum accipit, scammoniamq; non habet, id ijs qui medica=

men subductoriũ omnino assumere possunt, optimũ est. Quibus, mehercle, Galeni aureis uerbis toto pectore perlibratis, eorum difficultas enodatur (ut rem non parui momenti obiter attingamus) qui quidem circa Hippocratis euacuationẽ perplexi sunt, cum magna ex parte bilioso ex succo, sanguineve, pleuritis oriunda sit (tametsi quatuor ex humoribus fieri posse nonnunquam Galenus affirmat) Hippocrates tamen atrabilarium succum pituitamve (è quibus pleuritis rarißime contingit) eduxisse potius, dolore ad hyppochondria descendente, uoluit: haud.n.quia frequentius talibus ex humoribus hic generetur, sed quia tutius frigidos humores, è quibus remissa febris magna ex parte producitur, euacuare possumus. De calidis ergo euacuandis nullum nobis exemplum subdidit, in quibus, ob febris excandescentiam, periculosum (ueluti prædictum ex Galeno est) purgantia medicamenta propinare. uero similius autẽ est, qui ad hyppocõdria descendãt, crassiores succos existere, bilis nanq; ad superiora magis emicare consueuit. Quamobrem & ipse Hippocrates quoq; ueratrum nigrum peplio comparãs, ad excutiẽdos flatus, qui è craßis humoribus gignũtur, peplium, ueluti ad iudicationem, ueratrũ nigrũ, iuuantius esse propalauit. Hinc quoq; liquere etiam arbitror, quare Galenus eam hyeram commẽdauit, quæ ueratrum accipit, scammoniumq; non habet, ut qui una cum Hippocrate, pro educendis craßioribus succis, atrabilario inquam, pituitosoq; tale medica-

6.apho.33 & lib.de cõst.art. medi.ca.15 circa finẽ 2. prognos. 47.& 2. de differẽtiis febriũ c.9.

mẽtum nobis in exemplum adduxit, haudquaquam uero propter id, quod nonnullos, Galeni corticẽ duntaxat perlibrantes, dixiſſe audiuimus, quoniam. ſ. ſcammonium magis, quam helleborum pertimuerit. ſi nanq; bilioſos ſuccos eduxiſſe nonnunquam quadrabit quũ uidelicet ægri natura ſatis ſuperq; perſpecta conſentiet, ſcammonio (Alexandri quoq; medici inter græcos celeberrimi, ac Damaſceni barbarorum euangeliſtæ teſtimonio) finem noſtrum conſequi poterimus. Meſuas nanq; cui fortaſſe magis q̃ Alexandro Barbarorũ turba confidet e uiolis conditis nuncupatisq; trochiſcis orbiculisve, in quibus nonnihil ſcammonij (eiuſdem quoq; deſcriptione) recipitur, pro educenda bili uſus eſt. Aſt hæc obiter, ac ueluti parergon, iuxta priſcorum dogmata, intantum dicta ſint. Ex Galeni ergo uerbis, apertũ conſilium elicitur, in acutis morbis, atq; ubi caloris febrilis uehementia iam urget, periculoſam eſſe purgantis medicamenti exhibitionem, ob igneam caliditatem, quam pharmacũ febri adiungeret, ni purgandi hominis naturã conſuetudinemq; præcognoſcentes condecentem uacuationem faciendam eſſe ſperarimus, haudquaquam tamem uoluit omnino uitãda, prohibendaq;, talia medicamenta fore: quibus enim opportune, ac prout alias euacuaſſe noueris, medicamenti potionem exhibueris, ſucceditq; optata iã, perpenſaq;, uacuationis quãtitas iuuamẽ, leuitasq;, & iucunditas inſequetur. licet. n. ualidæ febris (ut febris eſt) rõne, talis medicamenti propinationẽ no

Li. 1. c. 148. In alia traduct. lib. 2. cap. 3. Cap. de pleureſi. circa med.

Ibidem & cap. de aſthmate uerſ. finem.

cituram esse cognoscamus: propter humorum tamen, illam efficientium, uacuationem, proculdubio salubritatem nanciscemur. maiorem nanque (prout Galeni etiam monumento didicimus) oportet, ex noxiorum humorum euacuatione, utilitatem fieri, quã id, quod necessario consequitur, ex purgantibus medicamentis detrimentum. E quibus quidem omnibus inferre uolumus in phrenitide, mẽbranarũve cerebri inflammatione, ueluti ẽt in pleuritide, cum febris uehementia, periculosum esse, haudquaquam tamen prorsus abnegandum, solutiui à recentioribus nuncupati medicaminis usum: periculosum inquam, si ægri præcipue naturam minime perspectam habueris, siq́; nihil eduxerit. nunc enim inflãmatio febrisq́;, ob medicamenti acrimoniam, excandescent, nulla euacuati humoris utilitate consequente, longeq́; peius, si nimis excedentem fortaßis uacuationem, corpus ipsum arefacientem, effecerit.

1: aphoris. cõm. 24.

Quamobrem qui post Hippocratem fuerunt, omnibus, id genus medicamenta, & periculum, et uulgarem infamiam fugientibus, penitus omisisse non temere ipsa in phrenitide, libuit. Quibus ergo lenientibus, imbecillibusq́; ac benedictis uulgo nuncupatis pharmacis, satis superq́; biliosi humoris expurgationem fieri, tam recta ratione, quam experta coniectura, confidimus: abstinendũ omnino à fortioribus antiquorum medicamentis, tãquam tutius eligemus: quibus uero difficilis aluus est, adeo ut huius generis leuibus medium unguem porrigat, ac per hoc

scammonio confectis refocillatisq́; medicamentis indigeamus, his profecto (modo uires suppetant) electarium rosatum Mesue, uel de succo rosarum, electariumq́; de psilio, aliaq́; id genus pharmaca propinare (Hippocratis tutamine) possumus, Galeni tamen dogma interim ex Hippocrate selectum obseruantes, præcipuam, ne offendatur, cautionem esse, si medicamentum, quod propinatur, purum nõ sit, sed cum alijs, quæ malitiam ipsius hebetare nata sunt, temperatum. mixtumq́;: nempe purgantium omniũ medicamentorum natura, corporum quæ expurgantur naturis, contraria est, atq; (ut quispiam dixerit) lætalis, & deleteria, idest pestilens. Vt autem succi papaueris, mandragoræq́;, & hyosciami, herbæve apollinaris, atq; aliorum huiusmodi multorum, quæ nobis, substantia, & uiribus aduersa, corpus perimere nata sunt: portionem tamen exiguam assumentes, magnam percipimus commoditatem. sic expurgantium medicamentorũ, quorum natura (temperamentumve) corporibus nostris aduersa est, exiguam aliquam partem præcidentes, ad suppetias ferendas utimur. quo item modo, in horum medicamentorũ potu, seminum aliqua quæ sint boni odoris miscemus, quæ ẽt malitiam obtundere nata sunt, et operationem ipsorum non prohibeant, tenuentq́;, ita, incidantq́;, ut & crassos incidant humores, et uias, quibus uacuatio fiat, aperiant, patefaciantq́;, qua rõne Hippocrates antea ueratro nigro, uel daucum, uel seseli, uel ciminum, uel anisum, uel aliud quippiam

2. de ratione uict. in morb. acu. comm. 12.

Tex. 11.

boni odoris, peplio uero silphij succum, quam corrupte nostri assam dicunt, latini uero laserē laserpitiumve, commiscenda praeceperat. Non ergo purum scammonium, sed correptū, (ut in praedictis antidotis liquet) exhibemus. mediam uero uim inter praedicta retinet triphera persica, nuncupata, quam in pestilentibus quoq; febribus usurpamus. addimus aūt nos (praeter eam quae à seplasearijs, Damasceni, uel Nicolai praeceptis fit, correctionem) et casiā quoq;, uel mannam aereumve florem, uiolaceū syropū, ac de pluribus praecipue macerationibus, diaprunium quoq; uocatum, necnon rosarum cremorem, atq; ex ipsarum iufusionibus factum syropum, mirobalanorum quoq;, ac rheibarbarici infusionem, multaq; id genus, tum alterando, tum solutiuorum nimiam laxandi uim reprimendo, corrigentia medicamenta.

Quibus uero refractarius adeo uenter est, ut neque his moueri sperandum sit, ueluti nonnullos huiusce naturae cognouimus, quos ne bombarda quidem (ut ita dixerim) commoueret, in his proculdubio à medicamentis ueluti à rabido cane, & anguibus abstinendum est. lenientibus ergo dūtaxat clysmatibus, uel quorum nulla acrimonia sit propomatibus: quibus quidem agilius quam acerrimis emolliri uel experimento saepe comprobauimus: quasi deleteriorū uim rustica natura abhorrēs, illis, ueluti crabro irritetur. mitiora tamen dulciaq; complectens ipsorum monosyllabo praecepto, gratis potius, quā ui, genuflexo obediat. Sic ergo recte princeps exoluēs me=

dicamentum

dicamentũ abnegando, ubi uel phrenitis, uel uehemẽs calor infestat, Galeni tamen dogmati, acutis in morbis exhibito, innixus, scammonium quandoq́; (correctum tamen) ac his, quorũ natura consuetudoq́; nobis perspecta est, admittit. eademq́; ratioue ubi dolor ex capitis uulnere inciderit, ualide febri multoq́; calori adiunctus, talium (etiam si nulla phlegmon infestet) medicaminum uires expauesceret: ne sui acrimonia nihil educendo corpus inflãment: concedendum nihilominus (prædictis conditionibus obseruatis) aliquando solutiuum fuerit, tutiusq́; lõge quam iu ipsa membranarum phlegmone. Quas ob res in cerebri etiã erysipelate Oribasius sanguinis mißione peracta, uentrem forti medicamine, siquidẽ febris expers sit, uacuandum præcipit (qui tamẽ remissa minusq́; inflãmata in febre intelligendus est. impoßibile nanq; absq; febre est, cerebrum principalißimum profecto membrum, erysipelate nonnunquam uexari: febrium nanq; omnino, inquit Paulus, quibus inflammatio dolorem parit) sin minus clysteri. Idipsum uero interim perpendentes acriorum enematum usum, magis quam medicamentorũ exoluentium potionem, practicos haud temere ipsa in phrenitide abhorruisse: propinata nanq; medicamenta bilim educendo, uacuationis ratione (ueluti ex Galeno prædiximus) conferre possunt. clysteria uero quanuis acuta, paucam, præter fæcum communiumq́; excrementorum eductionem, bilis educendæ à tam semoto loco uim habente. Idcirco absq; iuua-

Lib. curationum 11.

Lib. 3. c. 5.

1. apho. 24.

mine plus, q̃ epota medicamina offenderent: qua de re non immerito princeps, clysmatibus duntaxat le nibus permißis, scammoniũ nihilominus propinandum aliquando concedit. Quanuis tam ipse, q̃ ante ipsum Paulus Aetiusq́; , ac postea Mesuas, in Pleuritide: cuius quidẽ dolor propinquior intestinis est, acutis clysteribus utendum admiserit. Quotiens uero sine febre uulnus incidit, aut leuis febricula mediocrisve existit (perinde ac innumeros magnis etiã in Caluariæ fissuris conspeximus) ualidis priscorũ medicamentis, pro neceßitate, corporumq́; diuersitate, uti possumus. Pro quorum quidem omnium exactiori notione rursus ad medicinæ protoplastũ Hippocratem, suumq́; protogonũ, nostrumq́; phœbum Galenum conuertamur. quẽadmodum ergo (inquit Galenus) sanguinis mißio, uel propter ipsius abundantiam, uel propter morbi magnitudinem: ita purgatio, et propter abundantiam alterius cuiusq́; succi, et propter uim morbi adhibetur. desiderant. n. purgationem ipsam, non modo: ut quod noxium superuacuum, quo urgentur, educant. sed etiam, ut quod tum ad diuersum trahat, tum uacuet. sicut autem uomitus pudibundis laborantibus (alibi etiã docuit) in diuersa reuellens, auxilium est (græci antispasticon uocant) eadem ratione in omnibus, quæ circa caput accidunt, purgatio ad contrarium auertit atq; ob eam rem Hippocrates tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de hulceribus prodidit, etiam morbi magnitudinem, ad purgationis

Marginal notes: 10.3. trac. 5 cap. 2. — Tertii 33. Octaui 68. Cap. do pleuresi. — 4. meth. c. 6. post pri. — 13. metho. dist. 3. c. 5. post med.

» indicationem, considerat. purgatio (inquiens) per al Post prin.
» uum plerisque hulcerum prodest, praeterea uulne=
» ribus quae in capite sunt accepta. Item quae in uen=
» tre & articulis, ad haec ijs in quibus ossi caries im=
» pendet, praeterea quae suuntur, & quae exeduntur,
» & quae serpunt, & reliquis, quae hulcera diutur=
» na reddunt, etiam quecunq; deliganda sunt, per al=
» uum purgãda fuerint: his ergo uerbis (uti Galenus 4. meth. 6.
» subdit) clare docuit Hippocrates hulceribus omni=
» bus & uulneribus, quotiens praeualida sunt, purga
tionem esse utilem. intelligẽdam uero suis catharcti
cis medicamentis, ualidis inquã, laxantibusq́; (cum
simpliciter protulerit) praeostensum esse arbitror.
cum enim trifariam non haec modo uitia, uerum
etiam reliqua omnia, grauia magnaq́; reddantur:
nempe uel propter afflictae partis praestantiam, uel
propter affectus magnitudinẽ, uel propterea quod
sunt cacohete malignave: cuiusque horum seorsum
uidetur Hippocrates mentionem fecisse, ac (ut reli=
qua obmittam) in capitis uentrisq́; uulneribus prae=
stantiam laesae partis indicabat. In progressu uero
» haec insuper Hippocrates adijcit: in omni hulcere
» cuius erysipelas superuenerit purgari corpus opor
» tet, qua parte ulceri maxime conducit. si nanq; etiã
» fluxio ualenter irruat: reuellere ad contraria stude
» bimus (inquit Galenus) utiq; si in superioribus hul= 4, meth. 6.
» cus (cui iã erysipelas superuenisse praedictum est) circa med.
cõsistat, per inferna purgantes. constat igitur Ga=
leni atq; Hippocratis monumentis, in capitis uulne

ribus, ob affectæ partis præstantiã purgandũ esse iterumq; ob morbi magnitudinem, ut si maximum, uulnus sit, uel erysipelas ẽt uulneri superueniens (corpus licet purũ existat.) Qua de re (prout Galenus antea prædixerat) non in sola uitiosi succi abundantia, conuenienter purgatio suscipitur. Idipsum uero perpendendum sedulo est, quod si ob exundantis succi à sanguine copiam, purgatio fiat: uel bilis, tam flauæ, quam atræ, uel pituitæ eductiuum catharticum esse debuerit, prout hæc aut illæ superfluerint. Sin autem, ob morbi grauitatem (affectæ inquam partis præstantiam, uel ipsius morbi magnitudinem, uel cacoethiam, sæuitiemve) purgãdũ, tametsi quadratum corpus eliciamus, cholagogo felagione medicamento agendum est. bilis. n. (succus inquam omnium, naturæ merito, qui in corpore existunt, Galeno testante, ferueutissimus) uniuersum sanguinem defluxui feruoriq; obnoxiũ prõptumq; reddit. Quãobrem uel igne sacro, uel erysipelaceis tumoribus ocyssime pars affligi consueuit, dolore præsertim, qui fluxiones mirum in modum aduocet existente: adde quod licet symmetrus aliquando sanguis affectum ad locum dolorificæ causæ occursurus, à natura (Galeni documento) trasmittatur. hic tamen ibi astrictus, perspirato pristino, propter meatuum omnium obstructionem, retento (prout de tumoribus præter naturam loquens inquit omnibus certe statim calidior fit, quam pro natura fuerit (perinde ac alias disseruit) adeo ut colore etiã per

NOTA

Li. de inæquali intẽperie c. 5. et 1. ad Gla. 9

13. metho. dist. 1. ca. 3

Ca. 2. ỹf. fi. 13. metho. dist. 1. cap. 2 in princip.

mutari, ob caloris exundantiam, ac rubicundiorem multo (siquidē pituitosior extiterit) liuidum uero, ac deniq; nigrum, qui prius ruber apparebat, euaderet necessum sit (quemadmodū aliquando perpulchre iam ex Hippocratis sentētia testatur) sic itaq; feruentior factus, exustusq́; cum fuerit, in bilim pallidā tenuior eius pars, ueluti in atrā craßior (eiusdem authoritate) permutatur. Cōcedens itaq; bilim eduxisse, ut quæ in inflammationibus ēt exquisitis augetur. tumq́; magis educenda uel pallida, uel flaua bilis est; quum non exquisitus purusve sanguis, peculiari cognomento nuncupatam phlegmonē constituens, at bili admixtus, inflammationem erysipelaceam, uel erysipelas inflammatum producens, uulneratum ad caput effluxerit. His autem uisis principem quoq; ipsum perpendamus, cum de capitis dolore sodave, ex percußione aut casu contingente, pertractat: ubi quidem corporis repletione existente, clysteribus acutis, saltem cum pulpa coloquintidæ (ut eius corruptis uoculis utamur) nisi febris hominem præhenderit, uacuandum edocuit. tunc enim æquanda fore clysteria determinauit: quod si Clyster quidem non euacuat, oportet ut euacuetur cum aliquo, quod sit, sicut pilulæ nuncupatæ cochiæ, si febrem non habuerit, quod si habuerit calorem, qui febre sit minor, non prætermittas ipsorum potionem, hoc est pilularum prædictarum exhibitionem, ni uelis intelligere ipsorum, potionem. i. per epotam medicinam, euacuationem, necessaria est. n. euacuatio,

2. reg. acu. cō. 10. in fi. 2. de diff. febrium. 9

1. fen. 3. tra. 2. cap. 26.

ut ſecuretur apoſtema. Quo quidem ſuper loco gentilis, uir quidem inter barbaros maximæ (nec immerito) authoritatis, ſpeculatoriſq; nomen ſibi uendicans, cum quo & Nicolus à quāplurimis quoq; practicis mirum in modum celebratus, cū cui febris ardor ineſt, ſi non cochijs, alijs tñ uel pilulis, uel id genus educentibus medicamentis (modo cochiarum instar non inflamment) purgandum præcipiunt, adeo ut gentilis agarici etiam apozema decoctumve, cæteraq; id genus medicamina, commendans, eos medicos repræhendat, qui ſola contenti ſunt phlebotomia, cum tamen debeant pharmacum exhibere, & proprie temporibus iſtis, in quibus homines, propter multam laſciuiam, repleti ſunt multis malis humoribus. Quorum minime contemnendam ſententiam Mattheus etiam de gradi (ut ſuis met auctoribus barbari conuincantur) firmiſsima, chirurgos deridens, opinione confirmat. Sunt autē principis uerba à maximo inter barbaros experimentatore Raze exſcripta ſic præcidente. Quando accidit capiti fortis percuſsio, fiat in primis phlebotomia, ſecundario prouocetur fluxus (ecce quomodo uenæ inciſionem, ut leuiorem, uentris fluxui præponit) cum clyſteribus calidis: ſi non multum febricitat patiens, ſicut ex aqua decoctionis pulpæ coloquintidæ, & ſi febricitat clyſterizetur cum rebus leuibus, non nimis. ſ. calidis, ac refrigerantibus potius ratione febris, & dentur pilulæ cochiæ, ſi non febricitat: pro cuius rei complemento, ſubdit, & debes ſcire

Sermone 7 ſumma 2. tr. 4. c. 53. circa med.

9. od almãſorem c. 1. uerſus fi.

i. contin. c. 10. circa mediū litera PP.

quod prouocatio fluxus est ualde necessaria in hoc morbo,& si forte parum caleret, non nocet, quia purgatio reddit caput leue,et non permittit uulnus apostemari. Dato igitur quod medicamenta fortia, quæ natura sua,tum calida,tum acria(ueluti prædictũ est)sunt,corpus quadantenus calfaciãt,haud nocent tamen,quin multo maius iuuamentum est,cũ caput leue efficiãt,ipsumq; ab apostemate phlegmoneve tutius reddant. Quanuis & uerba (si forte parum caleret) possent intelligi,si calor quidem minor febre sit,hoc est minima uixq; effatu digna febricula,uel leuißima quædã corporis supercalefactio:tũc.n.pilulæ adhuc dictæ cochiæ congruerent. sin uero manifestiori febre urgeretur,si non illæ ut pote calidißimæ pilulæ,aliæ tamen,uti gentilis consulit,uel potius apozemata promptave refrigerantibus commixta,propinanda sunt.qualia nos acutis etiam in febribus usurpare sæpicule consueuimus: ac supra ẽt tetigimus.secus autẽ esset ubi ualentißima,igneaq; febre, atq; ob cerebri præcipue membranarumve inflammationem,erysipelataq;, uulneratus excruciaretur.tunc enim tametsi præcognita corporum ui,odedientiaq;,et consuetudine, ad eorũ exhibitionem peruenire possumus. Idipsum nihilominus cum præmeditatione faciendum,cum uel superflua uacuatio uirtutem exoluens, arefaciensq;, uel diminuta corpus potius exagitans, ac medicamenti rõne perturbans,inflammansq;,mirum in modum læderet.Idcirco nonnisi doctißimorum ac re-

cti iudicij orthodoxorumve hominum manibus com mittendi tales sunt: & qui se literarum studio, ac ratione multa (uti Galenus ait) & continua ægrotātium dispositionum inspectione se exercuerint, ac (ueluti Hippocratis lege sancitū est) cū sacra hæc sanctave negotia sint, sacris sanctisve uiris demon strantur: prophanis uero fas non est, priusquam di sciplinæ sacris initientur, cum præcipue de cerebri (quam partem sacrā Hippocratici, platoniciq; ob mentis, rōnalisq; animæ ibi residentis excellentiam, nuncupauerint) affectibus curam habere oportuerit. Idipsum nihilominus interim sedulo perlibran dum est, fluxus nomine apud Razem, qui prouocationem fluxus ualde necessariū fore hoc in casu, ex prompsit, exquisitam alui purgationem intelligendam esse, pro exundantium succorum sobole, uirtutisq; consensu, ac robore, haudquaq̄ uero proprie dictum uentris fluxū: ut diarrhœam fortaßis, iuxta morionum quorundam interpretationem, uel (quod peius est) ipsam quoq; dysenteriam prouocemus. Quibus. n. immodicus alui fluor, uulnerato capite, superuenerit: protinus & uulnus, & ipsum quoq; os, quotiēs uidelicet denudatum detectumq; iam cer nitur, præter modum exiccari sæpe sæpius à nobis experimento conspectum est. Quamobrem non mi nus ab immodica superfluaq; alui perturbatione, ac purgatione cauendum est. (Quin fortasse, ob aduentum imbecillitatis uirtutis, etiam si non febrierint, expauescendum magis est) q̄ ab ipsa stiptici-

2. de cōpo. med. secun dum loca post princ, lib. de lege in fine.

Vbi supra.

tate,prauorumq́; in corpore ſuccorum dimißione. Intelligas igitur,ut prouocetur fluxus, hoc eſt, ut ſufficiẽs exquiſitusq́; redundantium ſuccorũ fluor, atq; opportuna euacuatio fiat. Ex prænarratis itaq; duplex ratio patebit cur.ſ.Hippocratis ſuffragium,& Paulus,& illius ſimia princeps,inflam mata cerebri membrana,ad purgandam bilim addu 6.91.ꝑſ. fi.
1 xerunt.Ob imminens.n.periculum, ſi uel ſuperflue purgauit,uel nihil aut ſatis diminute extraxerit,in febris excandeſcentia, quæ tali morbo adiungitur. 5.4.tr.3.c. 1.uerſus fi.
Ambigere quis poſſet, an medicamẽtum ſolens exhiberi queat? Hippocratis ergo authoritate id fieri poſſe confirmant,non de lenibus imbecillibusq́; intelligentes: de quibus mehercle nulla poſſet apud emunctæ naris uiros ambiguitas inſurgere, cum tutus omniq́; effatu digno periculo uacans eorũ uſus ſit, uel in ipſo ſtatim initio,ante materiæ concoctionem,etiam ſi materia non turgeat,pro minuenda ipſius multitudine,perinde ac noſtri præceptoris Ma nardi opinio, tametſi ab antiquorum conſuetudine diuerſa,percelebranda fuit. Epiſtola decimi tertii prima. Tentanda igitur & ſanguinis mißione et topicis medicamentis ægri ſalus eſt.Sin autem & ueluti crabro irritata inflammatio medium adhuc unguem ſanguinis mißioni topicisq́; medicamentis porrigat: adeo ut perſeueret inflammatio,à nullaq́; alia re prohiberi poßit: bilem educente medicamẽto,modo nihil impediat,purgari hominem Hippocrates Paulo teſte præcipit:
„ ſic etiã princeps Paulum recitans ait. Si apoſtema

calidum perseuerat, & non est aliquid, quod prohi- ››
beat omnino sumere medicamen solutiuum, fiat: nam ››
Hippocrates præcipit illud. Secunda uero ratio cur ››
Hippocratis authoritatem Paulus inquirit, quia de membranæ cerebri inflammatione phlegmoneve loquebatur, ubi humoris ratione, cũ samguis fit (qnin symmetrus, crassitudineq; mediocris, ut nedũ ipsius met, sed Galeni quoque testimonio cõprobatur) nulla purgatio cõgrueret. Idcirco Hippocratis tutamine ad illã exhortatur. Hippocrates enim ueluti (præscriptum iam est) bilim educendam præcipit: ut qui nõ modo à redundãtis succi natura, sed à morbi quoque trifariam dicta magnitudine tam uacuandi, quã purgandi intentionem (Galeno declarãte) eliciebat.

Quarti. 27. 2. ad Gla. i. Lt. de cap. uulneribus. post mediũ 4. meth. 6.

Quum ergo quispiam in capite uulnus receperit (ut in unum cuncta colligamus) siquidem febre careat (perinde ac plurimos, maximis etiam in caluariæ fissuris, conspexiße prædiximus) cochiis aliisq; id genus catapotiis Propomatibusve, pro humoris redundantis natura, corporisq; robustione & consuetudine, tum Razis, tum Auicennæ ipsum emulantis, antéq; hos Hippocratis, Galeniq; authoritate uti possumus. síq; nullius humoris dominium appareat, bilim tutioris cautelæ gratia, post factam iam in omnibus sanguinis misſiouem, educito. Quam nihilominus uacuattonem, remisſioribus quoque in febribus, tuto, si non aliud prohibeat: exhibere potueris. Sin uero phlegmon iam, herysipelasve anchoras suas uulnerata super sede, inuiolatis adhuc interaneis membra-

1. cõti. io. ante mediũ litera pp. i. 3. trac. 2. cap. 26.

Lib. de uulneribus post princ. 4. metho. 6

nis,cerebroq́; , iam extrinſecus iniecerit: nec ſanguinis miſsio ſatis ſuperq́; reparando ſit, modo etiã nihil prohibeat(id quod perpetim ſeduloq́; ſeruandum duximus) uiriumq́; robur præ cæteris adſit: pro febrium diuerſitate, horum quoque uſum magis minusve pauendum eſt. Quibus enim leuis aut mediocris febris ineſt, tutius, quos uero uehemens caliditas febrilis urget: his quantum poſsibile eſt acre pharmacum, ſolutiuumq́;, atque æſtatis præſertim, & ſub cane, atque ante canem tempeſtate, fugiendum eſt, niſi ruſticum corpus lenĩetium opus negligens, prauisq́; interim ſuccis redundans, præ manibus habueris, in quo præſcriptas regulas obſeruando, ne purum uidelicet pharmacum exhibeamus, ſed refrigerantibus corrigentibusq́; admixtũ, pro cognita nihilominus ægrotantis natura, conſuetudineq́;, uacuationem ſperans, iam purgante meeicamento, utaris. Quotiens demum, nedum extrinſeca uerum & interanea quoque, ut membranas cerebrumve phlegmon afflixerit, id quod ſine febris excandeſcentia contingere nequit, tametſi nõ omnino abnegandum ſolutiuum ſit, ac diuinus Hippocrates admiſerit: cum præmeditatione tamen, diligentive examinatione, ac ægroti præparamento, rectæq́; indicationis expectatione faciendum eſt, multoq́; magis, quam in prænarratis caſibus timendum. Quibus ergo ruſticum corpus fuerit, refractariumq́;, & acrioribus medicamentis aſſuetum (qua

de re spes non sit,ut leuioribus purgetur) prauaq; nihilominus succi biliosi copia, uacuationem aßiduis fere conuitijs efflagitans ad soluentis medicamenti usum(uelimus nolimus)perueniendum est. Visoq; præsertim,quod morbus ipse alia medicaminum,uel topicorum genera deridet,ni & his quoq; uacuationem futuram dubitaris. Tutius.n.tunc est acrioribus ommißis,duntaxat alterantibus,putredinią; resistentibus,humorum prauitati resistere,q̃ acribus medicamentis corpus inflammantibus exagitare. In mediocribus autẽ,imbecillibusve,aut delicatis corporibus(uel Hippocrate permittẽte)cane tamen peius & angue, soluentia, necnon acria medicamenta,pertinẽtes,lenientibus,recentiorumq; medicaminibus contenti, tutioris cautelæ gratia, fuerimus. Velut in pleuritide quoq;,tametsi ab Hippocrate,Galenoq;,ualida medicamẽtorum genera, ut ueratrum,pepliumq;,& ab Alexandro ẽt Mesueq; scammonium, dolore ad hippocondria descendente,admissa fuerint: communiter tamen practicantes,ne aureo dicantur hamulo piscari,ueratrum pepliumq;,& cætera id genus medicamenta(leuioribus duntaxat conceßis)abhorrent:penitusq; in tali morbo,uel scammonium magna ex parte,abdicarunt. Idipsum uero perpetim seduloq; aduertendũ duximus, ne caput purgijs apophlegmatismis ve (si febris adsit)utamur. De his.n.caput determinate per os aut nares expurgantibus nonnunquam loquitur,dicens. Caput febriẽtis ne purgato,ne in fu

li. de locis i homine post mediũ

rorem,& insaniam agatur:nam medicamenti calori febris additus furorem & insaniam facit. Quorum medicamentorum materiam ex Paulo,Aetioq́;, quum de localibus euacuationibus locuturum permiserat,tã eorum quæ per nares, quã eorum quæ per os,calidam esse plurimamq́; ẽt acrem, perpendere facillime potes. hæc igitur caput determinate purgantia medicamenta, non quæ per inferiorẽ aluum educunt,euitanda in febrientibus sunt: ni lenta febricula sit,necnon sopor comave ipsum ægrotum inuaserit:quemadmodum alibi quoq; ab ipsomet Hippocrate scriptũ ita legimus:si ꝑcußio fiat, priorq́; capitis pars doleat,oculisq́; non cernat, soporq́; comave eum habeat,temporumq́; uenæ saliãt, lenteq́; febriat, totumq́; corpus intemperantia quadam macescat:quum sic habet,multa calida calefacito, capitiq́; calida dato:naribus deinde myrrham, & æris florem ptisanæq́; succum sorbeto, & aquam potato. Quæ nihilominus medicamenta crassorum succorum, coma inducentium ratione,permittuntur. Sic ergo Hippocratis intẽtio elucescet, tametsi Archytæ crepitacula à priscorum dogmate penitus aliena, surdis hæc auribus percipiunt,ut qui Grillorum ritu,repertis frugibus,malunt tamen in glãdiũ usu cõsenescere. Quibus porrò neglectis (non pluris.n.facimus.ut prusiensis Dyonis utamur,quã simias)dulcißime Nicolae, quæ nedum ex Hippocratis,Galeniq́;,ac Pauli,& Razis,necnon principis intentione sentiam: uerum & quæ longo tem-

Primi 46. tertii. 149 150.

Ibidẽ,146.

li.2.de morbis ante medium.

pore, atq; annis ab hinc circiter decẽ q̃ plurimis experimentis confirmarim intellige. cuius rei præter Panormitanos: Clusiiẽses quoq;, ac illius loci sepla seari exactũ tibi testimonium perhibere potuerit, quodnã breui tpis interuallo (quãuis peßime uulneratos in capite) ad pristinã incolumitatem, non minus ipsorũ ægrotãtiũ, necessariorumq́; lætitia, quã ẽt nostro, et honoris, & pecuniæ, lucro, propter exquisitã biliosi succi ex purgationẽ. (Quoties nullo prohibente fieri poterat) nostro Alphio Ingraßia, solerti chyrurgo, manibus operamte, reduxerimus. Quo tpe illustrißimi Marchionis Iuliane regijq́; Calabriæ et ipsius met clusæ comitis, nunc iam Siciliæ præsidentis: eiusdemq́; fnlgentißimæ neptis, tũ nomine, tũ re ipsa Dianæ, Arianiq́; Ducissæ tutamini seruitioq́; ferè trienniũ uacaremus. Illos interim floccipendentes, qui solo rhabarbarico, mumiaq́; & tinctorũ rubia, quibus insimul admixtis, non hoc in casu, uerũ in elapsis ab alto, cõtritisq́;, princeps: ab ipsoq́; transcribens Mesuas, ubi sunt, exquisitam in omnibus succorũ purgationẽ effecisse opinantur. cũ tñ his myrrhaceũ syrupũ, ac nigrũ acerbumve, nec non adstringens uinum, arnoglossæq́; aquã, cõstringẽtia cuncta permisceant: cuius quidẽ propotismatis usum, ad restringeudũ potius, aliasq́; intẽtiores, nostra in Iatrapologia præostensas, uel in ipsis interdum capitis uulneribus percõmodum, quã minime uero ad educendam exquisite oportuneq́; aluum cõmendamus: nisi ferè ex accidenti, corporeq́; præ=

4. 4. tract. 2. cap. 5. Ca. de rbeo barbaro.

ſertim defluxui paratiſsimo. Quodcunq; autē, pro cognita ægroti natura, cōſuetudineq́;, ac humorum exundantia, medicamentum propinandum elegeris: uel ab initio ſtatim (Galeni documento) priuſquam firmentur humores, qui uulneratā ad ſedē defluere (quouis etiā tempore) exorſi ſunt, non expectata (prout nonnulli tyrānorum ritu faciunt) die ſexta. uel poſtea quum ad maturitatem perducti fuerint. VALE, & me (uti ſoles) perama, noſtroſq́; ſingulos, tum celeberrimos Panormitanos Phyſicos (noſtrumq́; præſertim perpetuo colendum, ac nunquam ſatis laudatum præceptorem, Ioannem Baptiſtam de petra. Nec minus excellentiſsimum doctorem, Antonium Comitopolum, iſtius Regni meritiſſimum protoiatron, noſtrumq́; chariſsimum: quibus quidem Rhamnuſiis ſingula perlibranda corrigendaq́; oſtendens) tum ēt chyrurgos, ac tuum præ cæteris fratrem noſtrumq́; amiciſsimum, ſalute impertias. et iterum ſecundo dico uale. Quanuis enim (ut quia teipſum alloqui mihi uideor) colophonium imponere non audeam: altioribus tamen, longeq́; maioris difficultatis quæſtionibus occupatus, ſecundi uidelicet artis medicinalis, quem publice in ſtudijs, ordinarieq́; profitemur, ac præſertim duodecimi pluſquam commenti cuius examen præ manibus habemus. priuatim uero à tertij Pauli enucleatione prouocatus, quam domi ſolertioribus diſcipulis adhibeo (inuita licet Minerua) dico tandem VALE. 4. reg. acu. comm. 76

Datum Neapoli idibus Aprilis. Anno. 1544.

EIVSDEM PHILIPPI DODECASTICON.

Christus ab Infernis ſurrexit, cœlitus, ac ui
Diuina, & patris, ſpiritus, atque ſua.
Hippolytum uero reuocatum prorſus ab orco,
Arte coronidæ: tindaridamq́; ferunt.
Reſtituit catulum, balis collecta, leonis,
Ipſaq́;, tellonem ſurgere, cauſa fuit.
Aeſonis effœtum corpus uireſcere, colchis
Herbarum ſuccis, carminibusq́; dedit.
Sit deploratum purgans iam ſuſcitat, immo
Quum caput offenſum, è manibus, arte, trahit.
Leniat, aut ſoluat, præmat hoc, aut lubricet, omne
Vt decet exhibitum, uulnus in arce leuat.

